THEOLOGIA

ET

PHILOSOPHIA INDICA.

TOMUS PRIMUS.

Nihil magis præstandum est, quàm ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non quà eundum est, sed quà itur. Atqui nulla res nos majoribus malis implicat, quàm quòd ad rumorem componimur, optima rati ea quæ magno assensu recepta sunt, quorumque exempla multa sunt : nec ad rationem, sed ad similitudinem vivimus. Indè ista tanta coacervatio aliorum suprà alios ruentium. Quod in strage hominum magnâ evenit, cùm ipse se populus premit, nemo ità cadit, ut non alium in se attrahat ; primi exitio sequentibus sunt : hoc in omni vitâ accidere videas licet ; nemo sibi tantùm errat, sed alii erroris causa et auctor est. Nocet enim applicari antecedentibus : et dùm unusquisque mavult credere quàm judicare, nunquàm de vitâ judicatur, semper creditur. *Versatque nos et præcipitat traditus per manus error*, alienisque perimus exemplis. Sanabimur, si modò separemur à cœtu.

Ann. Senec. de vitâ beatâ, ad Gallionem fratrem ; cap. 1, *pag.* 328 (1602).

OUPNEK'HAT

(ID EST, SECRETUM TEGENDUM):

OPUS IPSA IN INDIA RARISSIMUM,

Continens antiquam et arcanam, seu THEOLOGICAM et PHILOSOPHICAM, doctrinam, è quatuor sacris INDORUM Libris, RAK BEID, DJEDJR BEID, SAM BEID, ATHRBAN BEID, excerptam;

Ad verbum, è Persico *idiomate*, Samskreticis *vocabulis intermixto, in* Latinum *conversum; Dissertationibus et Annotationibus, difficiliora explanantibus*, *illustratum:*

STUDIO ET OPERA

ANQUETIL DUPERRON,

INDICOPLEUSTÆ,

R. Inscript. et human. litter. Academiæ olim Pensionar. et Directoris.

Quisquis Deum intelligit, Deus fit.
OUPNEK'HAT IV, MANDEK, T. I, p. 394.

TOMUS *I*.

ARGENTORATI,

TYPIS ET IMPENSIS FRATRUM LEVRAULT.

PARISIIS, apud eosd. Bibliopolas, ad Sequanæ ripam aggere *Malaquaïo*.

IX. (1801.)

INDEX SECTIONUM

τȣ̃ OUPNEK'HAT TOMI PRIMI.

Materia nova, rudis, inconcinniter tradita, aliquandò, si diverso modo ob oculos ponatur, captu facilior evadit. Hunc Indicem, licet fortè jejunum, exterarum opinionum doctum scrutatorem legere non pigeat. Varia doctrinæ Indicæ capita in eo summatim indicata reperiet. Quòd si in nudâ ossium compage corpus non agnoverit, saltem mentione rerum et nominum repetitâ, mens asperis formis assuefacta, libentiùs et majori fructu forsitan librum Oupnek'hat aggredietur et evolvet.

MONITUM AD LECTOREM.

DISSERTATIO,

In quâ è Judæorum, ecclesiæ Doctorum, et tam catholicorum quàm acatholicorum Theologorum scriptis summa Orientalis systematis inquiritur.

OUPNEK'HAT.

N.° XXVII.

EMENDATIONES ET ANNOTATIONES.

MONITUM
AD LECTOREM.

Ornari res ipsa negat, contenta doceri.

ERUDITE LECTOR,

HOC poëtæ dictum apprimè populorum et philosophorum opinionibus convenit. Nudè, prout in se sunt, debent lectoribus offerri, nec suasoriis aut defensoriis egent adminiculis. Si plana et facilis est compositio, ipsâ statim frui juvat : si quid asperum præ se fert et inconditum, prolixis præfationibus aditum removere, studere est verborum ambagibus animos irretire. Priscam igitur Indorum doctrinam orbi erudito offerenti, manuscripti τ8 OUPNEK'HAT veritatem exponere sufficit, simul et quomodo hæc pretiosa margarita in armarium meum pervenerit.

Anno 1775, mense decembri, è Bengalâ, per manus D. Bernier, trapesitæ gallici, manuscriptum τ8 OUPNEK'HAT accepi. Munus illud, auro contra carum, beneficentiæ debebam D. Gentil, equitis S. Ludovici, tunc apud Nabab *Soudjaëddaulah*, in urbe *Faisabad*, ministerii Gallici nomine residentis.

Opus statim evolvi persico idiomate et caractere satis nitidè scriptum, 247 constans foliis. Semel iterùmque perlectum, cum altero exemplari, quod prædictus D. Gentil, amicus meus, ex eadem urbe, provinciæ *Aoud* novâ metropoli, mihi miserat, ad amussim contuli; varias lectiones attento animo, prout res summi momenti postulabat, excepi, et seorsim accuratiùs notavi.

Systematis Indici veluti clave repertâ, et animo jam ad τȣ *Oupnek'hat* genium inflexo, opus gallico sermone *ad verbum* reddidi. Deindè hanc versionem, præ diversâ verborum constructione absolutè barbaram et vix intelligibilem, planiorem et gallicæ linguæ indoli accommodatiorem efficere curavi.

Verùm, dum obscuritatem fugio, autographi sensum me labefactare statim deprehendi : ita ut jam Indorum opiniones nova interpretatio non tam exprimeret, quam proprium mentis meæ conceptum.

Latinus sermo, quemadmodum persicus, arabicus, hebraicus, phrasium inversionem admittit, quandoque cum solâ verborum differentiâ. Sic doctus Maraccius Alcorani textum orbi litterario explanavit, versione latinâ rudi sed arabicum sermonem pressiùs referente: sic versiones biblicæ interlineares, et ipsa interdum

Vulgata, textum hebraicum fideliter expressum exhibent.

His exemplis adductus, τȣ̃ *Oupnek'hat* manuscriptum attento rursùs perlegi animo; loca similia, quæ textui lucem infundere valebant, accuratè contuli; singula verba et eorum sensum in se, vel secundùm ordinem rerum, sententiarum, et systema Indicum, expendi; obscura notis brevibus explanavi: tùm ad ipsam translationem, variis, è *Mahabarat*, *Aaïn akbari*, et *Teskerat assalattin* petitis, Indicarum rerum expositionibus instructus, et Lexicorum Samskreticorum, Indoustanorum, quæ confeceram, Bengalicorum, Telenguicorum et Malabaricorum, quæ exscripseram, adjutus, me accinxi.

Verbum persicum verbo latino reddidi, phrasi persicâ ut plurimùm servatâ: et, ubi textûs intelligentia id postulare videbatur, parenthesi inter duos uncinos rotundos comprehensâ, caracteribus italicis, eamdem phrasim minùs barbarè exposui.

Indè forsitan volumen persicum, non latinum, se legere putabunt. Hunc errorem quæsivi. Quando de opinionibus hominum, philosophiâ, theologiâ agitur, res nuda, si fieri potest, ob oculos ponenda; aut saltem, cum vestimentis quæ naturæ lineamenta tra-

jicere sinant. Ubi ipsum auctoris textum edere non licet, opus est versione *interlineari*, aut interpretatione rudi et quodammodo servili, ut genuinus operis sensus pateat, nec ejus vice obtrudantur interpretis figmenta.

Quæ duobus uncinis quadratis includuntur, è *manuscripto nationali*, anteà *regio*, desumpta sunt.

Quod attinet ad ipsam interpretationis normam, sæpè *præteritum* supplet, in linguâ persicâ, *infinitivum* vel *gerundium*; et relativum *qui*, *quæ*, *quod*, verbo *keh* sine designatione *generis*, *numeri* aut *casûs*, exceptis dativo et accusativo (*kera*), exprimitur. Indolis hujus linguæ servandæ causâ, τὸ *keh*, quandò commodè antecedens *illud* subintelligi potuit, per neutrum *quod*, vel simpliciter per adverbium *quòd*, reddidi.

Ne quid sensûs elucidatio è strictâ textûs imitatione pateretur, concordantiam verborum externâ (Persicâ vel Indoustanicâ) linguâ sed caractere latino exaratorum, expressi, ope articulorum græcorum ὁ ἡ τὸ. Inflexiones in verbis seu activis, seu passivis, eodem modo notavi; vel, in parenthesi, latini sermonis formam servavi. Sic, verbi gratiâ, *sabab raftan*, causâ τᾶ ire; id est, *eundi*: *mantr* τᾶ *Beid*; id est, *mantr* (*comma libri*) *Beid*: *tevan kard*, *goft*, *potestas* τᾶ *fecit*, *dixit*; id est, *potestas faciendi*, *dicendi*, *loquendi*.

Hoc modo, dictionum integritate servatâ, et barbarie declinationum in verbis exteris vitatâ, textûs Persici constructionem simul et illius sensum oculis fideliter subjeci.

Differentiam generum non admittit lingua Persica. Ne obscuritas è diversitate nasceretur, omnia nomina, verba externa, *neutro* genere accepi; ejusdem rei in latinâ linguâ generis non habitâ ratione, nisi, cùm de prænomine hominis agentis, fœminæ expressè nominatæ, sermo est.

Opus in duas partes distribui, et ad marginem numeros, cùm in autographo Persico nulli appareant, addidi, memoriæ sublevandæ causâ, et, ut, fusioris interfectionis signorum ope, è locorum similium comparatione, novum obscuritati surgeret remedium.

Hìc notandum puto, illustrem virum D. BOUGHTON ROUSE, armigerum, quondam in Bengalicis Anglorum ditionibus Præfectum, et rerum Indicarum summè peritum [1], duo exemplaria *Oupnek'hat* Persici in cæmelio suo possidere, mihique sedulæ collationis

1. Vide eximium illius Angli, eruditi pariter et πολιτικοῦ, librum, cui titulus : *Dissertatio concerning the landed property of Bengal, by Charl. William Boughton Rouse, Esq.*[r] *Londin.* 1791, *in*-8.°, in quo jus proprietatis terrarum, dominiorum, possessoribus adscriptum, monumentis publicis clarè et inconcussè adstruitur.

operam benignè obtulisse, quâ varias lectiones suppeditaret, locis textûs, subobscuris vel defectivis, explanandis aptas aut corrigendis. Infelici bello hoc adjutorio privatus, grati animi testimonium amico benefico et erudito exhibere studeo.

Egregium illum Anglum linguam Persicam optimè callere scio, et ad verbum τὰ *Oupnek'hatha* XIX et IX, quorum manca translatio in libro, nuper Oxonii edito, cujus titulum in notâ [1] videre est, legitur, reddidisse: verùm, ut ipse ad me scripsit, epistolâ 28 Augusti 1791 [2], Oxoniensis professoris supercilium vel oscitatio, fideli et simplici versione despectâ, pressam minùs, et compendiosam, ut elegantiorem, substituit.

Proh dolor! ubi veritatis amor, veritatis honos! Quomodo ad nos usque integra pervenissent vene-

---

1. *Institutes political and military, written originally in the Mogul language, by the great* TIMOUR, *improperly called* TAMERLANE; *first translated into* PERSIAN, *by* ABUTAULIB AL HUSSEINI, *and thinse into* ENGLISH, *with marginal notes by* MAJOR DAVY, *Persian secretary to the commander in chief of the Bengale forces, from the year* 1770 *to* 1773, *and now Persian secretary to the Governor general of Bengal: the original Persian transcribed from a ms. in the possession of D.* WILLIAM HUNTER ..... *and the whole work published with a preface, indexes, geographical notes etc. by* JOSEPH WHITE.... *Laudian professor of Arabic in the University of Oxford*, 1783. *in*-4.° — *Specimens of composition in the Persian language*, *p.* 45, 48.

2. « I shewed professor *White* several of my papers, amongst others some « detached extracts, which I had translated from prince DARA SCHAKOOS version « of the OUPNEK'HET: and, after much importunity, consented that he should

randa antiquitatis monumenta, si Oxoniensis doctoris censuræ subjecta fuissent! at, opportunè, ipsa se tuetur veritas, veracitas, opis humanæ haud indiga.

Jam liceat, docte Lector, tales enim tantummodò ambio, curiositatem tuam excitare. Nihil hîc de operis dicam vetustate: verùm deinceps, ut sese offerent, quædam τȣ̃ *Oupnek'hat* loca notabo, è quibus erui poterit hunc librum longè antè duo annorum millia fuisse compositum. Intereà doctrinæ Indicæ facilem te præbeas. Primum, in Europâ, τȣ̃ *Oupnek'hat* Interpretem auscultando, inclytæ urbis *Benarès* τῶν *Pandetan* seu doctorum colloquio te interesse, et genuinæ antiquitatis oracula, prout è priscorum Indorum ore prodierunt, nullis septa involucris, te audire animo reputes. Loca quæ tibi subobscura videbuntur, inter se vel cum planioribus conferas.

Nullo tractus systemate, verba fideliter reddere

« publish them with his *Institutes of Timur*. Howerer I afterwards found « that he *expunged many passages relating to the Hindoo worship*, *which* « *he neither unterstood*, *nor cared about*. If you should chance to mention « my extracts again in the preface or notes to your translation, *I wish* you « would take occasion to correct the doubts you have hinted in your *Recherches* etc. of the authenticity of my mss. I did not mention of Oupnek'het, « because Dara gives another title to his work. I have *two complete copies* « of it; if you should be doubtful of any words in those which are in Paris, « I shall be very happy to *collate them*, and communicate to you the resulte. »

studii : veritati, quam semper præ oculis habeo, morem gerere cupiens, præjudiciis expers, aure rumoribus, clamoribus obturatâ, non quod rectum est in se vel juxtà talem philosophiæ scholam exponere volui, sed ipsum τῦ *Oupnek'hat* sensum, qualiscunque est, præbere.

Eàdem animi libertate fruens, Libros Salomonis, antiquos Sinarum *Kims*, sacros Indorum *Beids*, Persarum *Zend-avesta* perlegas, idem dogma, unicum Universitatis parentem, unicum principium spirituale invenies, in illis clarè et pellucidè, uti veritatis fonti convenit, traditum; in his, falsis hominum rationamentis, et affectionum deliramentis, quasi fæce vel rubigine obductum. Aurum luto vel scoriâ immixtum ab aurichalco secernere novit solers artifex.

Ipsum Græcorum testimonium, quamvis exteras opiniones philosophorum suorum lance appendant, hìc lubet opponere.

De multis, inquit Strabo (1.° sæculo), scriptoribus Alexandri ævi suffultus [1], *cum Græcis* (*Brachmanas*) *sentire*, *ut quòd mundus sit ortus* (*genitus* γεννητὸς), *et interiturus* (Φθαρτὸς), *et sphæricus*; *et quòd administrator et*

1. *Strabon. Geograph.* 1620, *lib.* 15, *p.* 713. *Xylandr. interpret. à Casaub. recognit. not. p.* 250. *Aristotel. oper.* 1654, *t.* 1, *lib.* 3, *cap.* 5, *p.* 5?7.

conditor (factor) Deus, universum eum pervadat (διαπεφοίτηκεν)*; universarum rerum primordia diversa esse, mundi (fabricationis mundi* κοσμοποιΐας) *autem aquam; et præter quatuor elementa, quintam* (AKÂSCH) *quamdam naturam* (φύσιν) *esse, ex quâ cœlum astraque constent, terram in medio sitam universi: de semine, de animâ, aliisque compluribus similia eos dicere; texere etiam fabulas quasdam, quemadmodùm Plato, de immortalitate (incorruptibilitate,* ἀφθαρσίας) *animæ, et de judiciis, quæ apud inferos fiunt, et alia hujusmodi non pauca. Ac de Brachmanibus quidem hactenùs.*

Apud Plutarchum (2.° sæculo) [1]*: ex reliquis (Gymnasophistis) alius rogatus, quemadmodùm ex mortali quis Deus evadat* (ἐξ ἀνθρώπων γένοιτο θεός)*; si quid fecerit*, inquit, *quod facere denegatum (possibile non) sit homini.*

Huc conspirat *responsio Dindimo*, Bragmanorum regi, *contra Alexandrum magnum* adscripta in Anonymo (si qua fides adhiberi potest), his verbis: *Deus* [2] *enim, rerum conditor, varias species formavit in mundo, quarum usum humano permisit arbitrio discernendum. Quisquis ergò deterioribus omissis meliora sectatur, non ipse quidem Deus est, sed Dei amicus efficitur.*

---

1. *Plutarch. oper. t.* 1, 1624. *Cruser. et Xylandr. Interpr. in vit. Alex. p.* 701.

2. *Palladius, de Gentibus Indiæ et Bragmanibus. S. Ambros. de morib. Brachmanum, oper.* 1690, *t.* 2, *epist.* 37, *script. circà* 387, *col.* 938, 34, 35. *Anonymus de Bragmanibus. Edente Edoard. Bissæo,* 1668, *p.* 98.

Deus, magnus rex, inquit *Dandamis*, Bragmanum magister, apud Palladium [1] (quinto sæculo) *nunquam injuriam* (ὕβριν, *injuriam contumeliosam*) *genuit; sed lucem, pacem, vitam et aquam, corpus humanum et animas; et has recipit* (δέχεται), *cùm eas fatum solverit: nunquàm author cupiditatis: hic meus Dominus est, et Deus solus: sicut cædem aversatur, ita bellum non gerit .... Si vero* [2] *mihi caput abstulerit Alexander* (uti Onesicrates, ab Alexandro missus, minatus fuerat), *animam non perdet, sed illud solum silebit; anima verò ad Dominum abibit, corpus, ut sordes, super terram relinquens, undè etiam desumptum fuit: ego verò spiritus factus, ascendam ad Deum meum, qui nos carni inclusit, et in terram demisit, tentans, num digressi ab ipso viveremus ipsi, quemadmodùm imperavit; qui ab abeuntibus ad ipsum rationem exiget: judex enim est omnium injuriarum.*

(Dandamis) hymnum Deo cantavit, dicens [3]: *Immortalis Domine, tibi in omni re gratias ago: tu enim verè cunctis solus imperas, dans omnia creaturis tuis abundè ad nutrimentum. Tu verò creans hunc mundum conservas, expectans animas quas illuc misisti; eas, quæ vitam piè*

1. *Pallad. eod. libr. p.* 22.
2. *Id. p.* 24.
3. *Id. p.* 39.

instituerunt, honores ut Deus; illas verò, quæ non obediverunt tuis legibus, condemnes. Omne enim justum judicium apud te est, et vita æterna apud te parata est : bonitate enim æternâ omnium misereris.

Rursùs Dindamus (Dindamis) in Anonymo[1] : *Non suscipit Deus sacra sanguinea, cultum diligit incruentum, spernit funesta libamina, verbo propitiatur orantibus; quod solum ei cum homine est ; suâque nimis similitudine delectatur. Nam Verbum Deus est, hoc mundum creavit, hoc regit, et alit omnia : hoc nos veneramur, hoc diligimus, ex hoc spiritum trahimus; siquidem ipse Deus spiritus est atque mens : atque ideò non terrenis divitiis, nec largitate munificâ, sed religiosis operibus et gratiarum actione placatur. Quapropter nimiùm vos excordes et miserabiles judicamus, qui originem vestram non suscipitis esse cœlestem, magnamque cum Deo habere cognationem ..... cultumque religionis non uni qui solus est, sed plurimis qui non habentur exsolvitis; et in hoc scilicet à carne decepti : nam hominem mundum esse parvum dicitis, et sic in eo multiplicata sunt membra disposita. Item alios deos fingitis in cœlo consistere, quorum unicuique divisas partes vestri corporis (mundi parvi) deputatis.*

Nunc loca quædam parallela, aut saltem allatis lucem

---

1. *Libr. cit. p.* 94, 95.

afferentia, è libro perantiquo *Mahabarat*, ex *Aïn Akbari*, nec non è *Teskerat Assalattin*, promimus.

Juxta *Mahabarat* [1] : *Primùm hic mundus caligo (tenebræ) erat : et* OVUM *productum fuit : et hoc ovum semen omnium creaturarum est : et illud quod rectum (verum est), auditum fiat. Et ab* ALIQUO, *quòd lumen ab eo est, et* ALIQUIS, *qui semper est, et omnes in illo obstupescunt (stupefacti sunt), et ejus effigurationem non potestas (eum mente delineatum non possunt) facere, et omnia paria videt, ab oculis absconditus est, et quidquid facit, is (ipse) facit, et manifestus est : à tali aliquo (à tali personâ) hoc ovum existens evasit (datum fuit).*

Ex hoc ovo BRAMHA *productus redditus est : et Bramha unus est, et ostad (præceptor) omnium Deïoutha (spirituum cœlestium) est.*

Et INTELLECTUS *et* MAHADIW ab eo producti fuerunt.

Et PRAHASCHTI *et* PRATSCHETA *(patres humani generis) à* MAHADIW *producti sunt.*

[2] Cùm BRAMHA τῷ MAHADIW, qui in cultu Dei excelsi absorptus jacebat, *sidjdah* (cultum adorationis)

---

1. *Mahabarat* 1. *Porb. ms. nation. n.*° 95. *Pers.* 11. *fol.* 15. *vers.* Liber Sanskerticus, in Persicam linguam translatus à *Scheikh Aboulfazel*, à secreti, et ministro *Djelaleuddin Mohammed Akbar*, Indoustani imperatori, anno æræ arabicæ, 995, æræ christianæ, 1587.

2. *Id.* 8. *Porb. fol.* 299. *vers.*

supremum exhibuisset; *is surgens, et pari honore τῷ* BRAMHA *reddito, illi dixit : me quare magnum ostendis? τὸ sidjdah illi Personæ facias, quæ me et te creatos (fecit). Deinde* MAHADIW *et* BRAMHA *et* INDER *(spirituum cœlestium rex), et reliqui Deïoutah sanctuario* DEI EXCELSI *τὸ sidjdah fecerunt, et temporibus (longo tempore) cultum præbuerunt, et mentionem (ejus) fecerunt (cum laudibus celebrârunt).*

[1] *In fide Indorum hoc est, quòd Ens purum (substantia pura)* VERI (DEI) EXCELSI, *tres qualitates habet; quòd explicatio (hujus rei) à tribus splendidis manifestationibus est. Manifestatio prima, apparentia ejus est cùm qualitate creationis mundi; et existentem facere illum (mundum) ex hac (qualitate) est. Secunda (manifestatio est) cùm qualitate permanentiæ; quòd creaturæ permanentes et custoditæ (per illam) sunt, usque ad tempus cognitum. Tertia qualitas potentia vindex et tyrannica (est), quòd (per quam) quidquid productum factum, rursùs corruptum efficiatur (destruitur): quòd mundum existere et corrumpi, hoc significationem habet. Et tribus (istis) qualitatibus, juxtà illos tres apparitionis loci sunt. Et dicunt quòd figura prima* BRAMHA *est; secunda,* BESCHN; *tertia,* MAHADIW : *et hæ tres*

---

1. *Mahabarat* 12. *Porb. fol.* 383. *rect.*

figuræ nominatæ sunt (nominantur) per RADJOUGUEN, *et* SATGUEN, *et* TAMOUGUEN.

[1] *Principium creationis mundi substantia majestatis* VERI (DEI), *sancti et excelsi est, qui absconditus absconditorum est, et nullo modo in conspectum non venit, et à τῷ comprehensum (esse) immunis est. Et existentia entis puri ejus excelsi et sancti, cum illo quòd (quanquàm) in (cum) excessu manifesta est; attamen quisquam illud non vidit: quin imò primò nomen purum ejus audiunt; posteà illud intellectum faciunt (deprehendunt); et è qualitatibus ejus pedem cum ente (ad ens) ejus ferunt: illo tempore cum intellectu (illud) cognoscunt. Et quemadmodùm apparentia ejus ab oculo cooperta est, ab intellectu (intellectui) etiam tectum manet. τῷ quandò et quantùm, et quomodò, in majestate ejus minimè via non est .... et hujusmodi ens, in Indico (idiomate)* ABAKT *dicunt ....*

Primùm quid, quod Dominus sanctus creavit, illud MAHANAT *dicunt, id est* MAGNUM : *et opinio talis est, quòd* MAHANAT *hospes (ens apud aliquem residens) est, quod sapientes (Philosophi) illum* INTELLECTUM PRIMUM *dicunt.*

Et è MAHANAT, AHENGAR *proveniens fuit.*

---

1. *Mahabarat* 12. *Porb.* 2. *part. fol.* 423, *rect. vers.*

Et ex illo, AKASCH, *quòd motus circularis cœli* (*cœlum*) *est*, *productum fuit*.

Et ex AKASCH, AQUA *producta est; quòd illam* (ENS) PLUENS (*pluviam*) *dicunt*.

Et ex cursu aquæ, quòd illum FLUXUM AQUÆ (*fluentem aquam*) *dicunt*, IGNIS et VENTUS *producti evaserunt*.

Et ex his duobus, TERRA *existens fuit* ....

Et hic (BRAMHA) AHENGAR *est* ....

[1] *Mundus à Domino excelso productus fuit, qui cùm causâ* (*ope*) *elementorum quinque, quòd aqua et pulvis* (*terra*) *et ignis et ventus et cœlum* (*aër*) *sit, illum creavit: et post* τὸ *perire* (*corrumpi*) *mundum, rursùs omne in eo contentum et compactum fiat*.

[2] *Ille magnus primò terram et aquam et ignem et ventum et aërem creavit, ut mundum crearet, et ipse* (*Deus*) *in aquâ* [3] *firmam mansionem* (*quietem*) *cepit*.

[4] *Quisquam animam non potest occidere: sed corpus ab animâ vacuum facit, et anima gemma subtilis* (*et levis*) *est, quæ unquàm corruptibilis* (*evanida*) *non fiat; nisi tempore quo* DEUS EXCELSUS *vult: et quemcunque occidunt*,

---

1. *Mahabarat*, *fol.* 434 *rect.* 446 *vers.*

2. *Id. fol.* 446 *vers.*

3. *Genes.* 1, 2. *Et spiritus Dei ferebatur super aquas* (hebraicè, *ve rouackh Elohim merakhefet aal penei hammaïm*).

4 *Mahabarat.* 6. *Porb. fol.* 238 *recto.*

anima in statu suo est : et quisquis in mundum venit, omni modo (necessariò) eum è mundo oportet ire.

[1] *Mortis explicatio est, à τῷ otiosos (irritos) facere sensus quinque exteriores et interiores, quos* VERUS (DEUS), *sanctus et excelsus, justam proportionem (mensuram, æquilibrium, bilancem) temperationis et caloris naturalis in corpore hominis et aliorum animantium, benè compositos fecit (ordinavit). Et quoad hæc (corporis) temperatio in limite justæ proportionis est, sensus et motus in eo est ; et ordinatio corporis in illo ligata est. Pòst ab illo quòd (posteaquàm) facultates vultum in debile posuit (verterunt), et natura (essentia, status naturalis) è (corporis) temperatione (se) convertit, et alteratio in statibus corporis viam invenit, et robur omne è latere fuit (semotum est), huic statui mortis nomen posuerunt (indiderunt).*

AAIN AKBARI, cujus libri ABOULFAZEL supra laudatus auctor est, τῦ SOUTSCHHM *et* STHOUL, *intellectûs qui ad oculum non venit* (invisibilis), undè, pro variâ affectionum scientiæ, lætitiæ, mœroris, desiderii, iræ, inscitiæ, mixtione, AKASCH, *ventus*, *ignis*, *aqua*, *terra*, prodierunt, mentionem facit, ut et τῦ BRAMHA, creationis, BESCHN conservationis, et MAHADIW, destructionis, instrumentorum.

1. *Mahabarat.* 7. *Porb. fol.* 270 *verso.*

Dicunt, inquit auctor libri cui titulus, *Teskerat assalattin*, in quo Indorum *Beid* memorantur, res, scientiæ, regna, reges, fusè exponuntur, quòd, *præter aquam quidquam non erat. : potentiâ* (*virtute*) *Dei.... flos* NILOFER *ex aquâ ad aspectum evasit; et in medio illius floris*, BRAMHA, *quòd causa* (*medium, instrumentum*) *creationis est*, *in imagine humanæ faciei resplenduit.*

His, et longè pluribus si opus esset, testimoniis asseritur τȣ̃ OUPNEK'HAT doctrina, quâ, juxtà priscos Indos, supremus omnium, etiam τῶν BRAMHA, BESCHN et MAHADIW, ejus agentium, creator, DEUS EXCELSUS, adstruitur, ut et PRIMUS INTELLECTUS, ex Deo procedens; qui quidem post Deum operantur : pretiosa sanè dogmata, quæ nec longa temporum intervalla, nec multiplices populorum successiones, nec variæ orbis subversiones, ex hominum memoriâ potuerunt avellere [1].

---

1. Eâ de re operæ pretium est erudita legere D. Mignot commentaria, in quibus doctrinam veterum Indiæ philosophorum exponit, et cum aliarum regionum philosophorum opinionibus comparat (*Mémoires de l'Acad. des Inscript. et bell. lettr. tom.* 31; *Mém. p.* 212-338). Materia, in hoc doctissimo opere, fusè, profundè et lucidè, quidquid aliundè sentiat præstans Academicus, tractata est : omnia antiquitatis Græcæ et Latinæ, et cognita Orientis monumenta, veraciorum viatorum (BERNIER, *Voy. T.* 2, *des Gentils de l'Indoustan*, *p.* 158, 159, etc. : *An historic. Relation of the Island Ceylon*

Hoc opus non *facem* dixerim orbi erudito oblatam,

---

in the East-Indies etc. *by Robert* KNOX, *a captive there near twenty years, part. III, ch. III-V, p.* 78-86 : KÆMPFER, *histoire natur. civile et ecclésiast. de l'empire du Japon*, 1732. *T. II, liv. III, p.* 1-76) diaria, vel manuscripta, vel typis mandata cum aliis auctorum de Indiâ scribentium libris, in medium adducta; præcipuè COUTO τȣ̃ BARROS continuator (DECADA QUINTA DA ASIA, *dos feitos que os Portugueses fizerao no descobrimento dos mares e conquista das Terras do Oriente etc. por Diogo do Couto, chronista e guarda-mór da Torre de Tombo do estado da India*, 1612, *liv. VI, cap. I-IV, p.* 120-131): *Lettres édifiantes et cur. des Jésuit. Recueil IX*, 1711, *p.* 1-60. *Rec. X*, 1713, *p.* 15; *Rec. XIII*, 1718, *p.* 95-225 : *Histoire du Christianisme des Indes, par La Crose*, 1758, *T.* 2, *liv. VI, p.* 249-359 : *Le Théâtre de l'idolâtrie, ou la Porte ouverte pour parvenir à la connoissance du paganisme etc. par Abraham Roger; tr. fr. de Lagrue*, 1670.

A D. Mignol omissa sunt DANORUM MISSIONARIORUM τȣ̃ *Tranquebar*, in orâ *Coromandel*, narrationes germanicæ, anno 1708 inceptæ, et nunquàm exindè intermissæ (*der kœnigl.* DÆNISCH MISSIONARIEN *aus Ost-Indien eingesandte ausführliche Berichte etc. Halle* 1710 *etc.; trad. fr. par Niecamp.* 1745. *T.* 1.) : BALDÆI, decem annos apud Batavos in insula *Ceylon* Ministri (à sacris), *Beschreibung der Ost-Indischen Küsten Malabar und Coromandel, auch der Insel Zeylan, mit Kupf. in fol.* 1672; opus, in quo Indorum dogmata curiosè exponuntur: et *Histoire de la Religion des Banians, contenant leurs lois, leur lyturgie, leurs tribus, leurs coutumes et leurs cérémonies, tant anciennes que modernes, recueillies de leurs Bramanes et tirées du livre de leur loi, qu'ils appellent* SHASTER.... *trad. de l'anglois de Henry* LORD; 1667.

His addenda EZOUR VEDAM, ou *Ancien Commentaire du* VEDAM, *contenant l'exposition des opinions religieuses et philosophiques des Indiens, traduit du Samskretam par un Brahme (à Pondichery), revu et publié (par M. le Baron de Sainte-Croix), avec des observations préliminaires, des notes et des éclaircissemens;* 1778 : BAGAVADAM, ou *Doctrine divine, ouvrage indien, canonique, sur l'Être suprême, les dieux, les géans, les hommes, les diverses parties de l'univers (trad. en franç. par l'Interprète noir du Conseil de Pondichery, publié par M.* d'OPSONVILLE), 1788 : BHAGVAT GEETA, *or Dialo-*

quâ tenebræ circà primordia generis humani, religio-

---

gues of Kreeshna and Arjoon, in eighteen lectures .... with notes, translated from the original in the Sanskreet *or ancient language of the Brahmans, by* Charles Wilkins (τῶν Brahmanan *Benarès* disciple), *senior merchant .... in their (English company) Bengal Establihment*, 1785 : et Heetoprades, *or* Veeshnoo Sarma, *in a series of connected fables, interspersed with moral, prudentical and political maxims, translated from an ancient ms. in the* Sanskreet *language, with explanat., by Charl.* Wilkins *etc.* 1787 (*trad. en franç. par Parraud.* 1787).

Nec missum faciet curiosus litteraturæ Indicæ indagator D. Holwell, urbis Calcutta, in τῷ Bengala, gubernatoris generalis, *Interesting historic. events, relative to the provinces of Bengal, etc., as also the mythologie and cosmogony, fast and festivals of the Gentoos, followers of the* Shastah, *by* Holwell, *Esq.* 1766, *part. II, ch. IV.* (*trad. franç.* 1768, *part. II.*) : tùm, *the history of Hindostan, translated from Persian ... by Alexander Dow, esq.* 1768 (1770); *vol.* 1 : *a dissertation concerning the customs, manners, language, religion and philosophy of the Hindoos* (*trad. franç.* 1769) : tandem, a code of Gentoo *laws or ordinations of the Pandits, from a Persian translation made from original written in the* Shanskrit *language*, 1777 (1781), (*trad. franç.* 1778) : *Législation orientale*, 1778, *p.* 306-310 (*by M.* Halhed), *préface*, p. xcix-cix, *account of the creation ;* quamvis hoc opus recens sit, et mera τῶν *Pandetan* productio, è diversis Samskreticis libris eruta, præbens jus privatum et politiam, seu civilem administrationem, Indorum in provinciâ τȣ̃ Bengal : simul et *a Grammar of the Bengal language, by Nathaniel Brassey Halhed, printed at Hoogly in Bengal* 1778, *préface etc. ;* propter Bengalici et Samskretici sermonis analogiam.

Istis, inter alia, adjumentis instructus, vel in Europâ, vel ipsâ in Indiâ, coram Brachmanibus celeberrimorum religiosæ peregrinationis locorum, scilicet, *Salcette, Iloura, Jagrenat, Benarès, Elahbad*, etiam in *Kaschmir*, ad τȣ̃ Oupnek'hat attentam lectionem seu studium se accinget.

Sic demùm, labore improbo, patebunt neglecta vel malè tentata potiùs quàm occultata Indorum mysteria, eorumque in alias gentes quoquoversùs profusio et propagatio, sinon certò, saltem verisimiliter notari poterit et assignari.

num èt opinionum procul pellantur; sed *scintillam*, quæ, in cinerem penè frigidum collapsa, ignem excitet et accendat ab ortu mundi sopitum, novisque super primi Entis hominisque naturâ, orbis fabricatione, temporis divisione, antiquarum nationum chronologiâ, scientiæ moralis principiis naturalibus, aliisque notionibus ad philosophiam spectantibus, tentandis laboribus in Europâ ansam præbeat.

Erudite Lector, hæc scripsi *sub asciâ*, dum spissa nubes, morte gravida, ori Franciæ, heu ! quondam splendido, tetrum livorem suffundebat. Iis fruere, seni indulgens, pridem viatori, qui, nec carcerem, nec ultimum fati ictum reformidans, intimis conclusa præcordiis premere audet, cùm veritatis et religionis honos, patriæ salus, hominis cujuslibet, hostis etiam commodum, id postulare videntur.

Verùm quantus concursus, quanta dementia, quantus furor ! Qui suis, privatis rebus nec benè præesse nôrit, alienis, publicis se ingerit negotiis : dignitatum, imperii fames animos excruciat : trucidato trucidans succedit, mox ipse truculentiori locum cessurus. Tandem, ô miseri ! adhuc imminente periculo, philosophiâ edocti, vestræ dignitatis memores, hæc duo animis altè infixa teneatis : homines laborem ad illos

gubernandos impendendum haud mereri ; et victui vix quidquam esse necessarium, quandò, corpore subacto, sensibus edomitis, mens, suæ majestatis conscia, sui proprium regimen audet assumere.

Dabam Parisiis, è Museo. Septembri, 1794.

ANQUETIL DUPERRON,
Indico pleustes,
è R. Inscriptionum et humaniorum Litterarum Academiâ.

DISSERTATIO

IN QUA

È JUDÆORUM, ECCLESIÆ DOCTORUM, *et tàm* CATHOLICORUM, *quàm* ACATHOLICORUM THEOLOGORUM *scriptis*, *summa* ORIENTALIS SYSTEMATIS *inquiritur;*

NEMPÈ,

1.° *Ens supremum*, *ejus natura et proprietates;*
2.° *Rerum productio*, *per emanationem aut creationem;*
3.° *Existentia mundi supernaturalis*, *intelligibilis*, *hoc mundo sensibili longè antiquioris;*
4.° *Cœli seu astrorum in terram et corpora influxus.*

ANTECESSIO.

REIPUBLICÆ ROMANÆ nomen tantùm remanebat, J. Cæsare rerum summâ potiente, anno urbis 709. Sexagesimum tertium ætatis annum tunc agebat Cicero, omnibus muneribus et honoribus perfunctus, sed nondùm pulso administrandæ reipublicæ desiderio. Quantum pondus, otium animæ diù civilibus motibus agitatæ! vir consularis, pater patriæ nuncupatus, tædium fallere quærit, *totam philosophiam*, ut ipse dicit, pertractando.

Sin autem, inquit [1], *quis requirit quæ causa nos impulerit, ut hæc tam serò litteris mandaremus, nihil est quod expedire tam facilè possimus. Nam cùm otio langueremus, et is esset reipublicæ status, ut eam unius consilio atque curâ gubernari necesse esset: primùm ipsius reipublicæ causâ philosophiam nostris hominibus explicandam putavi.... hortata etiam est, ut me ad hæc conferrem, animi ægritudo, fortunæ magnâ et gravi commota injuriâ, cujus si majorem aliquam levationem reperire potuissem, non ad hanc potissimùm confugissem. Eâ verò ipsâ nullâ ratione meliùs frui potui, quam si me non modò ad legendos libros, sed etiam ad totam philosophiam pertractandam dedissem.*

Sua cuique indoles, suum ingenium. Cùm sim privatus senex, individuæ libertatis amantissimus, verùm ambitionis expers, nec magnis jactatus fortunæ procellis, patriæ, proximorum, amicorum causà, mutatus in Galliâ rerum status me commovit, sed leviter, et absque *animi ægritudine*.

Præterea, longinquis et duris terrâ marique itineribus, ad inopiam, *egestatem* perferendam, et *mortem* ut faustum laborum, periculorum, malorum exitum considerandam, eruditus; insuper *menti primas dare*,

1. *De naturâ Deorum*, *lib.* 1, *n.° IV*, *ed. et interpr. d'Olivet* (1721), *t.* 1, *p.* 167 *et* 168. *Interpr. gallic. p.* 11, *not.* (7), *p.* 13, *et not.* (9), *p.* 15, *et not.* (1).

attentâ rerum spiritualium meditatione assuefactus: si quid in istis populorum et regiminum conversionibus, *corpus* attingebat, illud quasi, ut ita dicam, *probationem* animæ vel pœnam, ad Deum evehentem, libenter patiebar: nec ad *philosophiam*, qualis vulgò intelligitur, tanquam ad maximam *levationem* confugiebam.

Nihil tamen, eâ magistrâ, me didicisse non gloriabor; sed tantùm, ut à religionis, quod reverà est, *pedissequâ*. Calamitates imaginatione auget homo naturaliter querulus. Malum fixo inspicere oculo, seque ei parem credere prima sufferendi via est: verùm, qui Deum solum in omnibus omnia moderantem intuetur, caduco et inani philosophiæ fulcro non indiget.

Nedum igitur, destructis Academiis et aliis litterariis institutis, *otio languere* mihi onerosum esset, absolutâ fruens solitudine, ad opus, dudum incœptum, sed quod, ut absolveretur, integrum et plenè sui juris hominem requirebat, confidenter rursùs me contuli, non *Reipublicæ Gallicæ* solùm, sed *toti Europæ* philosophiæ Indicæ benignum, mansuetum, ad restinguendam sanguinis sitim, propinans poculum.

Ut autem fastidium, si fortè rudi aut subasperæ fauci oriretur, levarem, hanc commentationem, in

quà primaria Indici systematis capita è scriptoribus præsertim græcis et latinis colliguntur, præmisi.

ARTICULUS PRIMUS.

Ens supremum, ejus natura et proprietates.

INEUNTE quinto æræ christianæ sæculo, Ens supremum et opera ejus, Africano organo sic canit SYNESIUS, Cyrenæus, Ptolemaidis, Libyæ Cirenaicæ, seu Pentapoleωs Metropolis, Epicopus.[1]

HYMNUS I.us

Lib. cit.	Ἄγε μοι λίγεια φόρμιγξ,	V. 1. *Eia mihi sonora cithara,*
p. 313.	μετὰ Τηΐαν ἀοιδὰν,	*post Teium cantum,*
	μετὰ Λεσβίαν τε μολπὰν,	*post Lesbiamque modulationem,*
	γεραρωτέροις ἐφ' ὕμνοις	*augustioribus hymnis*
	κελάδει Δώριον ᾠδάν.	*cane Dorium carmen.*
	. . . .	. . . .
p. 314.	Τί ποτ' ἄρα τέξεταί μοι	v. 50. *Quid igitur tandem pariet mihi*
	μέλος ἁ θέσκελος ὠδίς;	*carminis divinus partus?*
	Ὁ μὲν αὐτόσσυτος ἀρχὰ,	*Ille quidem, ex ſe ortum principium,*
	ταμίας πατήρ τε ὄντων,	*gubernator paterque rerum omnium,*
	ἀλόχευτος, ὑψιθώκων	*ingenitus, excelsa*
	ὑπὲρ οὐρανοῦ καρήνων	*super cœli cacumina*

1 *Synesii, Episcopi Cyrenes, opera edit. et interpr. Dionys. Petavio. S. J. P.*

ἀλύτῳ κύδεϊ γαίων,	*immortali gloriâ lætus,*
Θεὸς ἔμπεδος θαάσσει·	*Deus constanter sedet;*
ἑνοτήτων ἑνὰς ἁγνὴ,	*unitatum unitas sancta,*
μονάδων μονάς τε πρώτη,	*monadumque monas prima,*
ἁπλότητας ἀκροτήτων	*simplicitates summitatum*
ἑνώσασα, καὶ τεκοῦσα	*quæ junxit, et peperit*
ὑπερουσίοις λοχείαις·	*super substantiali partu:*
ὅθεν αὐτὴ προθοροῦσα	*undè ipsa prosiliens*
διὰ πρωτόσπορον εἶδος,	*per primigenam formam*
μονὰς ἄῤῥητα χυθεῖσα	*unitas ineffabilem in modum diffusa,*
τρικόρυμβον ἔσχεν ἀλκάν.	*trinam adepta est vim.*

Auctor christianus orientales ideas ad fidem suam accommodat.

Ὑπερούσιος δὲ παγὰ	*Supersubstantialis verò fons*
στέφεται κάλλεϊ παίδων,	*coronatur pulchritudine prolis,*
ἀπὸ κέντρον τε θορόντων	*quæ ex centro profluxit,*
περὶ κέντρον τε ῥυέντων.	*et circà centrum volvitur.*
Μένε μοι θρασεῖα φόρμιγξ,	*Sile mihi, audax ô cithara,*
μένε, μηδὲ φαῖνε δήμοις	*sile, neque efferto in vulgus*
τελετὰς ἀνοργιάστους.	*sacra arcana maximè.*

Idem in libris Indicis, de primo Ente et rerum productarum cum eo ratione, silentium præscribitur.

Ἴθι, καὶ τὰ νέρθε φώνει.	*I, et terrena cane:*
τὰ δὲ ἄνω σιγὰ καλύπτοι.	*superna silentium operiat.*

ὁ δὲ νοῦς οἵοισιν ἤδη	*mens verò solos jam*
μέλεται νόοισι κόσμοις.	*curat intellectuales mundos.*
ἀγαθὰ γὰρ ἔνθεν ἤδη	*bona enim indè jam*
βροτέου πνεύματος ἀρχὰ	*humani spiritûs origo*
ἀμερίστως ἐμερίσθη.	*individuè divisa est:*
ὁ καταιβάτας ἐς ὕλαν	*ac mens delapsa in hylam,*
νόος ἄφθιτος τοκήων	*mens immortalis parentum*
θεοκοιράνων ἀποῤῥὼξ,	*divinorum propago,*
ὀλίγα μέν· ἀλλ' ἐκείνων	*exigua quidem: sed illorum*
ὅλος οὗτος εἷς τε πάντῃ	*tota ista et una ubique*
ὅλος εἰς ὅλον δεδυκὼς,	*tota in totum infusa,*
κύτος οὐρανῶν ἑλίσσει·	*vastam cavitatem cœlorum torquet:*
τὸ δ' ὅλον τοῦτο φυλάσσων,	*universumque hoc conservans,*
νενεμημέναισι μορφαῖς	*in diversas formas,*
μεμερισμένος παρέστη.	*distributa adest.*
ὁ μὲν ἀστέρων διφρείαις,	*pars ejus, stellarum cursus,*
ὁ δ' ἐς ἀγγέλων χορείας,	*pars angelorum cœtus,*
ὁ δὲ καὶ ῥέποντι δεσμῷ	*pars etiam gravi nexu,*
χθονίαν εὕρετο μορφὰν,	*terrenam sortita est formam,*
ἀπὸ δ' ἐστάθη τοκήων	*disjunctaque à parentibus,*
δνοφερὰν ἤρυσε λάθαν,	*tenebrosam hausit oblivionem,*
ἀλαωποῖσι μερίμναις	*cæcis solicitudinibus*
χθόνα θαυμάσας ἀτερπῆ.	*terram admirata injucundam.*

Viva τοῦ *âtma* (animæ originalis) è primo fonte migrationum descriptio.[1]

Θεὸς ἐς θνητὰ δεδορκώς.	*Deus humana intuens*
ἔνι μὰν, ἔνι τι φέγγος	*inest tamen, inest aliquid lucis*
κεκαλυμμέναισι γλήναις·	*opertis oculis:*
ἔνι καὶ δεῦρο πεσόντων	*inest etiam iis qui huc delapsi sunt,*
ἀναγόγιός τις ἀλκὰ,	*in cœlum revocans quædam vis,*
ὅτε κυμάτων φυγόντες	*cùm fluctibus emersi*
βιοτησίων, ἀκηδεῖς	*vitæ, læti*
ἁγίας ἔστειλαν οἴμους	*sanctum ingrediuntur iter*
πρὸς ἀνάκτορον τοκῆος.	*ad regiam parentis.*
. . . . . .	. . . . . .

Ejusdem *âtma* ad summum parentem reversio.

HYMNUS II.

. . . . Σὺ δ' ἐσσὶ ῥίζα	v. 60. *Tu autem es radix* *Lib. cit. p. 317.*
παρεόντων, πρό τ' ἐόντων,	*præsentium, præteritorum,*
μετεόντων, ἐνεόντων.	*futurorum, eorum quæ sunt.*
σὺ πατὴρ, σὺ δ' ἐσσὶ μάτηρ.	*tu pater, tu es mater:*
σὺ δ' ἄρρην, σὺ δὲ θῆλυς.	*tu mas, tu fœmina.*

1. *Vide* D'OLIVET, *Théologie des philosophes, ad calc. lib. Ciceronis de natur. Deorum, T.* 3. PYTHAGORE, *p.* 258-268. BRUCKER, *Hist. crit. philosoph. etc.* (1742.) *T.* 1, *part.* 2, *lib.* 2, *cap.* 10, *sect.* 1 *de vit.* PYTHAGORÆ *p.* 1064, 1067, 1082, 1083, 1091, 1092, 1094. JAC. THOMASII *dissertat. ad stoicæ philosoph. etc. histor. facientes etc.* (1682). *Dissert. XXI. Fons animarum p.* 249, 255.

Apud Judæos cabbalistas *Seir Anpein*, *parvus vultus*, parvus mundus, homo est qui simul mas et fœmina.[1]

Σὺ δὲ φωνά, σὺ δὲ σιγά.	*Tu vox, tu silentium:*

Notanda hîc ἡ σιγὴ Valentinianorum, et silentium τοῦ OUPNEK'HAT.[2]

Φύσεως φύσις γονῶσα.	*Naturæ natura fœcunda.*
σὺ δ' ἄναξ, αἰῶνος αἰών,	*tu, ô Rex, sæculi sæculum,*
τὸ μὲν ᾗ θέμις βοᾶσαι.	*quantum id quidem fas est voce testari.*
μέγα χαῖρε, ῥίζα κόσμου,	*longùm salve, radix mundi,*
μέγα χαῖρε, κέντρον ὄντων,	*longùm salve, centrum rerum,*
μονὰς ἀμβρότων ἀριθμῶν	*unitas divinorum numerorum*
προανουσίων ἀνάκτων.	*substantiâ carentium regum.*
. . . . . .	. . . . . .

HYMNUS III.

Lib. cit. p. 321, 322.	Πατέρων πάντων	v. 145. *Patrum omnium*
	πάτερ, αὐτοπάτωρ,	*pater, pater tui ipsius*
	προπάτωρ, ἀπάτωρ,	*antè pater, sine patre,*
	υἱὲ σεαυτοῦ.	*fili tui ipsius:*

Hæc vera sub diverso respectu, quamvis in verbis sit contradictio: idem dicendum de attributis divinis, seorsùm vel simul consideratis.

1 BASNAGE, *Hist. des Juifs, T.* 3. *ch. VIII. p.* 120, 118.

2. *Oupnek'hat III, N.° LXX.*

Ἓν ἑνὸς πρότερον,	*Unitas unitate prior,*
ὄντων σπέρμα,	*entium semen,*
πάντων κέντρον,	*omnium centrum,*
προανούσιε νοῦ,	*æterna expers substantiæ mens,*

Id est, quæ, ut *substantia*, *accedentia* non habet.

κόσμου ῥίζα,	*mundi radix,*
τῶν ἀρχεγόνων	*rerum ab initio creatarum*
ἀμφιφαὲς φῶς,	*lux undique collucens,*
ἀτρέκεια σοφὰ,	*veritas sapiens,*
παγὰ σοφίας,	*fons sapientiæ,*
κεκαλυμμένε νοῦ	*mens tecta*
ἰδίαις αὐγαῖς,	*propriis fulgoribus:*
ὄμμα σεαυτοῦ.	*ocule tui ipsius.*
. . . .	. . . .
Ἐπέκεινα νόων·	v. 165. *Superans mentes,*
ἐπὶ θατέρα νωμῶν·	*in diversas partes versans:*
νοερητόκε νοῦ,	*mentium parens mens,*
ὀχετηγὲ θεῶν,	*originem præbens Diis,*
πνευματοεργὲ,	*spirituum opifex,*
καὶ ψυχοτροφέ.	*et animarum altor.*
παγὰ παγῶν,	*fons fontium,*
ἀρχῶν ἀρχὰ,	*principiorum principium,*
ῥιζῶν ῥίζα·	*radicum radix:*

Lib. cit. p. 322, 323.

μονὰς εἰ μονάδων,	*unitas es unitatum,*
ἀριθμῶν ἀριθμὸς,	*numerorum numerus,*
μονὰς ἠδ' ἀριθμὸς,	*unitas et numerus,*
νοῦς καὶ νοερὸς,	*intelligentia et intelligens,*
καὶ τὸ νοητὸν,	*et quod intelligi potest,*
καὶ πρὸ νοητοῦ.	*et ante id quod potest intelligi.*

Agens, subjectum, objectum, Deum esse persæpè in Indicis libris docetur. Aliter Entis supremi et unici universitatem exprimere mentis humanæ imbecillitas non sinit.

Εν καὶ πάντα,	*Unum et omnia,*
ἓν δ' ἀπάντων,	*unum autem omnium,*
ἕν τε πρὸ πάντων,	*et unum antè omnia,*
σπέρμα τὸ πάντων,	*semen omnium,*
ῥίζα καὶ ὅρπαξ,	*radix et summus ramus*
φύσις ἐν νοεροῖς,	*natura inter intelligentias,*
θῆλυ καὶ ἄρρεν.	*fœmina et mas.*
μύστας δὲ νόος	*Mystica autem mens*
τά τε καὶ τὰ λέγει,	*hæc atque illa dicit,*
βυθὸν ἄρρητον	*profunditatem ineffabilem*
ἀμφιχορεύων.	*circà ducens choreas.*

Similiter, apud Indos, mysticis animis, et iis solis datur divinitatis arcana reserare et effari.

Σὺ τὸ τίκτον ἔφυς,	*Tu es quod parit*
σὺ τὸ τικτόμενον,	*tu es quod paritur;*
σὺ τὸ φωτίζον,	*tu, qui illustras;*
σὺ τὸ λαμπόμενον.	*tu, qui illustraris:*
σὺ τὸ φαινόμενον,	*tu, qui appares;*
σὺ τὸ κρυπτόμενον	*tu, qui occultaris*
ἰδίαις αὐγαῖς.	*propriis fulgoribus.*
ἓν καὶ πάντα,	*unum et omnia,*
ἓν καθ' ἑαυτὸ,	*unum in te ipso,*
καὶ διὰ πάντων.	*et per omnia.*
σὺ γὰρ ἐξεχύθης,	*tu enim effusus es,*
ἀῤῥητότοκε,	*ineffabili modo nate,*
ἵνα παῖδα τέκῃς,	*ut filium paréres,*
κλεινὰν σοφίαν,	*inclytam sâpientiam,*
δημιοεργόν.	*rerum omnium opificem.*
προχυθεὶς δὲ μένεις	*profusus autem manes*
ἀτόμοισι τομαῖς	*individuis sectionibus*
μαιευόμενος.	*obstetricatus.*

Audax verbum, μαιευόμενος (*obstetricatus*), sed quod *profusionis* in Deo naturam et modum graphicè indicat.

Ὑμνῶ σε, μονάς.	*Cano te, unitas.*
Σὺ γὰρ ἀχράντων	v. 308. *Tu namque immensi*

Lib. cit. p. 325.

ἡγέτα κόσμων,
φύσις εἶ φυσίων·
σὺ φύσιν θάλπεις
γένεσιν θνατῶν,
τᾶς ἀενάω
ἰνδάλμονα,
ἵνα καὶ πυμάτα
μερὶς ἐν κόσμῳ
λελάχῃ ζωᾶς
ἐπαμειβομένας.
οὐ γὰρ θέμις ἦν
τρύγα τὰν κόσμου
κορυφαῖς ἐρίσαι.
τὸ δὲ ταχθὲν ὅλως
ἐς χορὸν ὄντων,
οὐκέτ' ὀλεῖται·
ἄλλο δ' ἀπ' ἄλλου,
διὰ δ' ἀλλήλων,
πάντ' ἀπολαύει.
ἐξ ὀλλυμένων
κύκλος ἀίδιος,
ταῖς σαῖς πνοιαῖς
ἀναθαλπόμενος,
σοὶ διὰ πάντων

moderator mundi,
natura es naturarum:
tu naturam foves
originem mortalium,
immortalis
imaginem,
ut etiam ima
pars in mundo
sortiatur vitam
alternam.
Neque enim fas erat
fæcem mundi
in summo vertice statuere:
at quod statutum omninò
in cœtu entium,
nunquam posthac interibit;
aliud verò ab alio
mutuâ vicissitudine
omnia fruuntur.
Rerum intereuntium
orbis æternus,
tuo spiritu
reviviscens,
tibi per omnia

ἵστησι χορούς.	statuit choreas.	
. . . .	. . . .	

Hic optimè describitur perpetua entium, etiam imorum, tùm intereuntium, tùm aliud ab alio, mutuâ vicissitudine, divino spiritu reviviscentium, successio.

Ἢ μὰν ἤδη	v. 548. *Equidem nunc*	*Lib. cit.*
δνοφερὰν ὕλας	*caliginosam hylæ*	p. 330 —
κηλῖδα φέρω·	*maculam fero:*	331.
ἔχομαι δὲ πόθοις,	*teneor autem cupiditatibus,*	
χθονίοις δεσμοῖς.	*terrenis vinculis.*	
σὺ δὲ ῥύσιος εἶ,	*Tu autem liberator es,*	
σὺ καθάρσιος εἶ·	*tu expiator es:*	
ἀπόλυε κακῶν,	*libera malis,*	
ἀπόλυε νόσων,	*libera morbis,*	
ἀπόλυε πέδας.	*libera compedibus.*	
σὸν σπέρμα φέρω,	*Tuum semen fero,*	
εὐηγενέος	*generosæ*	
σπινθῆρα νόου,	*scintillam mentis,*	
ἐς βάθος ὕλας	*in altitudine hylæ*	
κατακεκλιμένον.	*absconditam.*	
σὺ γὰρ ἐν κόσμῳ	*Tu enim in mundo*	
κατέθου ψυχάν,	*deposuisti animam:*	

διὰ δὲ ψυχᾶς	*per animam verò*
ἐν σώματι νοῦν	*in corpore mentem*
ἔσπειρας, ἄναξ.	*sevisti, ô rex.*

Mens, seu intellectus, pars τοῦ *Djiw âtma* in mundo depositi.

Τὰν σὰν κούραν	*Tuam filiam*
ἐλέαιρε μάκαρ.	*miserator, ô beate.*
κατέβαν ἀπὸ σοῦ	*Descendi abs te*
χθονὶ θητεῦσαι.	*terræ ut famularer.*
ἀντὶ δὲ θήσσας	*ex famulâ verò*
γενόμαν δούλα·	*facta sum serva:*
ὕλα μὲ μάγοις	*hyle me magicis*
ἐπέδησε τέχναις.	*irretivit artibus.*
ἔτι μὰν ἔνι μοι	*adhuc tamen insunt mihi*
βαιόν τι μένος	*exiguæ quædam vires*
κρυφίας γλήνας·	*abditæ pupillæ:*
οὔπω πᾶσαν	*nondum omnem*
ἔσβεσεν ἀλκάν.	*restinxit vim:*
κέχυται δὲ πολὺς	*sed circumfusa est multa*
ἐφύπερθε κλύδων,	*supernè tempestas,*
ἀλαῶπα τιθεὶς	*cæcam efficiens*
τὰν θεοδερκῆ.	*quæ in Deum aciem dirigit.*

. . . .

Ιδέ με ζωᾶς	v. 691. *Respice me, ô vitæ*
νοερᾶς ταμία,	*intellectualis arbiter,*
ἴδε σὰν ἱκέτιν	*respice tuam supplicem*
ψυχὰν ἐπὶ γᾶς	*animam in terris*
νοεραῖς ἀνόδοις	*intellectuales ascensus*
ἐπιβαλλομέναν.	*tentantem.*

Lib. cit. p. 333 — 334.

Gemitus τοῦ *Djiwâtma*, sursùm tendere conantis.

Σὺ δὲ λάμψον, ἄναξ,	*Tu autem illustra, ô rex,*
ἀνάγωγα φάη,	*cœlum affectantia lumina,*
πτερὰ κοῦφα διδούς·	*alas leves præbens:*
ἅμμα δὲ κόψον	*retinacula verò abscindito,*
χάλασον πεδόναν	*laxato vincula*
διδύμων παθέων,	*geminorum affectuum,*
οἷσι ψυχὰς	*quibus animas*
δολόεσσα φύσις	*fallax natura*
κάμπτει κατὰ γᾶς.	*deprimit in terram.*

Hic *fallax natura* nihil aliud est, quam *maïa* librorum Indicorum. Ejus fallaciâ mens delusa terræ affigitur. Scientiâ superas ad auras libera pergit.

Δός με φυγοῖσαν	*Da mihi ut elapsa*
σώματος ἄταν,	*ex corporis noxâ,*
θοὸν ἅλμα βαλεῖν	*celerem saltum dem*
ἐπὶ σὰς αὐλάς,	*ad tuas aulas,*

ἐπὶ σοὺς κόλπους·	*ad tuos sinus:*
ὅθεν αἱ ψυχᾶς	*undè animæ*
προρέει παγά.	*profluit fons.*
λιβὰς οὐρανία	*gutta cœlestis*
κέχυμαι κατὰ γᾶς.	*effusa sum in terram.*

Idem, apud Indos, verbum *gutta* rerum generationem exprimit.

Παγᾷ μὲ δίδου	*Fonti me restitue,*
ὅθεν ἐξεχύθην	*unde sum effusa*
Φυγὰς ἀλῆτις.	*profuga, vagans.*
νεῦσον προγόνῳ	*Annue, ut progenitrici*
Φωτὶ μιγῆναι·	*luci misceatur:*
νεῦσον δ' ὑπὸ σοὶ	*annue ut sub te,*
πατρὶ ταμιευομένην,	*patre custodita,*
σὺν ἄνακτι χορῷ	*cum cœlitum cœtu*
ἀνάγειν ὁσίως	*offerat sanctè*
νοεροὺς ὕμνους.	*cœlestes hymnos.*
νεῦσον δὲ, πάτερ,	*annue, (inquam) pater,*
Φῶτι μιγεῖσαν.	*ut luci mixta,*
μηκέτι δῦναι	*non post hac mergatur*
ἐς χθονὸς ἄταν·	*in terræ sordibus:*
ὄφρα δὲ ζωᾶς	*sed dum vitæ*
ὑλοδιαίτου	*corporeæ*

δεσμοῖσι μένω,	*in vinculis maneo,*
πραεῖα, μάκαρ,	*placida, ô beate,*
βόσκοι με τύχα.	*alat me fortuna.*

Istos ad patrem, ad fontem luminis, vivos anhelitus, prout hîc exprimuntur, Indus *Sanias* nunc exprомeret, à *Pram âtma*, ut, ruptis corporis et sensuum vinculis, cum eo, à quo descendit, effusus est, unus et idem efficiatur, exorans.

HYMNUS IV.

Μονὰς ὦ μονάδων,	v. 60. *Unitas ô unitatum,*	*Lib. cit. p.* 336.
πάτερ ὦ πατέρων,	*pater ô patrum,*	
ἀρχῶν ἀρχὰ,	*principiorum principium,*	
παγῶν παγὰ,	*fontium fons,*	
ῥιζῶν ῥίζα,	*radicum radix,*	
ἀγαθῶν ἀγαθὸν,	*bonorum bonum,*	
ἄστρων ἄστρον,	*siderum sidus,*	
κόσμων κόσμε,	*mundorum munde,*	
ἰδεῶν ἰδέα,	*idearum idea,*	
βύθιον κάλλος,	*immensa pulchritudo,*	
κρύφιον σπέρμα,	*abstrusum semen,*	
πάτερ αἰώνων,	*pater sæculorum,*	
πάτερ ἀφθέγκτων	*pater ineffabilium*	

νοερῶν κόσμων·	*intellectualium mundorum:*
ὅθεν ἀμβροσία.	*undè ambrosius*
σταλάοισα πνοὰ,	*destillans spiritus,*
σώματος ὄγκοις	*corporis moli*
ἐπινηξαμένα,	*adnatans,*
δεύτερον ἤδη	*secundum jam*
κόσμον ἀνάπτει.	*mundum excitat.*
Ὑμνῶ σε, μάκαρ,	*Cano te, ô beate,*
καὶ διὰ φωνᾶς,	*et voce:*
ὑμνῶ σε, μάκαρ,	*cano te, ô beate,*
καὶ διὰ σιγᾶς.	*etiam silentio.*
ὅσα γὰρ φωνᾶς,	*quantum enim vocem,*
τόσα καὶ σιγᾶς	*tantum et silentium*
ἀΐεις νοερᾶς.	*percipis intellectus.*

Sanias ad supremum perfectionis gradum evectus, nihil pronunciat, in primi et unici Entis contemplatione silens et quasi amens demersus.

Ὑμνῶ δὲ γόνον	*Cano etiam prolem*
πρωτόγονον,	*primigenam,*
καὶ πρωτοφαῆ.	*et primilucam.*
Γόνε κύδιστε	*Fili clarissime*
πατρὸς ἀφθέγκτου,	*patris ineffabilis,*
σὲ μάκαρ μεγάλῳ	*te, beate, magno*
πατρὶ συνυμνῶ,	*cum patre, laudo,*

καὶ τὰν ἐπὶ σοὶ	*et quem tulit tui causa*
ὠδῖνα πατρὸς	*partum pater,*
γόνιμον βουλὰν,	*fœcundum consilium,*
μεσάταν ἀρχὰν,	*medians principium,*
ἁγίαν πνοιὰν,	*sanctum spiritum,*
κέντρον γενέτου.	*centrum genitoris,*
κέντρον δὲ κόρου,	*centrum etiam filii.*
αὐτὰ μάτηρ,	*ipsa mater,*
αὐτὰ γνωτὰ,	*ipsa soror,*
αὐτὰ θυγάτηρ,	*ipsa filia,*
μαιωσαμένα	*quæ obstetricata es*
κρυφίαν ῥίζαν.	*abditam radicem.*
ἵνα γὰρ προχυθῇ	*Nam ut diffunderetur*
ἐπὶ παιδὶ πατὴρ,	*in filium pater,*
αὐτὰ πρόχυσις	*ipsa diffusio*
εὕρετο βλάσταν.	*invenit germen.*
ἔστη δὲ μέσα	*stetitque media,*
θεὸς ἔκ τε θεοῦ,	*Deus ex Deo,*
* * *	* * * (lacuna)
Διὰ παῖδα τε	*(per filium autem* [1]*)*
καὶ διὰ κλεινὰν	*et per inclytam*
πατρὸς ἀθανάτου	*patris immortalis*
πρόχυσιν υἱος	*profusionem filius*

1. *Hic versus deest in versione latinâ.*

	εὕρετο βλάσταν.	invenit germinationem.
	Μονὰς εἶ τριὰς ὤν·	Unitas es, trinitas cùm sis,
	μονὰς ἁ δὴ μένει,	unitas quæ permanet,
	καὶ τριὰς εἶ δή.	et trinitas quæ permanet.
	. . . .	. . . . .

Istam Verbi generationis et Spiritûs sancti profusionis, cum *matris*, *sororis*, *filiæ*, cognomine, descriptionem libenter assumeret auctor Indicus, qui τοῦ *Mehanat* (*primi Intellectûs*) et τοῦ *Ahankar* per eum productionem poëtico numero vellet decantare.

Lib. cit. p. 339.	Πάτερ ἄγνωστε,	v. 227. *Pater qui cognosci non potes,*
	πάτερ ἄῤῥητε,	*pater ineffabilis,*
	ἄγνωστε νόῳ,	*qui cognosci non potes mente,*
	ἄῤῥητε λόγῳ.	*exprimi non potes ratione·*
	νόος ἐσσὶ νόου	*mens es mentis,*
	ψυχᾶν ψυχά,	*animarum anima;*
	φύσις εἶ φυσίων.	*natura es naturarum*
	. . . .	. . . . .
Lib. cit. p. 340.	Λιπέτω, φυγέτω	v. 257. *Linquat (me), fugiat*
	δαίμων, ὕλας	*dæmon, qui est hylæ*
	παθέων ἀλκά.	*affectuum robur.*
	. . . .	. . . . .
Ibid.	Εταρον δὲ δίδου	v. 264. *Comitem verò da*

συνωνὸν, ἄναξ,	*consortem, ô rex,*
ἁγίας ἅγιον	*sancti sanctum*
ἄγγελον ἀλκᾶς,	*angelum roboris,*
. . . .	. . . .
Ἵνα καὶ ζωὰν	v. 281. *Ut etiam in vitâ* — *Lib. cit. p.* 340, 341.
τὰν γαιότρεφῆ,	*quam in terris degit,*
τοῖς σοῖς ὕμνοις	*tuis laudibus*
πιαίνηται	*pinguescat*
τάρσος ψυχᾶς·	*ala animæ:*
ἵνα καὶ ζωὰν	*ut etiam vitam*
τὰν μετὰ μοίρας,	*post fata,*
τὰν μετὰ δεσμοὺς	*post vincula·*
τοὺς χθονοβριθεῖς	*terrenum pondus habentia,*
καθαρὰν ὕλας	*puram ab hyla,*
ὅσον ἐξανύω,	*quantum fieri potest, degam,*
ἐπὶ σὸς αὐλὰς,	*ad tuam regiam,*
ἐπὶ σοὺς κόλπους,	*ad tuos sinus,*
ὅθεν ἁ ψυχᾶς	*undè animæ*
προρέει παγά.	*profluit fons.*
σὺ δὲ χεῖρα δίδου,	*tu autem manum porrige,*
σὺ κάλει, σὺ μάκαρ,	*tu evoca, tu, ô beate,*
ὕλας ἀνάγε	*ex hylâ educito*
ἱκέτιν ψυχάν.	*supplicem animam.*

HYMNUS V.

Lib. cit. p. 342. Μιχθῆναι ψυχᾶς παγᾷ. v. 47. *Ut miscear cum animæ fonte.*

. . . .

Hìc, quemadmodùm in libris Indicis, affectuum terrenorum robur est dæmon, *Dew*, contrà quem angeli, *Deioutai*, auxilium, quo egressus è materià, terrà et sensibus, et ad fontem supremum aditus pateat, invocatur.

HYMNUS VI.

Lib. cit. p. 343. Σὲ γὰρ ἀρχὰν γένεσθαι ἔδωκε κόσμοις, καθάγειν ἐκ νοερῶν σώμασι μορφάς. v. 14. *Te (filium) enim originem pater dedit mundis, ut deduceres corporibus formas ex intellectualibus.*

. . . .

Ibid. Σὺ δὲ καὶ φύσιν φθιτὰν ἀμφιχορεύεις, ἀμεριστὸν περὶ γᾶν πνεῦμα μερίζεις, καὶ παγᾷ τὸ δοθὲν πάλιν συνάπτεις, θνατοὺς ἐκ θανάτου λύων ἀνάγκας. v. 20. *Tu et naturam mortalem regis, individuum circà terram spiritum dividis, et cum fonte, quod datum est, rursùs conjungis, mortales mortis liberans necessit.*

. . . .

Indica dogmata, Dei filius mundi origo; cui

ad intellectuales formas fabricata; *Djiw âtma* circà terram divisus, rursùs fonti suo conjunctus; mortis necessitas abolita.

HYMNUS IX.

Σὺ δὲ ταρσὸν ἐλάσσας,	v. 44. *Tu verò (beate nate), alas agitans,*
κυανάντυγος οὐρανοῦ	*cærulæi cœli*
ὑπερήλαο νώτων,	*scandisti super dorsum,*
σφαίρησι δ᾽ ἐπετάσθης	*(in) spherisque constitisti*
νοεραῖσιν ἀκηράτοις	*intellectualibus purissimis:*
ἀγαθῶν ὅθι παγὰ,	*bonorum ubi fons,*
σιγώμενος οὐρανός.	*silentio suppressum cœlum.*
ἔνθ᾽ οὔτε βαθύῤῥοος	*ubi neque immensum*
ἀκαμαντοπόδας χρόνος	*indefessumque tempus*
χθονὸς ἔκγονα σύρων,	*terra orta trahens,*
οὐ κῆρες ἀναιδέες	*neque morbi impudentes*
βαθυκύμονος ὕλας·	*fœcundæ hylæ:*
ἀλλ᾽ αὐτὸς ἀγήραος	*sed ipsum senii expers*
αἰὼν ὁ παλαιγενὴς,	*ævum antiquum,*
νέος ὢν ἅμα καὶ γέρων	*quod juvenis est simul et senex,*
τὰς ἀεννάω μονᾶς	*perpetuæ mansionis*
ταμίαν πέλεται θεοῖς.	*dispensator est Diis.*

Lib. cit. p. 347. 348.

Cœli τοῦ *Pram âtma* descriptio verè Indica, sicut et æterni ævi, et perpetuæ τῶν *Deïoutai* in hoc cœlo

intellectuali mansionis. Fortè σιγώμενος οὐρανὸς ad id quod anteà, de summo cœli domino, σὺ δὲ σιγᾷ, dictum est, referrri debet. [1]

Odium theologicum, quod majorem in omni genere doctrinæ ORIGENEM insecutum est, SYNESIO pepercit. Et sic ad nos usque pervenit fons, temporum et locorum intervallo longè dissitus, opinionum, quæ, nedùm catholicam fidem impugnent, aut labefactent, rectè intellectæ, ei robur addunt in materià perobscurâ et mentis oculis vix perviâ, *unico rerum principio*; constantem, eà de re, toto orbe traditionem statuendo.

Hujus articuli coronis sit præstans Dionysii Alexandrini locus, qui caput V libri de *Divinis nominibus* claudit. Sic autem se habet.

Πάντα οὖν αὐτῇ τὰ ὄντα κατὰ μίαν τὴν πάντων ἐξῃρημένην ἕνωσιν, ἀνα-θετέον· ἐπείπερ ἀπὸ τοῦ εἶναι, τοῦ	*Universa [2] ipsi (omnium causæ) entia secundùm unam omnibus eminentem copulationem sunt attribuenda; quandò*

1. *Vide*, *in Synesium*, TILLEMONT, *Mém. pour servir à l'hist. ecclésiast. T.* 12 (1707). SYNESE *etc. p.* 449-554, *p.* 687, *not. VIII.* — CAVE, *scriptor. eccclesiastic. histor. litter.* (1720), *p.* 250. — BEAUSOBRE, *Hist. du manichéisme etc. T.* 1, (1734.) *p.* 584, *etc. T.* 2. (1739). *p.* 278, *not.* (7) *etc.* — MOSHEIM, *Dissertation. ad ecclesiastic. histor. pertinent.* (1733), *de turbatà per recentior. Platonic. Ecclesià, commentat.* §. XXXIII, *p.* 174. §. XLIX, *p.* 208, 209.

2. DIONYS. *Areopag. Oper.* (1634); *T.* 1, *p.* 696-697. *interpr. Corderio. S. J.*

οὐσιοποιοῦ προόδου καὶ ἀγαθότητος ἀρξαμένη, καὶ διὰ πάντων φοιτῶσα, καὶ πάντα ἐξ ἑαυτῆς τοῦ εἶναι πληροῦσα, καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖς οὖσιν ἀγαλλομένη, πάντα μὲν ἐν ἑαυτῇ προέχει, κατὰ μίαν ἁπλότητος ὑπερβολὴν πᾶσαν διπλόην ἀπαναινομένη· πάντα δὲ ὡσαύτως περιέχει, κατὰ τὴν ὑπερηπλωμένην αὐτῆς ἀπειρίαν, καὶ πρὸς πάντων ἑνίκως μετέχεται, καθάπερ καὶ φωνὴ μία οὖσα καὶ ἡ αὐτὴ, πρὸς πολλῶν ἀκοῶν ὡς μία μετέχεται.

quidem dùm ab ipsâmet essentiâ substantificæ promanationis ac bonitatis exordiens, per omnia dimanat, et universa per semetipsam implet, et in rebus omnibus delectatur, omnia quidem in se præhabet excellentiâ simplicitatis, quæ omnem refugit duplicitatem; cuncta verò similiter continet secundùm plusquàm simplicem infinitatem suam et ab omnibus singulariter participatur, quemadmodùm et vox, cum una sit et eadem, à multis quoque auribus ut una percipitur.

Πάντων οὖν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ τῶν ὄντων ὁ προών. ἀρχὴ μὲν, ὡς αἴτιος· τέλος δὲ, ὡς οὗ ἕνεκα, καὶ πέρας πάντων; καὶ ἀπειρία πάσης ἀπειρίας καὶ πέρατος ὑπεροχικῶς τῶν ὡς ἀντικειμένων. ἐν ἑνὶ γὰρ, ὡς πολλάκις εἴρηται, τὰ ὄντα πάντα, καὶ προέχει καὶ ὑπέστησε (γρ. παρών. ita Vien codex uterque) παρ' ὢν τοῖς πᾶσι, καὶ πανταχοῦ, καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ πᾶν, καὶ ἐπὶ

Omnium igitur principium et finis, qui rebus præexistit. Principium quidem, ut causa; finis verò, ut cujus causa, et finis omnium, atque infinitas omnis infinitatis et terminationis excellenter, sicut oppositorum. In uno enim, ut sæpe numerò dictum est, omnia quæ sunt præhabet, et existere fecit, præsens omnibus ubique, secundùm unum et idem, et secundùm idem omne; in omnia means et in se

πάντα προϊὼν, καὶ μένων ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ ἑστὼς καὶ κινούμενος, καὶ οὔτε ἑστὼς οὔτε κινούμενος, οὔτε ἀρχὴν ἔχων ἢ μέσον, ἢ τελευτήν· οὔτε ἔν τινι τῶν ὄντων, οὐδέ τι τῶν ὄντων ὤν. καὶ οὔτε ὅλως αὐτῷ προσήκει τι τῶν αἰωνίως ὄντων, ἢ τῶν χρονικῶς ὑφισταμένων· ἀλλὰ καὶ χρόνου, καὶ αἰῶνος, καὶ τῶν ἐν αἰῶνι, καὶ τῶν ἐν χρόνῳ πάντων ἐξήρηται. διότι καὶ αὐτὸ αἰὼν, καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μέτρα τῶν ὄντων, καὶ τὰ μετρούμενα δι' αὐτοῦ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ.

manens, et stans, et se movens, et neque stans, neque movens; neque principium vel finem vel medium habens; nec est in quopiam eorum quæ sunt, neque quidquam eorum est; et neque totaliter ipsi convenit aliquid æternaliter existentium, aut temporaliter subsistentium, sed et à tempore, et ab ævo, et ab iis quæ sunt in ævo, et ab iis omnibus quæ sunt in tempore, segregatur; quia ipsum per se ævum, et quæ sunt, et mensuræ rerum, et quæ mensurantur per ipsum et ab ipso.

ARTICULUS SECUNDUS.

Rerum productio, per emanationem aut per creationem.

Emanationis systema plausibile reddere tentat doctus Buddæus. *Duplici modo*, inquit,[1] *potest concipi* EMANATIO; *vel ita ut quod emanat, unam eandemque constituat essentiam; vel ita ut ab eâ separetur. Priori modo qui emanationem intelligunt, in magnum periculum*

1. Buddæus, *Introductio ad philosophiam Hebræorum*, p. 400, 401. *Apud* Beausobre, *Hist. du Manichéisme etc. T.* 1, *part.* 592. *not.* (1); *T.* 2, *p.* 151, 152. *not.* (6).

spinosismi sese conjiciunt; at qui posteriori modo capiunt, nihil, meâ opinione, docent, quod reprehendi debeat.

Quod *emanat*, sive separetur vel non, unam eandemque constituit essentiam, cùm nihil aliud *substantialiter* esse possit, quàm fons ipse undè profluit: quarè subtilis potiùs quàm vera theologi Germani distinctio.

Nec adeò dubito, addit posteà idem Buddæus, *suffragari sententiæ Burnetii totum hunc Cabbalæ apparatum eò tendere, ut nobis, secundùm mentem veterum, exhibeat rerum omnium processum à primâ causâ, et earumdem in primam causam recessum, modò ritè hoc capiatur, et semper distinctio inter creaturam et creatorem retineatur.*

Equidem subsistit requisita distinctio, sed *idealis*, si *processus* à primâ causâ fit per *emanationem*, et *recessus* in eam, per *resumptionem*. Eruditus theologus, dùm spinosismi notam reformidat, se verba dare non attendit.

Sæculis XII et XV, ortæ sunt apud Judæos de *Mundi Antiquitate* controversiæ, [1] licet ejus creatio, prout à Moyse refertur, communi synagogæ sententiâ generaliter probetur.

1. BASNAGE, *Hist. des Juifs*, etc. *T.* 3 (1707), *ch. VI*, *p.* 79-83. — MAIEMONID. *More nevokim*, (1629) *etc. part.* 2, *cap.* 13-25, *p.* 216-258.

Ne diutiùs immorer, hîc solummodò dicam, quâ ratione *mundi novitatem* astruit Maiemonides [1], indè istum doctorem ejus *creationem* lucidè et absolutè non propugnasse, posse concludi: et has quæstiones celebris rabbi Eliezeris, Maiemonide longè antiquioris [2], 1.° *undè est hic locus* [3] *cœlorum creatus? Ex luce vestimenti sancti Ben (edicti). Indè accepit vestem atque expandit instar pallii: extensi autem sunt (cœli) atque progressi sunt, donec iis dixit:* sufficit. *Hinc etiam vocatur nomen ejus, Schaddai* sufficiens; *quia affatus est cœlos,* sufficit *atque substiterunt. Creatum autem esse cœlum ex luce indumenti ejus inde liquet, quià dicitur* (ps. 104. 2.): Amictus luce tanquàm veste, extendit cœlos veluti cortinam.

2.° *Undè autem est locus terræ? Creatus est ex nive, quæ est infrà thronum gloriæ; eam sumpsit ac dispersit super aquas, et coagulatæ sunt aquæ, indèque factus est pulvis, juxtà illud (Job. 37. 6.):* quia è nive dixi sit terra.

Hæc nempe duo loca, quibus, quoquomodo, Maie-

---

1. *Lib. cit. cap.* 25, *v.* 256-258.

2. *Capitula R. Eleser. etc. interpr. Vorstio* (1644), *præfat.*

3. *Id. cap. III, p.* 4-5. *animadversion. p.* 151, 152.

monides respondere nititur [1], materiam, fundum, præexistentem posse indicare.

Jam Th. Burnetium, de Cabbalâ Judæorum, ab excidio Hierosolymitano haud multùm remotâ, loquentem audiamus.

Si veniam damus conjecturis, inquit doctissimus Anglus [2], *in illam opinionem facilè descenderem, antiquam* CABBALAM REALEM (*nam* VERBALIS *est figmentum humanum*) *tractasse potissimùm de* RERUM ORIGINATIONE ET GRADATIONIBUS; *sive de modo productionis aut profluxûs rerum à primo Ente, et earumdem rerum gradibus et descensu à summis ad ima. Atque hæc per suos mundos et sephiroth; et personas et portas: per sua lumina et radios, et vasa, et receptacula, et cortices aliosque modos efferunt; qui veritatis speciem aliquam aut umbram retinent ..... Diximus suprà id sibi proposuisse antiquam Cabbalam, quantum conjecturis assequi licet, ut nobis exponeret rerum omnium processum à primâ causâ; et earumdem in primam causam recessum* [3]. *Notandum est*

---

1. MAIEMONID. *lib. cit. cap.* 26, *p.* 258 - 259.

2. TH. BURNETII *Telluris Theor. sacr. etc. Archeolog. philosoph. sive doctrina antiqua de rerum origine* (1693), *lib.* 1, *cap.* 7, *p.* 373 - 374.

3. WOLFIUS, *Biblioth. hebræa*, *T.* 4 (1733). *Supplem. ad libr. VII*, *de Cabbalà judaicà*, p. 741, *ubi*, *de emanatione et retractione rerum in essentiam divinam . . . de animarum origine et revolutione.* — BASNAGE, *Hist. des Juifs*, *etc. T.* 3, *ch. VII*, *p.* 89, 95 - 98;

enim credidisse antiquos ex nihilo nihil fieri: et quidquid est substantia, aliquo modo semper extitisse, semperque extiturum. Doctrinam enim de eductione rerum ex nihilo, et reductione in nihilum, philosophis ignotam, primùm invenisse videtur theologia christiana: ut apud Stoicos, Platonicos aliosque videre licet; neque in aliâ sunt sententiâ, ut mihi videtur, Cabbalistæ: quandoquidem rerum ortum per emanationes à primâ causâ explicant. Quod emanat autem ab alio, præexistit, licet sub aliâ forsan specie ac formâ.

Similiter quod creatur ab alio, præexistit, quandò actus creationis, aut conservationis, non est merum accidens ab entis creantis substantiâ distinctum, et eidem ipsi substantiæ, ex omnibus constanti, omnia replenti, et immutabli, ut est Ens supremum, nihil addit.

Loquuntur itidem de retractione rerum in primum Ens, revolutione et restitutione ad primævum statum. Quasi hanc animo concepissent idæam, primum Ens, sive EN SOPH *in se centinere omnia: et eandem semper esse entitatis quantitatem in universo, sive sit in statu creato sive*

---

ch. VIII, p. 108-125. — CHRIST. KNORR, *Baro de Rosenroth*, *Cabbala denudata*, *seu Doctrina Hebræor. transcendentalis et metaphysica atque theologica*; *Sulbzbaci* (1677), 2 Tom. in 4°. — *ZOHAR, seu SEPHER HAZOHAR, Liber splend. sive commentarius ant. in pentateuchum, myst. et cabbalist. auth. R. Simeone, fil. Jochai* (1560), *3 vol.*

increato. Cùm est in statu increato sive antemundano, Deus est omnia simpliciter: cùm autem sit mundus, non augétur quidem entitatis gradus aut mensura, sed Deus sese explicat et evolvit, per emanationem et effluxus à summis ad ima; quibus constituuntur diversæ rerum creatarum formæ et ordines, ideòque sæpè verba faciunt de VACUIS, *et de* VASIS *et* VASCULIS, *quasi ad recipiendos hos effluxus, et de radiis effluentibus: et de* CANALIBUS *quibus dicurrunt et propagantur. Denique cùm Deus retrahit hos radios et resorbet, perit mundus externus, atque omnia iterùm fiunt Deus.* EMITTIS SPIRITUM, CREANTUR; ABSCONDIS FACIEM, PERTURBANTUR.

Hæc est genuina Indorum doctrina, ipsis eorum librorum fermè verbis tradita; quam *impietatis* fuco propter verè vel falsè consequentia [1], oblinire facile est, solidè nunquam refutabit mens humana sibi ipsi relicta.

Ecclesiæ doctorum scripta nunc consulamus. Orientalis doctrinæ, 4.° aut 5.° sæculo, specimen præbent opera Dionysio Areopagitæ attributa.

Παραδείγματα δὲ φαμὲν εἶναι, τοὺς ἐν Θεῷ τῶν ὄντων οὐσιοποιοὺς

Exemplaria verò, inquit auctor libri *de divinis nominibus* [2], *dicimus esse ratio-*

---

1. BEAUSOBRE, *Hist. du Manich. T.* 2, *p.* 151.

2. *S.* DIONYS. *etc. op. etc. T.* 1, *de Div. Nomin. cap. V*, *p.* 696. Hunc locum sic

καὶ ἑνιαίως προϋφεστῶτας λόγους, οὓς ἡ θεολογία προορισμοὺς καλεῖ, καὶ θεῖα καὶ ἀγαθὰ θελήματα, τῶν ὄντων ἀφοριστικὰ καὶ ποιητικὰ, καθ' οὓς ὁ ὑπερούσιος τὰ ὄντα πάντα καὶ προώρισε καὶ παρήγαγεν.

nes in Deo substantificas rerum, et unitè præexistentes, quas divinus sermo vocat prædefinitiones et divinas atque bonas voluntates, rerum definitrices et effectrices; secundùm quas, qui est suprà substantiam, omnia quæ sunt prædefinivit et produxit.

Illæ *prædefinitiones et bonæ voluntates rerum effectrices*, sunt attributa primi Entis, in systemate Indico *personificata*, quales ideas suas Plato esse credidit; nempè res solidæ, ut ità dicam, inter se cohærentes, et οὐσίαι ab æterno aut in Deo aut extrà Deum [1] subsistentes; verbi gratiâ, *Mehanat*, primus Intellectus, systematis Indici.

Optimè advertendum monet Marcill. Ficinus, in argumento *lib. VI (Platon. de Republicâ)*, *hîc intelli-*

---

latìnè reddit Petavius (*theologic. dogmat. T.* 1, (1644), *lib. IV. cap. XI. p.* 301). *Rationes quæ in Deo sunt, substantiarum efficientes, et singulariter antè subsistentes, quas theologia præfinitiones nominat; nec non divinas et bonas voluntates, quæ definiendorum ac moliendorum entium vim habent; secundùm quas ille substantiam excedens entia omnia antè determinavit et produxit.*

1. PLATONIS *opera* (1578), *ed. Henric. Steph. de Republ. lib. VI, T.* 11, *p.* 505-509. *ead. op. interpr. Marcil. Ficino* (1557) *p.* 408. 409. *edit. Steph. T.* 3, *Parmen. de ideis*, *p.* 128-136. *Tim. p.* 30, 39, 40, 51, 52. *Ficin. Parm. p.* 43, 46. *Tim. p.* 477, 480, 484. *Docet enim Plato, inquit Petavius (Theolog. dogm. T. I, lib. IV, cap. IX, n. X, p.* 287), *(ideas) formas esse per se cohærentes et subsistentes, ac* νοερὰς, *id est intelligentiâ præditas; non*

gendi actum, quemadmodùm et in Symposio, generationem partumque vocari.

Petavius, orientalis hypothesis haud scius aut immemor, Dionysii verba ad communem loquendi in ecclesiâ modum adducere molitur, ubi *emanationem* ex mente ejusdem Dyonysii et Maximi, ipsius interpretis, sic exponit : *quarè* (N.° VIII) [1] *fuisse putet aliquis, res nescio quas à Deo productas, et opera Dei ab ejus naturâ, et iis, quæ in illo sunt, proprietatibus, splendoris instar ab sole, derivata: quæ sola participantur à creaturis;*

---

autem intelligibiles solùm, quod esset, νοητὰς. *Tùm à Deo ex æterno productas et in divinâ mente subsistentes, ac demùm universales. Quæ prorsùs absona sunt, ac minimè consentanea . . .* (*n. XI*), *Platonis ideæ naturæ quædam, et substantiæ sunt, ab singularibus diversæ, perseque subsistentes, quibus individua quæque formantur; et iis similia sunt; utique secundùm formam . . . . Porrò utrùm illas ipsas formas in Deo esse putaverit Plato, hoc est, in ejus substantiâ collocaverit, dubitari potest. Veteres* (ait celeberrim. Moshemius in *Cudworthi systema intellectuale* (1733), *cap. IV*, §. 36, *p.* 662, *not.*) *inter se non modo, sed et recentiores vehementer dissident, utrùm species et exempla rerum, in quibus* Plato *ejusque amici arcem philosophiæ constituunt, naturæ sint ex divinâ intelligentiâ procreatæ, et extrà eam propterea separatim existentes, an verò notiones tantùm animi divini, nec idcircò extrà Deum constitutæ. Utriusque sententiæ autores longo recensit ordine Jac. Bruckerus,* (*vir histor. philosophicæ inprimis ætatis nostræ studiosus, in* Histor. doctrinæ de idæis, Sect. 1, §. V, p. 53, *S.*), *ipseque cum illis sese conjungit, qui* Platonis *species naturas esse putant singulares, à divinâ secretas intelligentiâ; posteriorem verò sententiam* Cudworthus *hìc et recipit et eruditè probat, cui me socium* (addit Moshemius) *dare haud vereor, postquàm non mediocrem in cognoscendis Platonicoram rationibus industriam posui. Id. p.* 696. *not.*

1. *Lib. cit. cap. X, n. VIII — XI. p.* 293 - 294.

et sunt μετεκτὰ, *cùm Deus, et quæ insunt Deo,* ἀμέτεκτα, NON PARTICIPABILIA *esse Dionysius affirmet...* (N.°IX). *Habes opera Dei et à Deo producta, non in tempore sed ex æterno; nempè bonitatem, vitam et reliqua, quæ vulgo* attributa *nominantur. Quæ tametsi* οὐσιωδῶς *inesse Deo, id est,* substantialiter, *ait Maximus; non tamen ipsa per sese, et, ut loqui amant scholæ,* formaliter, *in Deo esse sentire potuit: quem suprà docentem audivimus cum Dionysio, interesse inter* αὐτοζωὴν *vel* αὐτοσοφίαν *vel* αὐτοεῖναι, *quatenùs in ipsâ Dei substantiâ sunt, adeòque ipse Deus; et eadem illa, quatenùs emanationes sunt, et ad formandas res creatas applicantur et participantur...* (N.° X.) *Sed ut Dionysii ac Græcorum aliorum theologorum magis illustretur opinio, scire illud oportet, quam Latini theologi* Emanationem *appellant, eâm ab illis nominari* πρόοδον, *quæ et ab nostris* processio *dicitur, ut in Glossario Philoxeni græco-latino,* πρόοδος, Processus, Processio. *Est autem profusio quædam (ut ita loquar), et extensio summæ illius ac simplicis substantiæ, quæ cum infinita sit bonitas, hoc habet, in quo boni natura ab Dionysio constituitur, ut seipsum diffundat et communicet. Quod cùm facit, vel extrà se quodammodo progreditur; vel saltem* ἐκ τῆς μονάδος: *quia ab unitate ad numerum ac multitudinem procedit: ut Gregorius*

Nazienzenus, ac Dionysius ipse, aliique Patres vulgò loquuntur. Quod propter interiores, ac divinas processiones dixerim: quibus non extrà se progreditur Deus, sed tantummodò ab unitate ad binarium, et ternarium, in eâdem substantiâ, divinitateque consistens. Hanc enim progressionem emanationemque duplicem illi statuunt; unam, quâ Deus pater moveri ac profundi dicitur ad personarum multiplicationem; alteram, quâ ad res creatas producendas quasi extrà se dimanat. ... (N.° XI.) *Nunc è superiore omni doctrinâ conficimus illud: emanationem quamcunque divinam, quâ aliquid producitur, terminum et ἀποτέλεσμα, hoc est,* productum *aliquid ejusmodi postulare, quod reipsà sit à producente auctoreque distinctum.*

Expositam *emanationis* naturam, ad Ecclesiæ doctrinam hoc modo accommodat [1] Petavius.

---

1. Cuncta excusare, et probabilia reddere, veritati officit, et sæpè causa est cur auctor imprudenter sibi contradicat. Quâ in re citamus abb. d'Olivet, P. Malebranche contrà Bayle defendentem. (*Théologie des philosophes, ad calc. Ciceron. lib. de natur. Deor.* (1721), *T.* 3, *p.* 278-286.)

Hujus solertissimi philosophi systema de *modo omnia in Deo videndi* nihil aliud esse, quàm Democriti hypothesis explicationem, observârat scepticus Gallicus (*Dictionn. hist. et critiq.* (1730), *T.* 2. *Democrite. not. P. p.* 274). Presbyteri christiani Doctrinæ, cum antiqui Ethnicis ipsis atheismo suspecti theologiâ comparationem, indignanter repellit doctus abbas, exjesuita, qui tamen fatetur in hoc ambos consentire, quòd in omni re sensuum fallax sit testimonium; et ut Berulliani, cui corporum existentia solo sensuum testimonio minimè probata videbatur, causam agat, ejus fidem in Deum veracem et se corpora creasse asseverantem, P. P. Orator,

Sed[1], *ut tandem disputationi huic, quâ de Dionysii mente et opinione agitur, modum adhibeamus; hunc ipsum dicimus reipsà catholicè ac rectè sentientem, solo genere loquendi, quod è scholâ Platonicorum arripuit, convenisse cum illis, et secùs ac res habet suspicandi occasionem dedisse. Quarè, si verba illa quæ ad formarum istarum negotium accommodavit, non propriè, uti Plato et Græci Palamitæ fecerunt, sed tropicâ et minus accuratâ significatione sumantur, quemadmodòm Maximus, Cyparissiotus, et alii instituerunt; nihil jam offensionis habebunt illius dicta :* sed *prorsùs cum theologorum placitis, ac veritate consentient.*

Etenim naturas universales, hoc est, genera et species, formarum, et qualitatum singularium pro abstractis illis formis accepit, quas, præfixo vocabulo αὐτὸ, nominavit,

---

Necrologio anni 1715 confirmatam, in medium adducit. Quæ argumentatio *circuli vitiosi* labe inquinatur; cùm *fides* sit *ex auditu*, *auditus autem per verbum* (*Rom.* 10. 17), et consequenter per *sensus*, quorum auctoritas fide astruenda supponitur.

Verùm quisque suas sibi fingit criticæ regulas. Idem abb. d'Olivet omnes antiquitatis philosophos athæos, cum celeb. Gassendo, appellare non reformidat; quòd Deum, juxtà definitionem quam ipse posuit (*lib. cit. p.* 309, 310), non agnoscerent. Hoc titulo, ipsi Mohammedani, unitatis Dei strenui defensores et Trinitatis christianæ oppugnatores acerrimi, athæis accensendi erunt; nec antiqui, ante evangelium, Deum cognovisse dicendi, quamvis contrarium expressè declaret Apostolus (*Rom.* 1, 21.): διότι, inquit, γνόντες τὸν Θεὸν, *quia cùm cognovissent Deum* . . . .

1. *Petav. lib. cit. n. XV, p.* 296, 297.

αὐτὸ ἀγαθότητα, αὐτὸ δικαιοσύνην, et cætera hujusmodi. Sed quòd easdem formas productas à Deo dixit, hoc est Deum illàs ὑποστήσασθαι et earum ὑποστάτην esse; aut hujus generis alia: non sunt propriè et exactâ significatione capienda; uti Palamitas Græculos fecisse docui. Undè inextricabiles in errores, et opinionum portenta delapsi sunt: tanquàm res aliquæ sint, et substantiæ, certè reipsà subsistentes, et extantes ab æterno in Deo, et ab ipsò distinctæ. Cujusmodi commenta in illorum tomis synodicis videre licet, suprà modum omnem humani erroris absurda; sed καταχρηστικῶς et laxiore notione voces intelligendæ istæ sunt, quia Deus ex omni æternitate res creatas in mente suâ designavit, decrevitque condere, tùm substantias, tùm earum qualitates, accidentesque formas: has omnes priùs universè, ac secundùm propriam cujusque naturam quodam modo propositas habuit. Ut si architectum dicas antè domum universè infinitèque deliberasse facere, quàm hanc vel illam destinaret. Ità Deus hominem, id est, naturam hominis, tùm virtutes omnes, bonitatem, sapientiam, ac reliquas in rerum naturâ ponere constituit; et eas in mente velut ideas et formas habuit, quæ divinæ essentiæ suæ participationes quædam forent. Quem ad modum de creaturis theologi nostri consueverunt loqui. Porrò uti Deus cùm humanæ naturæ in-

dividua reipsà et actu, *ut dicere solent, procreat, speciem hominis ipsam procreare, eaque in extantibus singulis hominibus extantiam habere dicitur. Ità quandoquidem ab æterno res omnes in suâ æternitate produxisse et præsentes habuisse à plerisque Patribus ac theologis dicitur: ut suprà demonstravimus :* quoniam fecit quæ futura sunt : *ideò formas illas generales, et naturas per sese spectatas ὑποστήσασθαι, hoc est*, produxisse *ac* subsistentes fecisse *Dionysius aliique dixerunt, nullo prorsùs flagitio: sed minùs propriâ, ut jam docui, vocabuli notione.*

Sic argutè quidem et operosè disputat doctus Theologus, sed non æquè feliciter, quamvis Porphyrii et Ammonii testimoniis rem illustrare nitatur. Remanet enim semper difficultas ineluctabilis : quæ ab æterno Deus in mente suâ designavit ut *creanda*, habuit ut *creata* : namque, in Deo *accidens* non differt à *substantiâ*, nec *concipere* aut *velle* à τῷ *agere.*

Hac in re acris et subtilis judicii Anglum, suâ linguâ loquentem, audire haud pigebit. „*Nothing*, inquit D. Grew [1], "*being eternal but himself, he* (*God*) *cannot*

1. *Cosmologia sacra, or discourse of the universe, as it is the creature and kingdom of God . . . . by D. Nehemiah Grew . . . of the Royal societ.* (1701). *Bo.* 1. *ch.* 1. *of God, p.* 4.

„ *possibly think of any thing, but of himself as such:*
„ *and in thinking of himself, he must of necessity see*
„ *and like himself, just as he is: that is to say, he must*
„ *in thinking beget the substantial ideas or images of*
„ *himself, or of his omnipotent understanding and will,*
„ *and of all divine perfection in them both. And therefore*
„ *also these images must have a necessary and eternal*
„ *existence: for otherwise they could not be perfect*
„ *image of himself; nor would his energy be infinite*
„ *and eternal, and full of all perfection, as it must*
„ *needs be.*

„ *And as God's understanding and will are themselves,*
„ *tho' incomprehensibly, yet really distinct; so the sub-*
„ *stantial images of these must likewise be really distinct,*
„ *and not only distinct one from the other, but also from*
„ *himself; for nothing can be its own image.*

„ *Yet neither can they have a separate, tho' distinct*
„ *existence, no more than the ideas of our own mind can*
„ *have any separate existence from the mind, but have*
„ *a coexistence therein. As therefore the ideas of the*
„ *mind of man are one with the mind; so God's ideas*
„ *or images of himself are one with himself.*

„ *Together with these images, which God hath of the*
„ *perfections of his own being, he must of necessity, as*

„ *he is omniscient, have the images likewise of all other*
„ *possible things; that is the entire idea of the universe,*
„ *as the off-set of the former.*

„ *But because nothing can be eternal but what is in-*
„ *finite; it is therefore impossible that God should think*
„ *of the universe, or of any thing therein, as of a thing*
„ *eternal: nor can he therefore be said eternally to*
„ *think it into being: nor can the universe, or any thing*
„ *therein, be truly said, as are the images of his own*
„ *perfections, te be one with him: for how can things*
„ *finite and infinite be one?"*

Doctoris Grew *substantiales ideas* oppugnat Clericus, sed verbis duntaxat: Anglus asserit; Gallus negat. *Si l'on dit*, inquit *Diariarius* [1], *que l'idée que Dieu a de lui-même est sa propre substance, qui se contemple immédiatement elle-même, comment prouvera-t-il le contraire?. S'ensuit-il que Dieu produit un être dont l'existence est réellement distincte, lorsqu'il se contemple lui-même; puisque l'idée qu'il en a, comme parlent les hommes, n'est, à proprement parler, que sa propre nature?*

Sed hîc quâ ratione Orientalium de rerum ortu opi-

---

1. *Bibliotheq. choisie, etc. T.* 1 (1712), *art. VI, p.* 238, 239.

niones defendi possint, ac reipsà defendantur, tantummodò monstrare volui.

Nunc ad Origenem. Quidquid sit de ejus opinionibus judicium, emanationi Dei simplicitatem adversari, magnum illum doctorem non arbitratum, è diversis ejus scriptorum locis erui potest. Unum tantùm hùc afferam.

Non ergo, inquit Origenes [1], *aut corpus aliquod, aut in corpore esse putandus est Deus, sed intellectualis natura simplex, nihil omninò in se adjunctionis admittens: uti ne majus aliquid et inferius in se habere credatur, sed ut sit ex omni parte μονὰς, et ut ita dicam ἑνὰς, et mens ac fons ex quo initium totius intellectualis naturæ vel mentis est. Mens verò, ut moveatur vel operetur, non indiget loco corporeo, neque sensibili magnitudine, vel corporali habitu aut colore, neque alio ullo prorsùs indiget horum quæ corporis vel materiæ propria sunt. Propter quod natura illa simplex et tota mens, ut moveatur vel operetur aliquid, nihil dilationis aut cunctationis habere potest, ne per hujusmodi adjunctionem circumscribi vel inhiberi aliquatenùs videatur divinæ naturæ simplicitas, uti ne quod est principium omnium, compositum*

---

1. *Orig. op. T.* 1 (1733), *de Princip. cap.* 1, *p.* 51, *n.°* 6.

inveniatur et diversum, et sit multa, non unum, quod oportet totiùs corporeæ admixtionis alienum unâ solâ (ut ita dixerim) Deitatis specie constare.

Non me fugit, voces *μονὰς*, *ἑνὰς*, *fons*, *principium* in sensu creationis sumi posse. Qui autem consideraverit quà attentione, quo nisu hîc Dei simplicitatem, quæ tamen à creatione, ut vulgò intelligitur, nihil detrimenti accipere potest, Origenes tueatur; quique systema orientale, Origenis ætate apud Ethnicos et Christianos propagatum, rectè intellexerit; *emanationem* in hoc textu, *prolationem*, *profluvium* agnoscet, sicut et in sequenti Tatiani, S. Justini discipuli, textu, quem sollicitare solemne habent editores et interpretes. [1]

Sic loquitur vir eruditus, natione Assyrius, Gnothicorum, Valentini etc. hypothesis gnarissimus.

Φανερώτερον δὲ ἐκθήσομαι τὰ ἡμέτερα. Θεὸς ἦν ἐν ἀρχῇ· τὴν δὲ ἀρχὴν Λόγου δύναμιν παρειλήφαμεν· ὁ γὰρ δεσπότης τῶν ὅλων αὐτὸς ὑπάρχων τοῦ παντὸς

Nunc [2] *manifestiùs religionis nostræ arcana pandam. Deus erat in principio; principium autem Verbi potentiam esse accepimus. Quippe Dominus mundi cùm*

---

1. *Bullus*, *defensio fidei Nicænæ etc.* (1688). §. 3, *cap. VI*, *p.* 349 - 358. — *Tatian. edit.* (1700). *dissertat. auct. incogn. p. XII*, *XIII. Nourrii Dissertat. in p.* 177 - 180. — *Beausobre*, *Hist. du Manich. T.* 2, *p.* 285 - 286.

2. *Tatiani oratio ad Græcos . . ed. Willhel. Worth.* (1700). *n. VII*, *VIII. p.* 19, 20, 22, *et not.*

ἡ ὑποστάσις, κατὰ μὲν τὴν μηδέπω γεγενημένην ποίησιν μόνος ἦν. Καθὸ δὲ πᾶσα δύναμις, ὁρατῶν τὲ καὶ ἀοράτων αὐτὸς ὑπόστασις ἦν, σὺν αὐτῷ τὰ πάντα. Σὺν αὐτῷ γὰρ διὰ λογικῆς δυνάμεως, αὐτὸς καὶ ὁ Λόγος, ὃς ἦν ἐν αὐτῷ, ὑπέστησε. Θελήματι δὲ τῆς ἁπλότητος αὐτοῦ προπηδᾷ Λόγος· ὁ δὲ Λόγος οὐ κατὰ κενοῦ χωρήσας, ἔργον πρωτότοκον τοῦ πνεύματος γίνεται. Τοῦτον ἴσμεν τοῦ κόσμου τὴν ἀρχήν . . . Καθάπερ ὁ Λόγος ἐν ἀρχῇ γεννηθεὶς, ἀντεγέννησε τὴν καθ' ἡμᾶς ποίησιν, αὐτὸς ἑαυτὸ τὴν ὕλην δημιουργήσας.

ipse sit universorum substantia, nondùm condito mundo solus erat: si verò respicias potentiam ejus, in quâ visibilia et invisibilia cuncta consistunt, omnia cum ipso erant. In ipso enim per potentiam Verbi, tùm ipse, tùm Verbum, quod in eo erat, extitit. Cùm voluit autem ipse, Verbum ex ejus simplicitate prosiliit. Et Verbum non inaniter prolatum, primogenitum opus fit ipsius spiritûs. Hoc scimus esse principium mundi . . . . Quemadmodùm Verbum in principio genitum, mundum et nos vicissim genuit, cùm sibimet materiam produxisset.

Doctus editor Anglus (*not.* 1, 2.), et Beausobre (*loco cit.*), hæc verba : *cùm ipse sit rerum omnium hyposthasis (substantia)*, sic intelligunt, *is per quem omnia subsistunt.* Verùm gnosticum vel Indicum dogma hîc agnosci potest. Genuinus ergo sensus erit: cùm Dominus sit omnium *substantia*, mundo nondùm condito, id est, nondùm foras edito, nihil illi comes esse poterat. Erat igitur in principio solus, quamvis per Verbi

potentiam tùm ipse, tùm Verbum, tùm visibilia et invisibilia, cuncta extarent. Hoc Verbum, primogenitum patris, ex ejus simplicitate, in principio, cùm pater voluit, prosiliit, et nos et mundum, cùm sibimet materiam produxisset, uti ipsum genitum à patre est, genuit.

ARTICULUS TERTIUS.

Existentia mundi supernaturalis, intelligibilis, hoc mundo intelligibili longè antiquioris.

Plures mundos, naturâ, situ et tempore differentes, omnes *cosmogoniæ* admittunt; priores, sive ut materiam undè alii extracti sunt, sive ut incolis, geniis instructos, qui *actu* posteriores mundos gubernant, vel quoquo modo in illos dominium exercent.

Hinc, apud Hebræos, Angelorum imperium, quod expressè confirmat S. Scriptura. Inter plurima quæ citari possunt loca, unum afferam, quo disertè regna orbis terræ, provinciarum instar, Angelorum custodiæ committuntur.

Danielis prophetia principis regni Persarum, principis Græcorum, et Michaëlis, principis Judæorum, mentionem facit. Isti angeli unus contra alium, pro Judæis vel Persis, præliantur. Precibus prophetæ

exauditis, victoria (futurus Judæorum à Babylone reditus) Hebræorum Angelo conceditur.[1]

Similiter, in Indorum et Græcorum[2] *Theogoniâ*, τῶν *Deïoutai*, Deorum ministerio mundum sublunarem regit Ens supremum. Hujus rei testimonium perhibet tota fabulosa et heroica (ut dicitur) amborum populorum, quæ hac in materiâ orbi erudito satis innotuit, historia. Agentium nomina, potentia, virtutes et vitia, pro linguarum, nationum, climatum varietate, diversa apparent : idem generaliter servatur *hierarchicus* ordo, qui communem, oculis mundi spectaculo assuetis, præbet originem.

His breviter observatis, textus Patrum, qui alterum mundum terraneo anteriorem statuunt, proferamus.

---

1. *Exaudita sunt verba tua*, inquit Vir (Gabriel), Danielem alloquens, *cap.* X, *v.* 12, 13. *Princeps autem regni Persarum* (*Parass*) *restitit mihi viginti et uno diebus : et ecce Michaël, unus de Principibus primis, venit in adjutorium meum; et ego remansi ibi juxtà regem Persarum*. . . . . *V.* 20 : *Et ait : numquid scis quare venerim ad te? et nunc revertar ut prælier adversùm principem Persarum. Cùm ego egrederer, apparuit princeps Græcorum* (*Iavan*), *veniens. V.* 21 : *Verùmtamen annuntiabo tibi, quod expressum est in scripturà veritatis : et nemo est adjutor meus in omnibus his, nisi Michaël princeps vester.* Vide *Critic. sacr. T.* 3 (1695), *p.* 716, 722. — *Synops. critic. T.* 3 (1694), *p.* 1493-1496. Nihil in textu hebræo occurrit, quod à versione vulgatâ, suprà adhibitâ, differat.

2. *D'Olivet, lib. et t. cit.* PLATON. *p.* 286-292. XENOCRATE, *p.* 292-296. — Brucker, *lib. cit. etc. cap.* 6, *sect.* 1 *de* PLATONE *p.* 706-708. *Sect.* 2, *de* ACADEM. VETERI, XENOCRAT. *p.* 737, 738.

Sic loquitur auctor *recognitionum*, quæ S. Clementis nomen præ se ferunt.

[1] *Ego verò mundum dico à Deo factum, et ab ipso quandoquè esse solvendum; ut ille appareat, qui æternus est, et ad hoc factus, ut semper sit, et dignos se, recipiat judicio Dei. Quòd autem sit alius invisibilis mundus, qui hunc visibilem intrà semetipsum contineat; posteà quàm de visibili mundo discusserimus, tunc et ad illum veniemus. Invisibilis ille mundus*, idem est de quo mentionem facit Clemens Alexandrinus. At verò priùs audiamus Origenem, Orientali doctrinâ quasi delibatum.

Sed solent, inquit [2], *nobis objicere dicentes : si cœpit mundus ex tempore, quid antè faciebat Deus, quàm mundus inciperet? otiosam enim et immobilem dicere naturam Dei, impium est simul et absurdum, vel putare quòd bonitas aliquandò benè non fecerit, et omnipotentia aliquandò non egerit potentatum. Hoc nobis objicere solent dicentibus mundum hunc ex certo tempore cœpisse, et*

1. *Coteler. Patr. apostol.* (1672). *Recognit. S. Clement. lib. VIII, cap.* 12, *p.* 486, *part.* 2, *Coteler. not. p.* 384.

2. *Orig. op. T.* 1, *de Princip. lib. III, cap. V : quòd mundus ex tempore cœperit : p.* 149 *n.°* 3; *et Huetii Origenian. id. T. IV, lib.* 2, *quæst.* 12. . . *utrùm plures vel fuisse, vel esse, vel fore mundos existimaret; n.° IV - VI, p.* 235 - 237. *Vide et de Princip. lib.* [illegible] *cap.* 1, *n.°* 3, *p.* 78, *cap. III, n.°* 3, *p.* 81, *et T. III, homil.* 4, *in Isaiam, n.°* 1, *p.* 112.

secundùm scripturæ fidem annos quoque ætatis ipsius numerantibus. Ad quas propositiones non arbitror aliquem hæreticorum secundùm rationem dogmatis sui posse facilè respondere [1]. *Nos verò consequenter respondebimus, observantes regulam pietatis, et dicentes, quoniàm non tunc primùm, cùm visibilem istum mundum fecit Deus, cœpit operari, sed, sicut post corruptionem hujus erit alius mundus, ita et antequàm hic esset, fuisse alios credimus. Quod utrumque divinæ Scripturæ auctoritate firmabitur. Nam quòd erit post hunc alius mundus, Esaias docet, dicens* (66. 22) *:* erit cœlum novum et terra nova, quæ ego faciam permanere in conspectu meo, dicit Dominus. *Quòd autem ante hunc mundum fuerint etiam alii, Ecclesiastes ostendit, dicens* (1. 9.) : quid est quod factum est? id ipsum quod futurum est. Et quid est quod creatum est? hoc ipsum quod creandum. Et nihil est omninò recens sub sole. Sed quis loquetur, et dicet, ecce hoc novum est? Jam fuit id in sæculis quæ fuerunt antè nos. *Quibus testimoniis utrumque simul probatur, quòd et antè fuerint sæcula, et futura sint postmodùm. Non tamen putandum est plures mundos simul esse, sed post hunc initium aliorum futurum : de*

---

[1] RUFINI, quam damus, interpretatio, ab Hieronymianâ essentialiter non differt: *græca* deesse notum est.

quibus nunc non est necessarium per singula repetere, cùm jam id in superioribus fecerimus.

Ab Indis, qui plures mundos simul existere opinantur, dissentit Origenes: mundorum verò circulum cum iisdem admittit; qui quidem post vitam τοῦ *Brahma* novam perhibent mundi et entium productionem, et sic deinceps perpetuò futuram. Tradit etiam Origenes delinquentium animarum descensum in corpora, tanquàm in carceres et repagula, quibus purgentur.[1]

Istæ opiniones, quas tantùm *projicere* videtur Origenes: *hæc*, inquit[2], *juxtà nostram sententiam non sunt dogmata, sed quæsita tantùm atque projecta, ne penitùs intractata viderentur*: illæ sunt mera Brachmanum placita.

Jam, si non eruditione parem, saltem exterarum doctrinarum cognitione præstantem, adeamus Clementem Alexandrinum.

Κόσμον τε αὖθις, τὸν μὲν νοητὸν οἶδεν ἡ βάρβαρος φιλοσοφία,

Similiter, ait sanctus Doctor[3], *mundum agnoscit barbara philosophia duplicem*,

1. *Origenes T.* 1, *de Princip. lib.* 2, *cap.* 1, *n.°* 1, *p.* 77; *cap.* IX, *n.°* 2; *p.* 97, *n°.* 6, *p.* 99; *T. IV*, *in Joann. Tom. XIX*, *n.°* 5; *p.* 305. *T.* 1, *de Princip. lib.* 3, *cap.* 5, *n.°* 5, *p.* 149. *Origenian. etc. n.°* 2-4, *p.* 234-235.

2. *Hieronym. Epist.* 59 (*nunc* 94), *ad Avitum. oper. T. IV* (17[illegible]) [illegible] col. 79[illegible]

3. *Clem. Alex. op.* (1715) *Stromat. lib. V*, *p.* 702, 703.

τὸν δὲ, αἰσθητόν· τὸν μὲν, ἀρχέτυπον, τὸν δὲ, εἰκόνα τοῦ καλουμένου παραδείγματος· καὶ τὸν μὲν, ἀνατίθησι μονάδι, ὡς ἂν νοητόν· τὸν δὲ αἰσθητὸν, ἑξάδι· γάμος γὰρ παρὰ τοῖς πυθαγορίοις, ὡς ἂν γόνιμος ἀριθμὸς, ἡ ἑξὰς καλεῖται· καὶ ἐν μὲν τῇ μονάδι συνίστησιν οὐρανὸν ἀόρατον, καὶ γὴν ἀγίαν, καὶ φῶς νοητόν. ἐν ἀρχῇ γὰρ φησὶν, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος. εἶτ' ἐπιφέρει· καὶ εἶπεν ὁ θεὸς, γενηθήτω φῶς· καὶ ἐγένετο φῶς· ἐν δὴ τῇ κοσμογονίᾳ τῇ αἰσθητῇ, στερεὸν, οὐρανὸν δημιουργεῖ· τὸ δὲ στερεὸν, αἰσθητόν· γῆν τε ὁρατὴν, καὶ φῶς βλεπόμενον.

alterum intelligentiâ, alterum sensu perceptum: è quibus archetypus ille sit, hic verò præclari exemplaris imago. Ac priorem quidem illum, quòd mente percipiatur, unitati, hunc verò, qui sensus movet, senario attribuit. Nam et apud Pythagoreos, senarius tanquàm genitalis numerus, conjugium vocatur. Ergò in unitate cœlum illud, quod in oculos non cadit, terramque sanctam, et lucem mente perceptam constituit; in principio *enim, inquit,* fecit Deus cœlum et terram: terra autem erat invisibilis. *Quibus deindè subjungit:* et dixit Deus, fiat lux, et facta est lux. *At in ea mundi procreatione, quam sensus attingit, solidum cœlum condidit (quidquid autem est solidum, idem quoque sensus movet), terramque simul ac lucem quæ oculis cernerentur.*

Huic textui addi potest, juxtà Photium [1], Clementem Alexandrinum, in Hypotyposeῶn libris,

Ὕλην τε γὰρ ἄχρονον . . . δοξάζει *asserere materiam æternam esse; . . .*

---

1. *Photii Bibliothec.* (1653) *cod.* 109. *p.* 286.

. . . . . ἔτι δὲ μετεμψυχώσεις, καὶ πολλοὺς πρὸ τοῦ Ἀδὰμ κόσμους τερατεύεται.

ad hæc animarum migrationes, multasque antè Adamum mundos prodigiosè comminisci.

Celebris est S. Basilii locus de altero mundo præsenti longè antiquiore. Hæc sunt S. Doctoris verba:

Ἦν γάρ τι, ὡς ἔοικεν, καὶ πρὸ τοῦ κόσμου τούτου, ὃ τῇ μὲν διανοίᾳ ἡμῶν ἐστὶ θεωρητὸν, ἀνιστόρητον δὲ καταλείφθη, διὰ τὸ τοῖς εἰσαγομένοις ἔτι καὶ νηπίοις κατὰ τὴν γνῶσιν ἀνεπιτήδειον. ἦν τὶς πρεσβυτέρα τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως κατάστασις ταῖς ὑπερκοσμίοις δυνάμεσι πρέπουσα, ἡ ὑπέρχρονος, ἡ αἰωνία, ἡ ἀΐδιος. δημιουργήματα δὲ ἐν αὐτῇ ὁ τῶν ὅλων κτίστης καὶ δημιουργὸς ἀπετέλεσε, φῶς νοητὸν πρέπον τῇ μακαριότητι τῶν φιλούντων τὸν κύριον, τὰς λογικὰς καὶ ἀοράτους φύσεις, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν νοητῶν διακόσμησιν, ὅσα τὴν ἡμετέραν διάνοιαν ὑπερβαίνει, ὧν οὐδὲ τὰς ὀνομασίας ἐξευρεῖν δυνατόν. . . . . . ὅτε δὲ ἔδει λοιπὸν καὶ τὸν

[1] *Nam et antè hunc mundum, ut verisimile est, erat aliquid quod nostrâ quidem cogitatione possumus assequi, sed narrationem ideò effugit, quòd id his qui instituuntur, suntque adhuc in cognitione infantes, nequaquàm congruebat. Erat status quidam mundi ortu antiquior, cœlestibus potestatibus conveniens, transcendens tempus omne, æternus, perpetuus. Opificia autem conditor et artifex omnium eo in statu perfecit, spiritualem lucem, eorum qui Dominum diligunt beatudini consonam, rationales et invisibiles naturas, et intelligibilium creaturarum quæ nostrum captum superant ornatum omnem: quorum ne nomina quidem pos-*

1. *S. Patris nostri Basilii Cæsar. Cappadoc. Archiepisc. opera omnia: ed. Julian. Garn.* (1721). *T. I. in Examer. homil.* 1, *p.* 5. *n.°* 5.

κόσμον τοῦτον ἐπεισαχθῆναι τοῖς οὖσι, προηγουμένως μὲν διδασκαλεῖον ϗ παιδευτήριον τῶν ἀνθρωπινῶν ψυχῶν . . . ἀλλὰ μετὰ τὰ ἀόρατα καὶ νοούμενα τῶν ὁρατῶν τούτων καὶ αἰσθήσει ληπτῶν τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως διηγεῖται.

sumus excogitare.. tùm demùm oportebat, et hunc mundum rebus jam extantibus adjungi, qui esset in primis idoneus locus edocendis animabus hominum atque erudiendis... Sed narrat has res visibiles ac sensibiles post invisibiles ac spirituales existere cœpisse.

Egregiè Basilius magnus, inquit summus theologus Dion. Petavius, in SS. Doctorum doctrinâ versatissimus[1], *mundos constituit duos: unum anteriorem, et eundem intelligibilem, hoc est sempiternam ac divinam lucem; in quâ, velut proprio et naturali domicilio, carentes illi corpore spiritus habitârunt; quos, longè antè hunc aspectabilem rerum universitatem extitisse cum Græcis plerisque credidit : alterum, hunc ipsum, quem nos oculis aspicimus, usuque sentimus; quem in eum finem præcipuè fabricasse Deum asserit, uti velut quidam disciplinæ ludus esset, ac schola in quâ hominum erudirentur animi.. Dicimus è duobus mundis istis intelligibilem illum ad angelos instituendos propriè referri; deque eo mentionem propterea nullam fecisse Mosem: alterum verò ad erudiendos homines et à Deo fabricatum esse, et ab hujus*

1. *Petav. Theologic. Dogmat. T. 3, de Opificio sex dierum; lib. 1. procem. p. 222.*

interprete ac prophetâ Mose explicatum initio libri hujus, qui Genesis inscribitur.

Si de æternitate, *anterioriate* absolutâ in S. Basilii textu (αἰωνία) agitur, S. Doctor ab Indis [1], qui Deum primò solùm, et res postmodùm productas statuunt, essentialiter dissentit.

Magna sanè et difficilis quæstio, *æternitas*, non hujus sensibilis mundi, quem, qualiter oculis apparet, initium habuisse certum est; sed entium extrà Deum existentium. Res in se, et secundùm primi et summi Entis attributa, raró expenditur; consectaria terrent: et ubi ratio nihil valet, in materiâ quæ ad fidem pertinere non potest, theologiæ arcessitur auxilium. Primis Ecclesiæ sæculis fidei non adeò patebat dominium. Verùm, prout à christianismi incunabulis recessum est, *dogmatistarum* secta invaluit. *Dogma* condere, quàm dubia solvere, rationibus respondere, facilius est. Qui mundi, generaliter sumpti, æternitatem assereret, *impietatis* argueretur: et tamen, juxtà magnum Basilium, *erat status quidam, mundi ortu antiquior, cœlestibus potestatibus conveniens, transcendens tempus omne, æternus.*

1. Infrà *Oupnek'hat* 1, n.° VIII.

In hoc angusto et lubrico tramite, dux nobis sit Ecclesiæ lumen Augustinus.

Quæritur in Titulo, *an, ut Deus semper*[1], *etiam Dominus fuisse semper intelligatur, credendum sit creaturam quoque nunquàm defuisse cui dominaretur; et quomodò dicatur semper creatum, quod dici non potest co-æternum?*

Eodem modo super *omnipotentiâ* ratiocinatur Origenes: *ità*, inquit[2], *ne omnipotens quidem Deus dici potest, si non sint in quos exerceat potentatum: et ideò, ut omnipotens ostendatur Deus, omnia subsistere necesse est.*

Ego quidem, ait S. Augustinus, *sicut Dominum Deum aliquandò dominum non fuisse dicere non audeo, ità hominem nunquàm anteà fuisse, et ex quodam tempore primum hominem creatum esse dubitare non debeo. Sed cùm cogito cujus rei dominus semper fuerit, si semper creatura non fuit, affirmare aliquid pertimesco: quia et meipsum intueor, et scriptum esse recolo:* quis hominum potest scire consilium Dei, aut quis poterit cogitare quid velit Dominus (Sap. IX. 13 etc.)?

Hîc legere non pigebit sequentia sancti Hieronymi

---

1. *S. August. Op.* (1685), *T.* 7, *de Civitat. Dei*, *lib. XII*, *cap.* 15, *col.* 313-315.
2. *Op. T. I, de Princip. lib.* 1, *cap.* 2, *n.°* 10, *p.* 57. *Huet. Origen. lib.* 2, *n.° IV*, ORIGEN. *oper. T. IV, p.* 236.

verba[1] : *sex millia necdum nostri orbis implentur anni: et quantas priùs æternitates, quanta tempora, quantas sæculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus angeli, throni, dominationes, cæteræque virtutes servierint Deo ; et absque temporum vicibus, absque mensuris Deo jubente, substiterint.*

Hominem in tempore creatum affirmat Augustinus : hoc fidei dogma. De reliquo *aliquid affirmare pertimescit. Si semper creatura non fuit, cujus rei Deus semper dominus fuerit?* Nam, ut rectè Vives observat[2], *servos non habuit, quorum relatione dominus dicitur. Est enim ex numero eorum quæ sunt πρὸς τὶ, ut Aristoteles ait: nam filii et spiritûs sancti dominum vocare non convenit.*

Postquàm distinctionem inter *semper, omni tempore fuisse, et Deo co-æternum esse*, statuit, sic concludit S. doctor. *Quapropter, si Deus semper dominus fuit, semper habuit creaturam suo dominatui servientem ; verùmtamen non de ipso genitam, sed ab ipso de nihilo factam ; nec ei co-æternam : erat quippè ante illam, quamvis nullo tempore sine illâ; non eam spatio transcurrente* (edit. Lovan. p. 142, *transcurrens*), *sed manente perpetuitate*

---

1. *S. Hieronym. op. T. IV*, 1 *part. in Epist. ad Tit. cap.* 1. *col.* 411.
2. *Lud. Vives Comment. in XII lib. de Civitat. Dei. August. op. edit. Lovan. Theolog.* (1576.) *T. V, p.* 386.

præcedens. Sed hoc si respondero his qui requirunt, quomodò semper creator, semper dominus fuit, si creatura serviens non semper fuit, aut quomodò creata est, et non potiùs creatori co-æterna est, si semper fuit; vereor ne faciliùs judicer affirmare quod nescio, quàm docere quod scio.

Infrà (*cap. XVI. col.* 315), *quæ sæcula*, ait Augustinus, *præterierunt antequàm genus humanum instrueretur, me fateor ignorare; non tamen dubito nihil omninò creaturæ creatori esse co-æternum.*

Integra ergò remanet difficultas. Se nescire palàm profitetur; *quod nescio;* scilicet, utrùm creatura *de creatore genita* vel *de nihilo facta;* utrùm, è contrario, ipsi co-æterna. Non dubitat; verùmtamen nihil affirmat præstans Augustini ingenium, re quâquà parte versatâ.

Redeo igitur, inquit, *cap. XV*, *ad id quod creator noster scire nos voluit : illa verò quæ vel sapientioribus in hac vitâ scire permisit, vel omninò perfectis in aliâ vitâ scienda servavit, ultrà vires meas esse confiteor.*

Quis Augustino audacior, quæstiones, quas vires suas excedere nervosus, robustus athleta apertè declarat, gracilis, imbellis aggredi audebit?

Sed, addit, *idèo putavi sine affirmatione tractanda, ut*

qui hæc legunt, videant à quibus quæstionum periculis debeant temperare, nec ad omina se idoneos arbitrentur: potiùsque intelligant quàm sit Apostolo obtemperandum præcipienti salubriter, ubi ait (Rom. XII, 3.): Dico autem per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt in vobis, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad temperantiam, sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei. *Si enim pro viribus suis alatur infans, fiet ut crescendo plus capiat: si autem vires suæ capacitatis excedat, deficit antequàm crescat.*

Hùc facit, quod ait Origenes [1]: *Est prætereà et illud in ecclesiasticâ prædicatione, quòd mundus iste factus sit, et à certo tempore cœperit, et sit pro ipsâ sui corruptione solvendus. Quid tamen ante hunc mundum fuerit, aut quid post mundum erit, jam non pro manifesto multis innotuit. Non enim evidens de his in ecclesiasticâ prædicatione sermo profertur.*

Et [2] *quæ ante mundum fuerint, ignoramus. Fuerunt porrò quædam ante mundum. Quæ post mundum secutura sunt ad certum non apprehendimus : erunt autem alia post mundum.... Ea quæ post extremum sæculum futura sunt in sæcula sæculorum, quis potest exponere?*

---

1. *Oper. T.* 1, *præfat. libri de Princip. n.°* 7, *p.* 48.
2. *Id. op. T.* 3, *in Isaiam homil.* 4, *n.°* 1, *p.* 112.

Garrulorum est hominum horum notitiam polliceri, nescientium quia homo ea tantùm potest capere quæ media sunt, et ea quæ post mundum usque ad consummationem in judicio sunt futura, de pœnis, de retributione. Et horum quoque multa absconsa sunt nobis.

Hæc Origenis et S. Augustini loca certum nobis in rebus obscuris præbent χριτήριον. Juxtà priorem, de quibus *evidens* in ecclesiasticâ prædicatione sermo non profertur, horum *garruli* tantùm homines notitiam possunt polliceri. Juxtà posteriorem, in materiis quæ *mentis vires superant*, nihil affirmandum; à quæstionibus etiam, ad omnia se idoneum non arbitrando, est temperandum. S. Doctor citat Apostolum dicentem : *sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei.* Non idem ergò est in omnibus fidei gradus, et hoc ipsâ Dei ordinatione, œconomiâ; cujus proindè judicio reus non est, qui minorem accepit fidei mensuram. Hinc sobriè admodùm condendi fidei articuli; et eorum opinionibus, qui minùs intellecta et extrà fidei terminos posita, philosophicis hypothesibus explicare satagunt, libenter est indulgendum.

SS. Patres duplici modo considerari possunt; vel ut theologi, vel ut philosophi et historici. Sub utroque respectu, maxima debetur illis reverentia.

Ut theologi, Ecclesiæ fax et vox, intemeratam nobis servàrunt apostolicæ traditionis seriem : quin, eorum scripta, cum conciliorum generalium decretis, eam à primo Ecclesiæ sæculo conficiunt.

Ut philosophi et historici, SS. Patres genuinam antiquorum et sui temporis opinionum historiam, progressum, præbent : et si fortè, hæreticos, ut vocant, impugnando, humani quid passi sunt, nullum indè detrimentum patitur eorum veracitas, ardenti veritatis zelo nullo modo labefactata.

SS. Patribus, Ecclesiæ doctrinam testantibus et exponentibus, submissa simul et erudita fides est adhibenda: secùs, si de sententiis aut factis agatur, vel dubiis, vel ad philosophiam aut antiquam historiam pertinentibus; summorum illorum virorum argumenta et probationes judicio certo ponderat ars critica, affectuum et infirmatis humanæ, cum justà personarum veneratione, rationem habens.

Verùm imprimis, procacia, probrosa illa verba, quibus, tuendæ veritatis prætextu, virus suum effundit mordax ingenium, procul à disceptationibus sunt propellanda.

Hominis non lupi cum homine sermo est.

Nimium, certè, præjudicatæ adversùs SS. Patres

opinioni, dedit doctus J. Barbeyrac, in *præfatione* libri, cui titulus: *le Droit de la nature etc. traduit du latin de . . Pufendorf* (1732), *T.* 1, *p. XLI - LXVI*, et in altero, *Traité de la morale des Pères de l'église* (1728), in defensionem prædictæ præfationis edito. Magistrum hac in materiâ, fidenter sequi possumus magnum *Bossuetum* in libro, qui inscribitur: *Défense de la tradition et des SS. Pères* [1]. Victricis hujus *Defensionis*, necnon reliquorum illius Ecclesiæ Gallicanæ luminis, sicut et magni *Arnaldi* operum, attentâ meditatione, sanæ antiquitatis gustum suboriri sentiet lector ingenuæ ac liberæ mentis: nec minùs, ad scrutanda ecclesiasticæ antiquitatis monumenta incitabit, æquo animo evolutus, doctissimi *Dallæi* liber, *Traité de l'emploi des saints Pères etc.* (1632), quamvis Ecclesiæ Romanæ, ut in fervidis contentionibus mos est, opiniones, ab ejus doctrinâ prorsùs diversas, sæpiùs tribuere non dubitet. Idem dicendum de *Moshemii Dissertationibus, ad historiam ecclesiastic. pertinentibus.* [2]

Præcipuè autem philosophiæ Romanæ principis

---

1. *Oeuvres posthumes de . . . . Bossuet* (1753); *T.* 2, *p.* 1 - 485.

2. *Jo. Laur. Moshemii . . . Dissertation. ad histor. ecclesiast. pertin.* (1733). *Dissert. de turbatâ per recentior. Platonic. Eccles.* §. *I, II, XXXIII - LI. p.* 89, 90, 173 - 216 *etc.* — *Jo. Clericus, de eligend. int. dissentient. Christianos sententiâ, ad calc. Grot. de verit. religionis* (1724), *p.* 318 - 355.

monita, eum animo tenere convenit, qui aliorum opinionum, sermone vel scripto redarguendarum, onus suscipit.

Quoniam, inquit Cicero [1], *in omni vitâ rectissimè præcipitur, ut perturbationes fugiamus, id est motus animi nimios, rationi non obtemperantes : sic ejus modi motibus sermo debet vacare, ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignavia, aut quid tale appareat. Maximèque curandum est, ut eos, quibuscum sermonem conferimus, et vereri, et diligere videamur. Objurgationes etiam nonnunquàm incidunt necessariæ, quibus utendum est fortassè et vocis contentione majore, et verborum gravitate acriore. Id agendum etiam est, ut ne ea facere videamur irati ; sed, ut ad urendum, et secandum medici : sic nos ad hoc genus castigandi, raró, invitique veniamus, nec unquàm, nisi necessarió, si nulla reperiatur alia medicina. Sed tamen ira procul absit, cum quâ nihil rectè fieri, nihil consideratè potest. Magnâ autem ex parte clementi castigatione licet uti, gravitate tamen adjunctâ, ut severitas adhibeatur, et contumelia repellatur. Atque etiam illud ipsum quod acerbitatis habet objurgatio, significandum est, ipsius causâ, qui objurga-*

---

1. *De Offic. lib. I*; *oper.* (1606), *T. IV*, *col.* 489.

tur, susceptum esse. Rectum est autem, etiam in illis contentionibus, quæ cum inimicissimis fiunt, etiamsi nobis indigna audiamus, tamen gravitatem retinere, iracundiam repellere; quæ enim cum aliquâ perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, nec iis qui adsunt approbari. Deforme etiam est de seipso prædicare, falsa præsertim, et cum irrisione audientium, imitari militem gloriosum.

ARTICULUS QUARTUS.

Cœli seu astrorum in terram et corpora influxus.

Non hîc quæstio est de influxu cœlo per se proprio, vel immediatâ actione producto. Res supponuntur à Deo ita dispositæ, ut ordine fixo, licet minùs sensibili, corpora cœlestia, mediante aliquo spiritu vel fluido, in terrestria agant.

Constare omnibus arbitror, inquit Goclenius [1], *ex iis quæ in publicum sunt à me prolata, plantas, radices, lapides, metalla, spiritus et astra, divinâ quâdam consortii lege conspirare, quod non aliundè accidere videtur, quàm, ut Plato in Timæo docet, quòd cuilibet rerum speciei peculiare astrum, ut polus magneti, et proprius*

1. *De magneticâ curatione vulneris citrà ullam et superstitionem et dolorem et remedii applicationem*, etc. auctor *Rod. Goclenius*, *Med. D. Marpurgi* (1609); *p.* 149.

hominis genius à divinâ mente sit consecratus et dicatus, ita ut quælibet planta, metallum ac lapis, certæ stellæ vel astro sit sympatheticus.

Hæc est recentium, de mutuo cœli et terræ physico consortio, hypothesis, variis, pro auctorum captu, phænomenum et experientiarum naturâ, ratiociniis propugnata.

Quoad corporum distantiam, sic respondet idem medic. doctor, qui sententiæ *influxûs astrorum*, in Germaniâ, unus è præcipuis patronis et propagatoribus fuisse videtur. *Quis nescit* [1] *multa ex intervallo exercere actionem suam, quorum scilicet superficies nullo modo conjungi possunt, et nihilominùs sunt simul, ut sol et hominis corpus, quæ superficiebus licet conjungi non possunt, radiis tamen intermediis conjunguntur : non enim potest physicum agens agere in extremum, quin priùs agat in medium, cùm omnis actio physica fiat per contactum. Idem sol per orbem lunæ calefacit mundum inferiorem, licet neque ipsum tangat, neque sphæram lunæ calefaciat. Sic omnia illa corpora, inter quæ est sympathia et antipathia, mutuò se afficiunt, exercentque operationes suas citrà ullum visibilem contactum, id est, unius virtus defertur ad alterum, mediante spiritu intercedente,*

---

1. *Lib. cit. p.* 156, 157.

ità, ut, licet spatium sit maximum, citrà tamen ullam alterationem, nec ventis dissipetur, nec etiam aëre vasto, humido, frigidove rapiatur, atque discutiatur, sed propter naturalem communionem, similitudinem nexumque conservetur atque continuetur.

Verùm altiùs repetendo, Judæorum hac de re opinionem expendamus. Ac imprimis R. Maiemonidis, qui duodecimo sæculo in Hispania florebat, doctrinam, de influxu cœli in terram, operæ pretium est hîc integram referre, ut diligentior cum libris Indicis fieri possit comparatio. Sic loquitur celebris ille Doctor:

[1] *Notum est philosophos omnes* [2], *quotiescunque loquuntur de regimine et gubernatione mundi, statuere mundum hunc inferiorem generabilem et corruptibilem regi à virtutibus et influentiis sphærarum cœlestium, quemadmodùm aliquoties monuimus.*

In hunc sensum dicunt sapientes nostri, non est ulla herba hîc infrà, quæ non habeat *Massal* (*hoc est*, pla-

---

1. R. Mosis Maiemonidis *More neboclìm, doctor perplexorum etc. edente et interpr. J. Buxtorfio, filio* (1629), p. 206-209; *cap. X, cui titulus: Mundum hunc moveri à virtutibus influentibus è mundo superiori.*

2. Plato, *in Tim. T.* 3, *p.* 41, 42. — Aristot. *op.* (1654), *T. I. Meteorolog. lib. I, cap.* 2, *p.* 746; *de Mundo, p.* 359, 861. — Plotin *etc. Ennead. IV, lib.* 4, *cap.* 31, 32; *p.* 424-427. — *Liber Cosri, continens colloquium seu disputationem de religione etc. ed. et interpr. J. Buxtorf. fil.* (1660); *part. III, p.* 178.

netam, sydus, influentiam) suprà in firmamento, quæ percutit illam, eique dicit, cresce, sicut dicitur:
Job. XXXVIII, 33. *Numquid nosti statuta cœli? numquid pones dominum ejus in terra?* (*Massal hoc loco vocant non solùm duodecim signa Zodiaci, sed etiam planetas, sicut videre est in Bereschit rabba, ubi dicunt:* est *Massal* absolvens iter suum spatio triginta dierum, et est *Massal* absolvens iter suum spatio triginta annorum.) *Illo enim dicto voluerunt docere, omnia individua generabilia habere virtutes suas à syderibus vel stellis eisdem appropriatis; et licet virtutes orbium cœlestium diffusæ sint per omnia entia, tamen virtutem uniuscujusque stellæ vel planetæ, speciei alicui propriam esse, quemadmodùm se res habet in virtutibus et facultatibus corporis. Nam tota rerum existentia (h. e. totus mundus) est veluti unum in-*
Part. 1, cap. 72. *dividuum* [1], *sicut in præcedenti libro vidimus. Sic docent philosophi, lunam habere vitutem quandam propriam in elementum aquæ: cujus rei argumentum est, quòd, crescente lunâ, crescunt quoque maria et flumina, eâdemque decrescente, et illa decrescunt. Crescunt enim maria,*

1. Plat. etc. *Tim.* etc. p. 30, 31, *ubi mundum vocat animal, intelligens, divinà providentià genitum et constitutum; animà, priùs creatà, præditum. Id.* p. 34; *et de animà mundi*, p. 95. *Et qui proprio motu movetur. Politicor.* T. 2, *Politic.* p. 269. — Cicero, *de Natur. Deor. lib.* 2; *ed. et interpr. d'Oliv.* T. 2, p. 252, *interpr.* p. 130. — *Philosophor. sentent. de fato etc. per Hug. Grotium* (1648), p. 33, 76. *etc.*

dum prodit luna; et decrescunt, cùm recedit, h. e. in ascensione et descensione ejus in quadris spheræ, uti notum est eis qui operam aliquam in his navârunt. Splendorem verò solis movere elementum ignis, clarissimum est. Videmus enim cum sole calorem diffundi in omnia entia, et, eo recedente, vel sese abscondente, frigus dominari. Proindè ulteriori ad id demonstratione opus non est.

Infrà, *N.º XII*, *p.* 38, sol cum igne, et luna cum aquâ, conjunguntur.

Cùm itaque hæc intellexi, statim animum meum subiit hœc cogitatio et ratiocinatio; quòd, licet ab omnibus istis quatuor globis figuratis (*h. e.* stellatis) *virtutes influant in hæc generabilia, unusquisque tamen illorum peculiare elementum habeat, cujus elementi virtutum principium sit globus ille solus, quique illud motu suo moveat; orbem lunæ movere aquam, orbem solis movere ignem, orbem reliquarum planetarum movere aërem (qui propter multitudinem motuum illorum, et varietatem in retrogradatione, rectitudine et statione subitò quandòque et ipse mutatur, variatur, coarctatur, colligitur et diffunditur), orbem reliquarum stellarum fixarum movere terram (undè fortè propter tarditatem motûs illarum, et illa tardiùs movetur ad recipiendam passionem aut mixtionem). Et ad hanc apppropriationem*

stellarum fixarum ad terram digitum intenderunt sapientes, cùm dixerunt: numerum specierum germinantium esse æqualem numero stellarum.

Eandem suprà (*p. LXXXIII*) vidimus esse doctrinam Goclenii.

Ordo ergò talis fortè est : orbes erunt quatuor; elementa, quæ ab illis moventur, quatuor; virtutes, generaliter ab ipsis in hæc entia provenientes, quatuor; sicut exposuimus. Sic quatuor quoque sunt causæ uniuscujusque motûs sphærici, quæ sunt formæ illius; videlicet rotunditas ejus, anima, intellectus, quo potest aliquid formaliter concipere vel cogitare, uti explicuimus, ac denique intellectus separatus, qui est desiderium vel appetitus ejus, quæ omnia diligenter notare et observare debes, quæque paulò fusiùs et clariùs tibi nunc explicabo.

Part. 1, cap. 72.

Part. 2, cap. 4.

Nisi figura ejus (spheræ) *talis* (rotunda scilicet vel orbicularis) *esset, nullo planè modo posset moveri motu circulari continuo : continuatio enim motûs per repressionem non est possibilis* (*h. e.* ut aliquid continuè moveatur et subindè per eandem viam revertatur, possibile non est), *nisi in motu circulari solùm. Nam, licet id quod movetur motu recto, quandòque revertatur per illam eandem viam, tamen non est continuatio motûs; quia inter omnes duos motus contrarios intercedit quies aliqua,*

prout in loco suo demonstratur. Proindè patet hinc, ut aliquid motu continuo moveatur, et per unam eandemque viam revertatur, necessariò requiri, ut moveatur circulariter. Jam verò nihil moveri potest, nisi id quod habet animam; proindè hinc sequitur quoque existentia animæ (*h. e.* sphæram habere animam). *Hoc autem est impossibile sine causâ aliquâ* πϛοηγουμένη, *quæ est conceptio vel cogitatio formalis, et sine appetitu ac desiderio rei alicujus in mente conceptæ, sicut ostendimus; et hoc iterùm esse nequit nisi in intellectu, quandoquidem non est* (motus ille sphæræ *sc.*) *vel fuga contrarii, vel persecutio convenientis boni* (sicut est motus naturalis animalium irrationabilium); *et hoc nequit etiam esse sine ente quodam in intellectu formato, ad quod appetitus et desiderium ejus dirigitur. Hæ igitur sunt quatuor causæ motûs sphærarum.*

Quatuor genera virtutum universalium primò ab illis ad nos pervenientium sunt hæc; virtus generationis mineralium, virtus animæ vegetantis, virtus animæ viventis, et virtus animæ rationalis, sicut alibi exposuimus. Quòd si autem consideraveris operationes quatuor istarum virtutum, duas illarum species reperies: generationem nempè cujusvis rei, quæ generatur, et conservationem illius; perpetuam videlicet quoad speciem; quoad individua verò, ad tempus,

sive temporalem. Atque hûc tendit illud, quod dicitur, naturam esse gubernatorem sapientem, qui providet, ut sit animal cum arte ratiocinandi, et qui curat, ut perpetuò conservetur, dùm facit existere virtutes formam largientes, quæ sunt causa existentiæ illius; et virtutes altrices, quæ sunt causa subsistentiæ, durationis et conservationis illius. *Nihil enim aliud sibi vult, quàm divinum quid esse illud, à quo duæ istæ operationes ad nos mediantibus sphæris cœlestibus perveniunt.*

Porrò autem admirandus est iste numerus quaternarius, *et consideratione dignum hìc illud, quod in Medrasch legimus:* Rabbi Tanchuma dixit, quot gradus fuerint in scalâ? Quatuor; in scalâ videlicet istâ, de quâ dicitur (*Gen.* 28, 12): *et ecce scala erat super terram. Sic in omnibus Medraschot legimus*, quatuor sunt exercitus et castra angelorum, *id quod sæpissimè iteratur. In quibusdam tamen exemplaribus ità legi:* quot gradus fuerunt in scalâ? septem. *Omnia verò Medraschot et omnia exemplaria consentiunt in hoc, quòd quatuor fuerint angeli, quos vidit adscendentes et descendentes, non plures; duo videlicet adscendentes, et duo descendentes; quòd fuerint quatuor* (illi) *congregati in uno gradu scalæ; et quòd fuerint in ordine uno, eorumque duo adscenderint, et duo descenderint; et tandem exindè docuerunt, quòd*

latitudo scalæ sit mundus et tertia pars mundi in visione prophetiæ. Nam latitudo unius angeli in visione prophetiæ fuit instar tertiæ partis mundi; sicut dicitur: et corpus ejus sicut Tharsis (*Dan.* 10, 6). *Proindè si res ità se habeat, quatuor angelorum latitudo erit instar mundi et tertiæ illius partis. Et in Parabolis Zachariæ* (6, 1,) *ubi describit* quatuor currus, qui egrediebantur inter duos montes, qui erant ærei, *expressè dicunt*: isti sunt quatuor spiritus cœli, qui egrediuntur à conspectu dominatoris totius terræ, et sunt causa omnium eorum quæ innovantur. *Quod* æs *attinet, cujus mentionem facit, sicut et alibi dicitur* (*Ezech.* 1, 7), tanquàm aspectus æris politi, *in eo latet homonymia, quam posteà tibi explicabo. Quoad illud, quod dicunt,* Angelum esse ut tertiam partem mundi, *quod et iisdem verbis legimus in* Bereschit Rabba, *id manifestum et clarum admodùm est, ac à nobis quoque jam explicatum in opere nostro magno Talmudico, ubi docuimus; omnes creaturas in tres partes dividi, in intelligentias separatas, quæ sunt angeli, in corpora sphærarum cœlestium, et in materiam primam, h. e. in corpora illa, quæ perpetuò mutantur et sub cœlo sunt. Sic ergò, qui modò vult, solidè potest ænigmata prophetiæ intelligere, è somno oblivionis expergisci, è mari ignorantiæ emergere, ac denique*

ad superos vel ad summum scientiæ gradum adscendere; qui verò mavult in ignorantiâ suâ hærere et ad imos descendere, is non necesse habet corpus vel animum suum multùm defatigare : quiescat modò, et sponte suâ eò descendet. Tu verò hæc omnia attentè considerato et ruminato.

Diversos influxûs astrorum in elementa et corpora gradus et species, passim in *Oupnek'hat* videre est. *Numerus quaternarius*, infrà, *pag.* 26, 30 *etc.*, observari poterit. Tres partes creaturarum, τοῖς *Deïouta, Haranguerbehah et Pradjapat*, respondere videntur.

Verùm Indorum systema, non uno ordine, ut scholasticorum mos est, in eorum libris exhibetur. Quædam expressè, quædam quasi perfunctoriè; alia emblematicè, figurativè; alia physicè, hoc est, litteraliter, traduntur; non omnia simul, sed per partes, quæstionibus respondendo. Quo fit, ut, licet pluries idem repetatur, major indè lux plerumque non affulgeat.

Quarè, ut aliquo fructu monumenta Indica evolvantur, compagem (quasi σκελετὸν), eandem materiam tractantem, ob oculos habere operæ pretium est.

Cui proposito, cum Maimonidis textu, inservire adhuc potest alter Goclenii locus[1], quem hîc subjiciam.

---

1 *Tractatus de magneticâ curatione vulneris etc. p.* 149-154. *Ejusd. Synarthrosis magnet. etc.* (1617), *p.* 103-107.

Consentiunt omnes, inquit ille doctor, *cœlum et omnia olim proximè à Deo fuisse procreata, à Deo vires accepisse et retinere divinas, quibus tùm se conservent, tùm generis sui propagationi incumbant. Et hoc sensu puto veteribus dictum, Deum per naturas esse divisum, et Deorum plena esse omnia; quòd vis illa divinitùs accepta, in omnibus permaneat, sed aliter in cœlo, aliter in caducis rebus, in quibus obscurior, in cœlo autem ad rerum generationem præstantior. Quæcunque igitur Deus tùm in cœlis tùm in terris progenuit, omnia unus tuetur atque regit, cœlestia quidem per se et proximè, animantia verò et stirpes aliaque mortalia cœlorum ope et interventu, quibus naturæ leges tùm procreatrices tùm conservantes indixit. Itaque animantium, stirpium, lapidum et metallorum omnium, quæcunque fuerunt et esse possunt, formas una cœli forma potestate comprehendit, et innumerabilibus illa quasi gravidata formis omnia gignit et fundit ex se; et sic una vis et facultas præ se fert omnium caducorum vires, ut ità cœlum nullo semine multas proferat tùm animantes tùm stirpes: at semen sine cœlo non generat quicquam, sed gignendis rebus materiam duntaxat et convenienter apparat ac instruit; cœlum verò in apparatam illam, speciem summamque perfectionem immittit, vitamque suscitat in omnibus, lucido spiritu inter-*

cedente[1] *: hic enim mundi et cœlorum existit vector, in totam universitatem diffusus, rebus singulis simul et speciem, et nativum vitalemque calorem impertit gignendis illis accommodatum. Is enim omnia continet, calore vitâque fovet, hujus vi et ope, et inanima quæque persistunt, et animata sui quæque generis habent animam, alia nutrientem quidem, alia sentientem, alia rationis participem. Sic tamen vis illa cœlitùs demissa rebus sese accommodat, sic singulis inservit, ut quantùm cujusque natura desiderat, quantùm ipsa subjecti ratio et conditio ferre potest, tantumdem exhibeat. Nec tamen illa virtus suî semper est similis, aut uno se semper et modo eodem se rebus exhibet, sed aliàs aliter, pro stellarum statu multiformi, quarum commixtio implexioque plerùmque evariat, tametsi vectoris spiritûs una semper est et impermutábilis substantia.*

Lucidus intercedens vector spiritus, τὸν *Pran* universalem[2] librorum Indicorum, in multiplices *Pranha*, entia cujusvis generis animantes, divisum, satis commodè repræsentat.

---

1. Ingeniosam *efficaciæ et influxûs siderum*, per materiam ex iis in terram delapsam, explicationem videre est in *Jo. Francisc. Buddei Institution. philosoph. Eclectic. T.* 2, (1715), *cap.* 3, *p.* 240-249.

2. *De Aere universali, consuli potest d'Olivet, lib. et tom. citat.* ANAXIMEN. *p.* 248, 251. — *Brucker, lib. cit. cap.* 1, *de sectâ Jonicâ.* ANAXIMEN. *p.* 489-492.

Fieri igitur non potest, ut quidam existimant, mundi spiritum, vitam statumque rebus omnibus sic impertire, ut ne minimam quidem astrorum opem desideret : hoc enim si esset, similia semper, id est, pari mensurâ perpetuò generaret. Vitalem quidem animam secum affert et naturam ipsam, ac quæcunque subierit, vitalia facit, sed pro cujusque subjecti naturâ, conditione et apparatu.

His ità præsuppositis, quòd videlicet divinæ cœlestesque vires ad rerum omnium procreationem et conservationem concurrant, perque communem illum vectorem spiritum, intermediæ inter cœlum et sublunaria substantiæ, omnes mundi partes cohæreant, et cuncta complexu concilientur, nihilque in vivente mundo sit tam abjectum, cui non infusus ille spiritus divinorum cœlestiumque operum aliquid elargiatur, è cœlo et sideribus vires et proprietates, vitæque seminaria invehens, confundens et permiscens, sicque omnibus inter se concinentibus, ut gravissimis Tullii verbis utar, necessariò omnia uno divino et continuato spiritu contineri ; hæc, inquam, cùm ità sese verè habeant, quis sanationem, factam per unguentum armarium quo vulnus etiam non applicatis remediis curatur, instrumento (ferro, telo ad unius, duorum vel plurium milliarium distantiam, p. 9) tantùm eo unguento delibuto, non naturalem sed superstitiosam dicat et impostoriam? Nemo sanè,

nisi harum rerum omnium ignarus, quique sensibus omnia metitur. Fit enim illa sanatio per meram naturam atque magneticam quandam efficientiam, attractionem et deductionem, necnon toties decantatum vectorem spiritum, qui tanquàm medium vinculum, primò ex definitis et propriis constellationibus sympathiam et copulam seu convenientiam inducit, ex quâ deinceps vis sanatoria in telum medicatum derivatur, è quo posteà egreditur, et ad partem usque vulneratam continuatur ac traducitur, tandemque actione istius virtutis consequitur effectus.....

Jam verò [1] *mundi hujus partes omnes, seu unius animalis membra, ab uno pendentes auctore et principio, unius naturæ conjunctione invicem copulantur. Ideò, sicut in nobis cerebrum, cor, pulmones, jecur et reliqua à se trahunt invicem aliquid, mutuòque se juvant, ut uno illorum aliquo patiente compatiantur, ità etiam ingentis hujus animalis membra, id est, omnia mundi corpora connexa, similiter mutuant invicem naturas et mutuantur, et ex communi hac cognatione communis nascitur amor, et ex amore communi communis attractio. Hinc magnes ferrum, sol flores multos ad se trahit; hinc plantæ heliotropiæ ad solis, selinetropiæ et lunisequæ ad lunæ motum vertuntur.*

---

1. *Lib. cit. p.* 18, 19.

Quamobrem in terrâ aspicere licet quidem solem, lunam et reliqua, sed pro qualitate terrenâ, in cœlo autem et lapides, et plantas et animalia, sed pro naturâ et modo cœlesti, ut ità in infimis suprema et hæc in illis sint agnoscenda et quærenda.

Hic doctum *Sanias* terræ, animantium, partium corporis humani cum sideribus, sole, lunâ rationem, quid et quomodò sol sit in corpore, etc., explicantem audire arbitreris. Per septentrionem ad Europam usquè pervenerit Indorum doctrina.

Fatali enim lege Deum sancivisse, ut inferiora supernis ancillentur, formamque unicuique suam sidereo lapsu viribus cumulatam immisisse, et ne continua desisteret rerum procreatio, singula semen proferre jussisse, ut quæ mutationibus obnoxia essent, continuâ serie et lege generarentur ac corrumperentur, nemo inficiaturus est, nisi sacris pariter et profanis monimentis contradicturus, naturæque ordinem destructurus, ut ità spectabilem illam in animalibus, mineralibus et vegetabilibus sympathiam ac antipathiam, non aliundè dependere, quàm in cœlesti siderum influxu impressioneque, pro uniuscujusque speciei constitutione, individuis vel omnibus, vel pro singulari complexionis gradu aliquibus tantùm speciei ejusdem congenitâ, omninò statuendum sit.

[1] *Inter corpus et animam, substantias longè invicem distantes, opus certè fuit medio vinculo, quod tàm distantes naturas invicem copularet, cui muneri delegatum est tenue illud et spiritale corpusculum, quod et medici et philosophi spiritum appellant. Hunc spiritum copulantem diviniorem esse quàm elementa, cœlo respondere proportione, ipse Aristoteles scribit. Et quemadmodùm omnis cœlorum virtus vehiculo lucis transfertur ad terram, ità omnis animi virtus, omnis potestas, vita scilicet, motus et sensus lucido spiritu intercedente ad corpus terrenum commeat et transfunditur.*

Goclenii explicatio *medium* suppeditat, sed difficultatem non solvit. *Spiritus ille copulans, intercedens,* cujus naturæ erit ? Si purè materialis est, vel spiritualis, duarum substantiarum (animæ et corporis), naturâ essentialiter differentium, vinculum esse non poterit. Si materiam simul sapit et spiritum, quomodò in eo junguntur istæ naturæ adeò diversæ ? Nobis ergò spissâ caligine tecta remanet rerum natura. Phænomena vel oculis clarè apparent, vel attentâ consideratione percipiuntur : sed iisdem causa et verus actionis modus tenebris involvuntur.

---

1. *Lib. cit. p.* 23-24.

Nec tamen[1] *dubium phantasiam patientis (vulnerati) plurimum hìc habere momenti (juxtà illud Hippocratis, in medendo sæpè concurrunt spes, fiducia et* τύχη), *tùm ad balsamicam in sanguine existentem virtutem à telo medicato attrahendam dirigendamque ad partem affectam et læsam, tùm ad movendum principium sanativum in corpore existens. Cœlum igitur, quod pluribus et uni influit, imaginatione, quæ semper adest, et sympathiâ, quæ intercipi aliquando impedirive, destrui non potest, ad determinatam in corpore partem vim sanatoriam deducere statuendum est. Nam inter vulnus et telum est vis attractrix et deductrix; hæc partem spectat affectam, id est vulnus, hoc est, traductio fit ad partem vulneratam, virtutis verò attractio ad telum medicatum.*

Hùc referri potest τὸ *Maschghouli*, in *Oupnek'hat* indesinenter præceptum. Qui illud exequitur, attentâ meditatione objectum sibi repræsentans, se illud esse imaginatione reputans, ipsum illud objectum, etiam *Pram âtma*, *Ens supremum*, efficitur.

Hac in materiâ parvum nec inficetum opus adhuc legi potest, cui titulus: *Harmonia cœlestium corporum et humanorum, Dialogis XI, astronomicè et medicè, per Ant. Mizaldum Monlucianum, elaborata et demonstrata.*

---

1. *Lib. cit. p.* 154, 155.

Lutetiæ, 1555, *p.* 16 *etc.* Mirum quâ arte cœli, astrorum ordinem, motus ad humani corporis œconomiam auctor referat.

Licet intrà metas haud faciliter sistens, hac cœli et terræ consensûs doctrinâ sæpè [1] abusum fuerit humanum ingenium; nihilominùs universi ferè totius fulta testimonio, et augustum præbens, omnium orbis in se conspirantium partium spectaculum, hypothesis, profundam meretur sapientis meditationem, necnon phænomenum, factorum, eventuum, quæ illam infirmare aut confirmare queunt, strictam et accuratam discussionem. Nihil leviter credere, nihil audacter rejicere, hæc prima, in tam gravi argumento, critices regula.

Finem huic dissertationi imponet eximius *Philosophumenω̃n* locus, Origeni vulgò tributorum.

---

1. *Kæmpfer*, *amœnit. exotic. etc.* (1712), *p.* 42, 58, 83. — *Voy. de Chordin en Pers.* (1711), *t.* 2, *p.* 118, *etc.* — *Duhalde*, *Descript. etc. de la Chine.* (1736), *t.* 3. *p.* 345. — *Vom Himmel . . . und von der Höll . . . von Eman. Swedemborg* (1774), *n°.* 107-115, 170-176; *p.* 95-131, 191-197. — *Abrégé des Ouvrag. de Swedemborg. . .* (1788). *De la correspondance du ciel avec l'homme et avec tous les objets de la nature . . . . p.* 81-89. — *Mém. de la découverte du magnétisme animal*, *par Mesmer*, *Doct. en Médec. de la fac. de Vienne* (1779), *p.* 6, 8, 12 *et* 74. — *Rapport des Commiss. chargés par le Roi de l'examen du magnétisme animal*, *impr. par ordre du Roi* (1784), *p.* 1-3. — *Système raisonné du magnetisme universel*, *d'après les principes de M. Mesmer* (1786); *du Baquet etc.*, *p.* 37-42. *etc.*; *du Somnambulisme*, *etc. p.* 64-72. *etc.*

Εστὶ δὲ καὶ παρὰ Ινδοῖς αἵρεσις φιλοσοφουμένων ἐν τοῖς Βραχμάνοις, οἱ βίον μὲν αὐτάρκη προβάλλονται.

[1] *Reperitur etiam apud Indos, inquit hujus operis incertus auctor, philosophicis studiosa secta in Brachmanis. Hi sufficienti quidem utuntur victu.*

Agitur de Brachmanibus juxtà τοῦ *Saniasi* institutum vitam ducentibus, qui quidem, uti adhuc eorum successorum mos est, corpori sustentando necessaria tantùm sumebant.

Εμψύχων δὲ καὶ τῶν διὰ πυρὸς βρωμάτων πάντων ἀπέχονται, ἀκροδρύοι· ἀρχούμενοι, μηδὲ αὐτὰ ταῦτα τρυγῶντες, ἀλλὰ τὰ πίπτοντα εἰς τὴν γῆν βαστάζοντες ζῶσιν, ὕδωρ ποταμοῦ Ταγαβενὰ πίνοντες.

Sed ab animatis et per ignem apparandis omnibus abstinent cibis, nihil desiderantes præter fruges; neque has ipsas avellentes ab arbore, sed in humum delapsas auferentes, vitam sectantur, fluminis Tagabenas potantes aquam.

Τοῦ *Tagabenas* (*Pallad. de Brachm. p.* 22. Τιβεροβοαμ) loco, legendo *Tagamenas*, habebis τῶν *Djemna*, cujus ripas, propè *Mathra*, incolunt *Saniasan* et *Rek'heschiran* Indi, terræ fructibus, ut plurimùm prolapsis, et fluminis aquâ in alimentum contenti. Accuratam hujus loci et ejus incolarum descriptionem præbet [2] Pater

1. *Compend. histor. philosoph. antiq. sive philosophomena, quæ sub Origenis nomen circumferuntur, interpr. Jac. Gronovio . . . ed. et not. illustrav. Wolf* (1706), *præfat. et cap. XXIV. de Brachmanib. in Indis. p.* 156-167. *Origen. oper. t.* 1, *p.* 904, 905.

2. *Descript. histor. géograph. etc. de l'Indoustan, etc. t.* 1, *p.* 201-207. — *Palladius, de Brachmanib.* (1668), *p.* 29.

Tieffenthaler, quam consulere lectorem haud pigebit.

Διαβιοῦσι δὲ γυμνοὶ, τὸ σῶμα ἔνδυμα τῇ ψυχῇ ὑπὸ τοῦ θεοῦ γεγονέναι λέγοντες.

Vitam peragunt nudi, statuentes animæ pro indumento ab Deo concinnatum esse corpus.

Quosdam in Indiâ vidi *Djoguian*, absolutè nudos. Verùm circà lumbos indumentum, samskreticè *langueti* dictum, pudenda tegens, gerit major pars τῶν *Saniasan* (*Mahabarat*, 13. *Porb. fol.* 646 *verso*). Tametsi observatu dignum Brahmanes, absque mulieribus, in desertis viventes, et, vel contemplationis gurgite demersos, vel, cum sensibus perpetuo conflictu, corpus, merum τοῦ *Djiwâtma* indumentum, quasi mortuum reddere solitos, ejus diverso situ leviter, et forsan nullo prorsùs modo debere affici.

Αὐτοὶ τὸν θεὸν φῶς εἶναι λέγουσι οὐχ ὁποῖον τὶς ὁρᾷ οὐδ' οἷον ἥλιος καὶ πῦρ, ἀλλὰ ἐστὶν αὐτοῖς ὁ θεὸς λόγος οὐχ ὁ ἐναρθρὸς, ἀλλὰ ὁ τῆς γνώσεως, δι' οὗ τὰ κρυπτὰ τῆς γνώσεως μυστηρία ὁρᾶται σοφοῖς.

Hi Deum dicunt esse lumen, non quale quis aspicit, aut qualis sol vel ignis, sed est Deus illis sermo, non hic articulatus, sed ille cognitionis, cujus ope occulta notitiæ (cognitionis) mysteria cernuntur à sapientibus.

Noti sunt de Deo lumine S. Gregorii Nazianzeni loci:

Θεὸς μὲν ἐστὶ, φῶς τὸ ἀκρότα-

[1] *Ac quidem*, inquit S. Doctor, Asiaticæ

1. *Gregor. Nazianzeni op.* (1630). *T.* 1. *orat.* 40, *p.* 639.

τον, καὶ ἀπρόσιτον, καὶ ἄῤῥητον. οὔτε νῷ καταληπτὸν, οὔτε λόγῳ ῥητὸν, πάσης φωτιστικὸν λογικῆς φύσεως, τοῦτο ἐν νοητοῖς, ὅπερ ἐν αἰσθητοῖς ἥλιος, ὅσον ἂν καθαιρώμεθα φανταζόμενον, καὶ ὅσον ἂν φαντασθῶμεν, ἀγαπώμενον· καὶ ὅσον ἂν ἀγαπήσωμεν, αὖθις νοούμενον, αὐτὸ ἑαυτοῦ θεωρητικόν τε καὶ καταληπτικὸν, ὀλίγα τοῖς ἔξω χεόμενον. Φῶς δὲ λέγω, τὸ ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι θεωρούμενον. ὧν πλοῦτός ἐστιν, ἡ συμφυΐα, καὶ τὸ ἓν ἔξαλμα τῆς λαμπρότητος . . . . Φῶς ἦν ἀπρόσιτον καὶ ἀδιάδοχον ὁ Θεὸς, οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε παυσόμενον, οὔτε μετρούμενον, ἀειλαμπὲς, τριλαμπὲς, ὀλίγοις ὅσον ἐστὶ θεωρούμενον. οἶμαι δὲ οὐδὲ ὀλίγοις.

litteraturæ haud ignarus, *Deus summum et inaccessibile lumen est, quod nec mente percipi, nec verbis explicari potest, naturam omnem ratione præditam illuminans, hoc in intelligibilibus, quod sol in sensibilibus; eò se magis contemplandum nobis præbens, quo accuratiùs animos purgaverimus; eò rursùs magis amandum, quò magis contemplati fuerimus; eò denique magis cognoscendum, quò magis amaverimus; sese ipse speculans et comprehendens, ac perexiguè ad externa diffundens. Lumen porrò hoc dico, quod in Patre et Filio et Spiritu sancto consideratur: quorum opulentia, naturæ identitas est, atque una eademque splendoris prosultatio....* [1] *Lumen unum et inaccessibile, ac successioni minimè obnoxium, Deus, nec principium habens, aut finem habiturum, nec in dimensionem cadens, perpetuo fulgore rutilans, trino splendore micans, atque ejusmodi, ut paucis, imò ne paucis quidem perspicua sit ipsius magnitudo.*

1. *Id. orat.* 43, *p.* 698.

Duo in textu philosophumenωn notanda, *Deus lumen* et *Deus sermo*, seu *cognitio*. Sublimis, quam præbet Gregorius Nazianzenus, *Dei luminis* descriptio, *Luminis-entis* Indicorum librorum naturam ob oculos ponit : et *Deus sermo*, seu *cognitio* philosophumenωn, est *intellectus primus*, suprema *cognitio*, cujus ope, *Saniasan* perpaucis ad primum scientiæ gradum provectis, alta *luminis*, *sermonis*, *cognitionis* mysteria cernere datum est.

Τοῦτο δὲ τὸ φῶς, ὃ φασὶ λόγον τὸν θεὸν, αὐτοὺς μόνους εἰδέναι Βραχμᾶνες λέγουσι, διὰτὸ ἀποῤῥίψαι μόνους τὴν κενοδοξίαν, ὃ ἐστὶ χιτὼν τῆς ψυχῆς ἔσχατος.

[1] *Hoc verò lumen, quod vocant sermonem Deum, ipsos solos novisse Brachmanas dicunt : quippè qui soli opinionum vanitatem* (κενοδοξίαν, *vanam gloriam*) *abjecerint, quæ est tunica postrema animæ.*

Supremus scientiæ moralis apex, qui solus veram *Luminis-entis*, et *sermonis* cognitionem ministrat, omnem de se opinionem, omne proprium meritum abjicere, et in conspectu hominum, neglectis rebus mundanis, ad cœlestia raptum, stultum hebetemque videri.

Οὗτοι θανάτου καταφρονοῦσιν, ἀεὶ δὲ ἰδίᾳ φωνῇ θεὸν ὀνομάζουσι, καθὼς προείπομεν, ὕμνους δὲ ἀναπέμπουσι.

Hi contemnunt mortem. Nominant autem (semper) propriâ linguâ Deum, ut in superioribus indicavimus, et illi hymnos submittunt.

1. *Philosophum. loc. citat.*

Quomodò mortem non contemnerent, non appeterent? morte, *djiw âtma*, vinculis corporis liberatus, fit ipse *pram âtma*.

Nomen Dei semper (ἀεὶ) in ore Brahmanum, et *propriâ linguâ*, ἰδίᾳ φωνῇ, id est, samskreticè pronunciatum, est *Oum*, et eorum hymni, catalogus attributorum primi entis, vel *incarnationes* τοῦ *Beschn*, quæ perpetuò in templis (Pagodes, *Deols*) harmonicè decantantur.

Οὔτε δὲ γυναῖκες παρ' αὐτοῖς, οὔτε τεκνοῦσιν. οἱ δὲ τοῦ ὁμοίου παρ' αὐτοῖς βίου ὀρεχθέντες, ἐκ τῆς ἀντιπέραν χώρας τοῦ ποταμοῦ διαπερήσαντες ἐκεῖσε ἐναπομένουσιν, ἀναστρέφοντες μηκέτι.

Neque verò feminæ inter eos, neque liberos procreant. Qui verò vitæ idem illis affectant institutum, postquàm ex adversâ regione fluminis trajecêre, in eâdem sede commorantur, nunquàm revertentes.

Indus, qui ad *Saniasi*, quartum et ultimum perfectionis gradum, pervenit, uxore relictâ, solus, vel cum discipulo, deserta petit, ibi, in eodem loco, vitam agit, Dei cultui, et præcipuè rerum cœlestium meditationi, contemplationi unicè deditus. Quicunque idem institutum affectant, sive *Saniasan* sint, sivè *Rek'heschiran*, aut alii, trajecto *Djemna* flumine, ad propria vel loca culta, quæ reliquerunt, nunquàm revertuntur.

Καὶ αὐτοὶ δὲ Βραχμᾶνες καλοῦνται. βίον δὲ οὐχ ὁμοίως διάγουσιν· εἰσὶ γὰρ καὶ γυναῖκες ἐν τῇ χώρᾳ, ἐξ ὧνπερ οἱ ἐκεῖ κατοικοῦντες γεννῶνται καὶ γεννῶσιν.

Et ipsi verò Brachmanes nominantur. Nec vitam tamen ad consimilem per omnia componunt normam : sunt enim et feminæ in istâ regione, ex quibus et qui habitant illìc proveniunt et procreant.

Notum est plura esse Brahmanum genera; et eos qui *Kerhesti* gradum peragunt, nubere, filios procreare, et *Vanparastan* cum uxoribus suis in desertis vitam degere posse.

Τοῦτον δὲ τὸν λόγον, ὃν θεὸν ὀνομάζουσιν σωματικὸν εἶναι, περικείμενον τὲ σῶμα ἔξωθεν ἑαυτοῦ, καθάπερ εἴ τις τῷ ἐκ τῶν προβάτων ἔνδυμα φορεῖ, ἀπεκδυσάμενον δὲ τὸ σῶμα, ὃ περίκειται ὀφθαλμοφανῶς φαίνεσθαι.

Hunc verò sermonem quem nuncupant Deum, esse corporeum, et vestitum extrinsecùs corpore suo, eodem aiunt modo, quo quis gestat indumentum ex pellibus ovinis, sed exuto, quo indutus est, corpore, oculis fieri conspicuum.

Hìc τοῦ *âtma* in *Djiw âtma* conversi exponitur mysterium. Corpore, velut indumento pelliceo, coopertus vix agnosci potest. Postquàm autem corpus exuit, naturæ suæ redditus, mentis oculis conspicuus efficitur.

Πόλεμον δὲ εἶναι ἐν τῷ περικειμένῳ αὐτῶν σώματι οἱ Βραχμᾶνες λέγουσι,

Cæterùm corpori, quo circùmvelantur Brachmanes, inesse bellum, bel-

καὶ πλῆρες εἶναι πολέμων αὐτοῖς τὸ σῶμα νενομίκασιν, πρὸς ὃ ὡς πρὸς πολεμίους παρατεταγμένοι μάχονται, καθὼς προδεδηλώκαμεν. πάντας δὲ ἀνθρώπους λέγουσιν αἰχμαλώτους εἶναι τῶν ἰδίων συγγενῶν πολεμίων, γαστρὸς καὶ αἰδοίων, λαιμοῦ, ὀργῆς, χαρᾶς, λύπης, ἐπιθυμίας, καὶ τῶν ὁμοίων. μόνος δὲ πρὸς τὸν Θεὸν χωρεῖ, ὁ κατὰ τούτων ἐγείρας τρόπαιον.

lisque plenum item esse sibi corpus æstimant; idque, velut annotavimus superiùs, non aliter oppugnant, quàm instructâ in hostes acie. Omnes mortales à propriis consanguineis hostibus, ventre, pudendis, gulâ, irâ, lætitiâ, dolore, cupiditate, similibusque captivos aiunt detineri. Soli autem patet ad Deum accessus, qui de his triumphum erexit.

Pressa et accurata τοῦ *Sanias* cum corpore, sensibus et affectibus, animi conflictûs descriptio. Bellum est cum *consanguineis hostibus*; *instructâ acie* dimicandum; nulli animi motui parcendum: soli victori, carnali homine profligato, penitùs subacto, ad *Pram âtma* aditus reseratur.

Διὸ Δάνδαμιν μὲν, πρὸς ὃν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν εἰσῆλθεν, ὡς νενικηκότα τὸν πόλεμον τὸν ἐν τῷ σώματι, Βραχμᾶνες θεολογοῦσι· Καλάνου δὲ καταφέρονται ὡς ἀσεβῶς ἀποστατήσαντος τῆς κατ' αὐτοὺς φιλοσοφίας.

Idcircò Dandamin quidam, congressu celebrem Alexandri Macedonis, ut profligato in corpore bello cælitum in concilio locant, sed in Calanum invadunt, quòd desciverit impiè ab philosophiâ suâ. [1]

1. *Pallad. lib. citat. pag.* 14-39, 40, 54. *Kalan*, nomen philosophi Indi, qui

Brachmanes *Dandamin* *θεολογοῦσι*, *putant esse Deum.* Vera Indorum doctrina. Victo corpore, *Pram âtma*, Deus, homo evadit. Sed hæc jam pluries.

Ἀποθέμενοι δὲ Βραχμᾶνες τὸ σῶμα ὥσπερ ἐξ ὕδατος ἰχθύες ἀνακύψαντες εἰς ἀέρα καθαρὸν ὁρῶσι τὸν ἥλιον.	*Exuto Brachmanes corpore, instar piscium ex aquâ prominentium, in aërem purum contemplantur solem.*

Longi, acris, intestini belli exitus. Τοῦ *Sanias* fato functi *djiw âtma*, corpore solutus, piscis instar ex aquâ prominentis, ad solis orbem ascendit, ejusque discum, quasi in aëre puro contemplatus, ad superiores mundos, pro vario quem attigit, perfectionis gradu, cursum dirigit.

Quæ hùc usquè è diversis auctoribus allata sunt loca, fidem faciunt dogmata Indica, sub nomine *doctrinæ Orientalis*, ex Indis ad Persas, è Persis ad Græcos et Romanos permeasse (*Moshem. Dissert. cit.p.* 91, 197).

Alexandrum in Persiam secutus est (*Strab. géograph. lib. XV, p.* 715.), potest significare *Magnus*, Persico idiomate, circà Indum flumen, cum propriâ loci linguâ usitato.

Dandamis (*Strab. loc. citat. Mandanis*), propriè, *bacularius*, *baculum gestans* (à *dandhaha*, samskreticè, *baculus ; dand*. baculus τοῦ *Sanias*), respondet verbo *Beraguii* (*a beragui*, indoustanicè, *scipio subalaris*, lusitanicè, *muleta*), *eremitarum qui, juxtà Djemnæ ripas, nudi pœnitentiam agunt, nomini. Vide Tieffenthal. libr. citat.* p. 203, 204.

Veterum, tùm philosophorum, tùm historicorum, per varias mundi partes, ab antiquis temporibus, peregrinationes cognoscuntur. Genuina rerum facies, è manu ad manum deducta, attritu deformata est. Superest tamen primiginiæ imaginis quasi adumbratio, cujus vestigia, inter tot varias orbis, populorum, opinionum vicissitudines, sequi, lineamenta deleta præsentire, si veritati in se sumptæ plurimùm non conducit, saltem semper mirando mentis humanæ vagationum, errorum, figmentorum spectaculo deservire fatendum est.

Sapienti nihil novum [1], posterius tantùm priori succedit: nihil absolutè pravum; malum boni aut indicium servat, aut germen continet.

Supremum Lumen ipsum, Verbum æternum, omnis luminis fontem, sapientem informans videamus.

Sapientiam, inquit Ecclesiasticus [2], *omnium antiquorum exquiret* (ἐκζητήσει) *sapiens, et in Prophetis vacabit* (προφητείαις ἀσχοληθήσεται, *in prophetiis occupabitur*).

1. *Ecclesiastes*, 1, 9-10.

2. *Vetus Testament. ex vers.* 70 *Interpr. secund. exempl. Vatican. Romæ edit. etc. curà Lamb. Bos.* (1709.) *T.* 2. ΣΟΦΙΑ ΣΕΙΡΑΞ. 39. 1-6, *p.* 1228. — *Ecclesiastic. græcè ad exemplar Roman. et latinè ex interpretatione J. Drusii* . . . . *etc.* (1596), *cap.* 39, 1-8. *p.* 109, 110.

Narrationem virorum nominatorum conservabit, et in versutias parabolarum simul introibit.

Occulta proverbiorum exquiret, et in absconditis (enigmatibus, αἰνίγμασι) parabolarum conversabitur. In medio magnatorum ministrabit, et in conspectu præsidis apparebit.

In terram alienarum gentium pertransiet : bona enim et mala in hominibus tentabit (ἀγαθὰ γὰρ καὶ κακὰ ἐν ἀνθρώποις ἐπείρασε, bona enim et mala inter homines experietur).

Cor suum tradet ad vigilandum diluculò (ὀρθρίσαι) ad Dominum qui fecit illum, et in conspectu altissimi deprecabitur.

Aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur.

Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum (ἐμπλησθήσεται replebitur).[1]

Parisiis, 30 Septembris 1797.

---

1. Σοφίαν πάντων ἀρχαίων ἐκζητήσει, καὶ ἐν προφητείαις ἀσχοληθήσεται. Διηγήσεις ἀνδρῶν ὀνομαστῶν συντηρήσει, καὶ ἐν στροφαῖς παραβολῶν συνεισελεύσεται.

Ἀπόκρυφα παροιμιῶν ἐκζητήσει, καὶ ἐν αἰνίγμασι παραβολῶν ἀναστραφήσεται.

Ἀναμέσον μεγιστάνων ὑπηρετήσει, καὶ ἔναντι ἡγουμένου ὀφθήσεται. Ἐν γῇ ἀλλοτρίων ἐθνῶν διελεύσεται· ἀγαθὰ γὰρ καὶ κακὰ ἐν ἀνθρώποις ἐπείρασε.

Τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἐπιδώσει ὀρθρίσαι πρὸς κύριον τὸν ποιήσαντα αὐτὸν, καὶ ἔναντι ὑψίστου δεηθήσεται· καὶ ἀνοίξει τὸ στόμα αὐτοῦ ἐν προσευχῇ, καὶ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ δεηθήσεται.

Ἐὰν κύριος ὁ μέγας θελήσῃ, πνεύματι συνέσεως ἐμπλησθήσεται.

OUPNEK'HAT.

(*Præfatiò Interpretis persici.*)

OUM

Vox [1] *pes* (*fundamentum*) [2] *est*, *sicut secretum antiquum*,

Τȣ *In nomine Dei miseratoris*, *misericordis*.

LAUS *dzati* (*enti*), quod, vox pes τȣ *bismillah* (*in nomine* I.
Dei), in omnibus libris *samavi* (*cœlestibus*), è secretis antiquis ejus est; et *alham am alketab* (*inspiratio primæ souratæ*), quod in *Koran madjid* (*glorioso*), designatio (*illius*) cum *esm* (*nomine*) supremo ejus est; et cuncti *malaïek* (*legati Dei*, *angeli*), et libri *samavi* ex *anbia ve aolia* (*à prophetis et amicis Dei emissi*); et omne (*id omne*) comprehensum in hoc *esm* (*nomine*) est.

Verùm, posteà quam ὁ *fakir* absque tristitiâ MOHAMMED DARASCHAKOH [3], in anno mille et quinquaginta (1050) τȣ

1. Quæcunque hìc caractere italico apparent, vel sunt nomina propria, cognomina, vocabula *samskretica*, *indoustanica*, *persica*; vel in manuscripto caractere rubro exarata sunt, aut notâ rubrâ desuper signata.

2. Parenthesis, duobus virgulis seu uncis ( ) rotundis comprehensa, offert, ut in *Monito* dictum est, charactere italico, interpretationem vocabulorum exoticorum, aliquandò ipsa illa vocabula; aut, commentarii vice, versionem minùs barbaram. Variantes lectiones, è manuscripto bibliothecæ nationalis desumptæ, duobus quadratis uncis [ ] continentur.

3. Princeps *Daraschakoh*, filius primogenitus imperatoris *Schahdjehan*, frater *Aurangzeb* natu major, ejus jussu interemptus est ipsò anno 1657, quo τȣ *Oupnek'hat*

hedjri [1], quo cùm *Kaschmir* (*in* τὸν *Kaschmir*), paradiso simili, iverat; cum vi attractivâ *eenaïet Alhi* (*favoris. Dei*) et beneficio *na monteha* (*non terminato*, *infinito*) faustæ (*ejus*) voluntatis, perfectum *kamalan* (*perfectorum*) cremorem *aarfan*, *ostad ostadan*, *pir piran*, *peischvaï peischvaïan*, *mohed hakaïek agah* (*decus doctorum*, *magistrum magistrorum*, *senem senum*, *ducem ducum*, *unitarium* (*unitatis Dei assertorem*), *veritatum conscium*), *Molaschah*, pax τȣ̃ *Allah* (*Dei*) et excelsi (*super illum*)! invenit.

Et cùm gustus (*voluptas*) τȣ̃ videre doctos cujuslibet sectæ, et audire verba excelsa unificationis, simul (*ei*) provenisset, et plurimos libros mysticos cum conspectu (*in conspectum suum*) attulisset, et *resalha* (*scripta breviora*) composita fecisset; et sitis τȣ̃ petere *tohid* [2] (*unificationem*), quod mare est sine fine, momento cum momento (*in dies*) amplior (*aucta*) fieret; et sententiæ (*opiniones*) subtiles (*arduæ*) cum corde (*ad cor ejus*) pervenirent, quòd status earum, nisi cum verbo *Alhi* (*Dei*), et magisterio (*documento*) *dzat na monthaï* (*entis non finiti*) possibilitatem non habet : et cùm (*in*) *Koran* venerando (*augusto*), et *Fourkan* [3] nobili (*benigno*) plurima ænigmaticè

---

versionem persicam confecerat. Vide *Catrou*, *Hist. génér. de l'empire du Mogol*, 1715, *T.* 2, *p.* 39 *et* 204. — *Bernier* mentionem facit cujusdam *Pandet*, doctoris indici, tunc suo *Aga* stipendio addicti, et cui, anteà, Princeps *Dara* attributionem impertiverat. *Voyage*, 1710, *T.* 2, *p.* 133; *T.* 1, *p.* 11, 12.

1. Æræ christianæ 1640.

2. *Tohid*, à *vahed*, *unitas* : cum articulo, *altohid*, *professio unitatis Dei*; quâ voce, inquiunt *Golius* et *Meninski*, sectam suam, ceu proprio nomine, indigitant Mahomedani.

Sed, in Indorum theologiâ, *unitatem entis* absoluti, et cum illo unico ente identitatem, vox *tohid* debet significare : indè illam per *unificationem*, verbum jam à *Maraccio* usurpatum, et Indorum dogma pressiùs exhibens, reddidi.

3. *Fourkan*, alterùm *Korani* nomen; à *farak*, *divisit*, *distinxit*, quasi distinguens fideles ab infidelibus.

dicta (*tecta*) sint, et hodiè scientes illa pauci inveniri queant; (Daraschakoh) voluit, quòd omnes libros *samavi* (*cœlestes*) cum conspectu (*in conspectum suum*) afferrent, ut ab ipsis illis (*eliceret*) verbum *Alhi* (*Dei*), quod ipsum interpretatio suì ipsius est; et si in (*uno*) libro contractum sit, in libro altero fusè expositum inventum fiat, et ex illâ fusâ expositione istud compendium scitum efficitur.

Intuitum super *Toret* (*legem Moysis*), et *Andjil* (*evangelium J. Christi*), et *Zabour* (*psalmos Davidis*), et alios codices conjecit: verùm expositio *tohid* (*unificationis*) in illis etiam (*libris*) compendiosa et ænigmatica (*tecta*) erat; et ex interpretationibus paucis, quas homines à commentariis fecerant, petitum cognitum non redditum est.

In pede illius fuit (*hinc evenit*), quòd, è quo respectu (*quâ causâ*) in *Indoustan*, unitatis contemplatore, sermocinatio *tohid* (*de unificatione*) multa est; et theologis externis et internis sectæ antiquæ indicæ, super *vahedat* (*unitate*) negatio, et super *mohedan* (*unitariis*) sermo non est; quin potiùs pes æstimationis (*illis*) est super τῷ (*præcipuum ducunt*) contradicere (*repugnare*) insipientibus hujus temporis, qui se ipsos doctos (*esse*) firmatum dederunt; et, in pede (*victimis*) occisionis, et vexationis, et impietatis, et negationis (*veri*), Deum cognoscentibus et unitariis lapsis, omnibus verbis *tohid* (*unificationis*), et cuncto (*quod*) è *Fourkan* laudando, et oraculis authenticis prophetiæ puræ manifestum est, resistentiam ostendunt, (*et*) viam latronum viam Dei efficiunt.

Post à verificatis his gradibus (*his cognitis*) compertum fuit, quòd in medio hujus tribûs antiquæ, præ omnibus libris *samavi* (*cœlestibus*), quatuor libri *asmani* (*cœlestes*), quod, Rak Beid, et Djedjr Beid, et Sam Beid, et Athrban Beid, sit, super *anbiaï*

(*prophetas*) illius temporis; quòd major illorum [[1] *Brahma*, qui] *Adam sefieullah* (*selectus à Deo*), et (*super quem*) pax! est, cum cunctis præceptis delapsi (*sint*): et hæc significatio ex ipsis his libris apparens est.

Et optimum (*purior pars*) horum quatuor librorum, omnia secreta *selouk* [2] (*religiosi instituti*), et *eschghal* [3] (*applicationum animi*) unificationi puræ, in illo contenta sunt; et illud OUPNEK'HAT nominant.

Et prophetæ illius temporis, cùm illum (*librum*) separatum fecissent, super illo commentaria, expositiones et explanationes (*diductiones*) integras scripserunt; et semper illum, melius (*optimum*) religionis opus (*hoc*) ut sciverunt, legunt (*legebant*).

Huic (*Principi*) veritatis indagatori ipsi elucidatæ, cùm intuitus super principium *vahedat* (*unitatis*) entis foret (*fuisset*), cùm linguâ arabicâ, et syrianâ, et eerakanâ (*persikâ*, *et*) sahnscretâ (*samskreticâ*), voluit quòd hæc *Oupnek'hatha* (*τῦ Oupnek'hat capita*), quod thesaurus unificationis erat: scientes illum in istâ tribu etiam pauci manserant; cum linguâ persicâ (*in linguam persicam*), sine minùs et plùs, et absque affectu (*studio*) animi, cum interpretatione, recto (*sincero*) cum recto, voce cum voce (*de verbo ad verbum*) cum translata ostendisset (*fecisset*), intelligerent, quòd hæc collectio (*synagoga*), quæ illum (*librum*) ab homine islamico (*Judæo*),

---

1. *Vide suprà*, *p.* 1, *not.* 2.

2. *Selouk* (*via*, *procedendi modus*, *vitæ institutum*) hîc est indicæ religionis, cum ritibus, cæremoniis, externo cultu, observatio, opposita religioni contemplativæ seu interiori.

3. *Eschghal*; à *schoghl*, occupatio contemplativa animi, uni cuidam objecto applicati; hinc *maschghoul*, meditationi hoc modo impensè intentus, addictus; *maschghouli*, hujus generis meditatio.

hoc quantùm (*tantoperè*) coopertum et absconditum habent, hoc quodnam secretum est.

Et, ut in his diebus, urbs *Benarès*, quæ porta scientiæ hujus tribûs est, dependentiam cum (*ab*) hoc veri indagatore habebat, τὸς *Pandetan* et *Saniasan*, qui completo (*convenienti*) tempore [τῶ *Beid* et] τῶ *Oupnek'hat* scientes (*facti*) fuerant, cùm congregatos fecisset, ipse (DARASCHAKOH) hoc *kholasseh* (*optimum*) unificationis, quod *Oupnek'hatha*, id est, secreta tegenda sit, et *monthaï* (*scopus*) petitionis cunctorum *aoulia Allah* (*amicorum Dei*) est, in anno mille, sexaginta et septem τῶ *hedjri* [1], sine affectu animi (*studio*, *è samskreto*) translatum cùm ostendisset (*reddidisset*); et quodlibet difficile, quodlibet verbum altum, quod volebat et petens illud fuit, et quærebat et non invenit; ex hoc *kholasseh* (*optimo*) libro antiquo, quod, sine dubio et ambiguitate, primus liber *samavi* (*cœlestis*) et fons verificationis (*agnitionis pro vero*), et mare unificationis est, congruens *Koran* glorioso, quin imò, explicatio illius est.

Et manifestè apparens fit, quòd hoc *aïeteh* (*comma*, *versus*) genuinè in veritate hic liber antiquus est; quòd *aieteh* cum (*in*) *Koran* benefaciente, in libro (*est*) abscondito, non perveniens nisi ad mundatos à *rab* (*domino*) mundorum [2]: id

1. Æræ christianæ 1656, 1657.

2. Hoc comma: *in libro* (*est*) etc. usquè ad: *id est Koran*, totum arabicum est, deindè persicè redditum. Ipsismet verbis expressum non inveni in *Alcorano*; sed sensum præbere videntur *surata* 80, *vers.* 12, 13 (*Maracci*, *Alcorani textus univers.* etc. 1698. *Refutat.* p. 780); *sur.* 10, *vers.* 37, p. 325; *sur.* 35, *v.* 31, 32, *p.* 572. Integrum *Alcoranum*, in *suratâ* 112, quatuor *aïat* constante, quæ *surat altohid* (*surata unificationis*) inscribitur, et *alakhlass* (*sincerificatio*) etiam dicitur (*Maracci libr. cit. p.* 831, *not.*), comprehensum tenent Mohammedani. Sic auctor hujus præfationis *aïeteh* et *Koran* ipsum unum facit; indè concludere est, *suratam* 112 hîc designari, ut, originaliter, cum *Alkorano*, in antiquo libro *Oupnek'hat* contentam.

est, *Koran* benefaciens in libro est, quòd ille liber absconditus est, (*et*) eum comprehensum non faciunt nisi cor quod purificatum sit, et descendere factus (*demissus*) à nutritore (*conservatore*) [mundi et] mundanorum : et cui [cuivis] cognitum fit, quòd hoc *aïeteh*, in veritate, *Zabour*, et *Toret*, et *Andjil* non est; quin imò, è verbo *tanzil* (*descendere facto*), hoc modo manifestum efficitur, quòd in veritate, *louh mahfouzz* (*tabula asservatorum*, cui æterna rerum fata inscribuntur), etiam (*aïeteh*) non est: (*et*) cùm *Oupnek'hat*, quod secretum abscondendum, est, principium (*originale exemplar*) hujus libri sit, et τὰ *aiethaï* τȣ̃ *Koran* gloriosi, genuinè in illo inventa fiant; proindè cum verificatione (*certum efficitur*), quòd liber absconditus, hic liber antiquus sit.

Et ex hoc (*libro*), cum hoc (*huic*) *fakir* (DARASCHAKOH) non scita, scita; non intellecta, intellecta fuerunt.

Et, nisi à τῷ (*præter*) utilitatem capientes fieri, ipsum (DARAM) et natos ipsos ejus, et amicos ipsos ejus, et petentes veritatem, petitum et intentum cùm non fuerit; fortunatus, qui, ut affectum animi infelicem (*pravum*) transire fecit (*reliquit*), purè (*sincerè*), cum modo Dei (*excelso*) hanc translationem, quod cum secreto *akbar* (*per secretum magnum*) designatum redditum, translationem (*esse*) verbi *Alhi* (*Dei*), ut scivit, derelictionem partialitatis, ut monstravit, legit et intelligit, sine cessatione, et sine metu, et sine tristitia, et liberatus (*salvus*, *beatus*), et *mavid* (*confirmatus*) (*in hoc statu*) est futurus [1].

---

1. Hujus præfationis summa : Princeps *Mohammed Daraschakoh*, anno hegiræ 1650, Christi 1640, in Kaschmirum, paradiso similem, itinere facto, ibi *Pandetarum* doctissimum, unitarium *Molaschah*, invenit. Tùm plurimos libros mysticos, unitatis dogma inquirendi causâ, colligere fecit, ipso in *Alkorano* veritate paucis

(*Explicatio præcipuorum verborum samskreticorum, quæ in* OUPNEK'HAT *adhibentur.*)

OUM: Deus[1]. II.
et *Pranou* etiam nomen ipsum hoc est, id est, obsignata (*clausa*, *finita*) faciens secreta.
Brahm : creator.

---

cognitâ tectâ remanente. Cœlestes libros, scilicet, *Toret* (legem Moysis), *Zabour* (psalmos Davidis) et *Andjil* (evangelium Christi), in conspectum suum afferri jussit. At verò, cùm indè nihil perspicuum elicere posset, ad Indos se convertit, inter quos una tribus erat perantiqua, quæ *unificationis* dogma frequenter sermonibus agitabat.

In medio hujus tribûs præ omnibus libris cœlestibus, quatuor libri, *Rak Beid*, *Djedjr Beid*, *Sam Beid*, et *Athrban Beid*, è cœlo ad prophetas, quorum maximus est *Brahma*, idem ac *Adam*, missi, quibus unitatis veritas continetur.

Horum librorum veluti cremorem exhibet liber, cui nomen *Oupnek'hat*, quem, ex quatuor istis cœlestibus libris desumptum, illius temporis prophetæ commentariis et elucidationibus explanârunt.

Hic veritatis indagator, cùm principium unitatis entis, ope linguarum *arabicæ*, *syrianæ*, *eeracanæ*, *et samskreticæ*, quæsiisset, hunc librum *Oupnek'hat*, unificationis thesaurum, in *persicam* linguam transferre animo habuit; quò tandem secretum tantopere homini *islamico* celatum patefieret.

Anno hegiræ 1667 (æræ christianæ 1656, 1657), princeps *Daraschakoh*, arcessitus ex urbe *Benarès*, quæ porta scientiæ tribûs supra dictæ erat, et Principis ditioni subdita, *Pandetan* et *Saniasan*, in lectione τῶν *Beid* et τȣ *Oupnek'hat* exercitis, hoc eximium et perantiquum opus, quod quidem est *liber absconditus* principium τȣ *Koran*, ad verbum, *persico* idiomate (in urbe *Dehli*) reddi curavit.

Et cùm hunc laborem princeps *Daraschakoh*, suæ, suorum et amicorum utilitatis causâ, solummodò susceperit; quicunque hoc opus ut verbi divini translationem mente purâ et simplici legerit et intellexerit, beatus, firmâ et incessabili felicitate, sine metu, sine tristitiâ, est fruiturus.

1. De Guignes, *Mém. de l'Acad. des Insc. et bell. lett. T.* 26, *p.* 776, *n.* (*h*).

Alschir : dominus.

Naraïn : ens, quod, id in omni (*quod existit*) est; et omne in eo est.

Sat, *Tschat*, *Anand*: id est, *hasti* (*existentia*), et scientia, et gaudium.

et *Lok*: mundus (*orbis*).

Brahm lok : *aalem dzat* (*mundus entis*).

Brahma lok : (*arabicè*) *sedret alminthi* [1], quod locus *Djibril* (*Gabrielis*) est.

Sourk lok: mundus *behescht* (*paradisi*).

Antrdjehteh lok: mundus *fezza* (*atmospheræ*).

Bhou lok : mundus *zemin* (*terræ*).

Nerk lok : mundus *djehennam* (*inferni*).

Djagrat: mundus *nasout* (*humanitatis*, *hominis*); quod status vigiliæ est.

Sapen: mundus *malkout* (*angelorum*, *intelligentiarum*), quod mundus somni est.

Sak'hepat: mundus *djabrout* (*empyrium*, *angelico superior*); quod status somni cum quiete est.

Teria: mundus *lahout* (*divinitatis*); quod mundus entis est.

Atma: *djan* (*anima*) animarum.

Pram âtma: *djan* (*anima*) magna.

Djiw âtma: spiritus (*anima*) universalis, cum corpore (*conjunctus corpori*).

Bhout âtma: spiritus animalis (*sensualis*, *anima sensitiva*, *vegetativa*).

Maha âkasch: ens comprehendens (*omnia*).

Bhout âkasch: comprehendens elementa quatuor.

---

1. Species loti arboris in paradiso. Nota est historia τοῦ *Brahma*, folio floris loti (*nenupharis*) insidentis.

Pran: respiratio (*halitus*, *anima*, τὸ φρὴν).

Kapl[1] *kiani:* collectio spirituum (*animarum*); quod veritas *mohammedi*, valdè laudata, præclara (*mohammedana*) sit.

Haranguerbehah: collectio elementorum simplicium (*subtilium*, *non compositorum*).

Pradjapat: collectio elementorum crassorum[2] (*compositorum*, *simul fermentantium*).

Vrat: persona universalis.

Rak Beid: liber divinus; quod mensura litterarum quatuor *messraa* (*versuum vel semi-versuum*) illius, in numero æqualis sit. *Infrà N.° XXII.*

Djedjr Beid: verbum (*sermo*) *alhi* (*divinum*); quod litteræ quatuor *messraa* illius, in numero æquales non sint.

et *Sam Beid:* verbum divinum, quod cum harmoniâ pronunciant.

Athrban Beid: liber quartus *alhi* (*divinus*).

Oupnek'hat: *dïeteh tohid* (*unificationis*); quod secretum tegendum est.

Mantr: optimum (*pars purior*) τȣ̃ *Beid.*

Brahmen: narratio (*è*) *Beid* (*excerpta*).

Adhia: janua, articulus (*caput libri*).

---

1. Verbum *kapl* est unum è nominibus *tschakdis*, eo quòd illud ens τὸ *sankehsastr*, quo continetur *cognitio existentiarum*, integrum composuerit, et Soli crediderit. *Kaplkiani*, causa productionis omnium rerum. Infra, *N.° CX.*

2. *Kasif*, à *kasaf*, *obscurare*, *eclipsi afficere*, *scindere in partes*, *malè constitui*, *malè habere.* Cùm *kasif* verbis *basitt* (*simplex*) et *lattif* (*subtilis*, *exilis*) opponatur, voce, *crassus*, generaliter, deinceps, illud reddi posse putavi. Hinc fortè hauserunt Sinæ suum duplex rerum omnium materiale principium: alterum *perfectum*, quod *Yn* nominatur; alterum *imperfectum*, *Yam* appellatum: quæ quidem duo, à *Tai kie*, id est, *magno axe*, producta sunt: quasi duo maria minora, in quorum altero persistat quidquid est mobilius, levius, purius atque perfectius; in altero, quidquid est minùs mobile, et gravius, magisque feculentum atque imperfectum, etc. *Confucius*, *Sinar. philosoph.* 1687. *Præmial. Declarat. p.* 39.

Tschehend, mensura.

Litteræ æquales (*mastouïeh*), sicut, *hihi*, et *ha ha*, et *hou hou.*

Brahma : Djibril (*Gabriel*).

Beschn : Mikaïl (*Michaël*).

Mahadiw : Asrafil (*Rafaël*).

Radjouguen : qualitas *eidjad* (*inventionis*, *creatrix*, *productrix*).

et *Satouguen :* qualitas *abka* (*confirmationis*, *conservatrix*).

Temouguen : qualitas *afna* (*consumptionis*, *destructiva*).

Sat : verum.

Deïouta : mokel (*præfectus curandæ rei; commissarius*).

Sar : fereschteh (*angelus*).

Kandherb : fereschteh suaviter cantor (*modulator*).

Asar : schaïtan (*diabolus*).

Adkiteh : kerat (*lectio*) cum harmoniâ.

et *Adhekiata : kari* (*lector*).

Ardjen : cultus (*Dei*).

Arkeh : quod, aqua, quam tempore *parastesch* (*cultûs divini*) effundunt.

Matra : tempus τȣ pronunciare unam litteram separatam (*solam*).

Nim matra : (*littera*) quiescens (*consonans absque vocali*).

Akar : alef maftouh (*apertum*, *a*).

et *Aokar : vau mazzmoum* (*cum ou ; sic*, *oukar*).

Makar : mim quiescens (*m*, *sine vocali*).

Nad : vox (*sonus*).

Anahed : vox universalis (*principalis*, *absoluta*).

Maïa : voluntas æterna ; quod causa ostensi sine fuit (*existentiâ*) est.

Prakrat : justa temperatio trium (3) qualitatum (*tres qualitates simul*, *equâ lance*, *in homine existentes*).

Petr lok : mundus spirituum (*animarum*) patrum.

Patscheheh awel : medietas prior mensis.
Patscheheh akher : medietas postera (*posterior*) mensis.
Ischan : interstitium orientis et septentrionis.
Baïb : (*spatium*) inter septentrionem et occidentem.
Akni : interstitium occidentis et meridiei.
Nirat : interstitium meridiei et orientis est.
Adat : sol, qui (*per*) duodecim (12) *bordj* (*signa zodiaci*) iter facit.
Beischvanr : calor naturalis totius mundi.
Aschoumideh : equi *korban* (*sacrificium*).
Djak : *korban* (*sacrificium*).
Houm : projicere aliquid in ignem.
Djam : continere (*firmiter constringere*) sensus externos.
Nim : continere sensus internos.
Asn : modus τȣ sedere tempore τȣ *maschghouli* [1] (*meditationis*).
Pranaïam : detinere (*incarcerare*) respirationem (*halitum*) : et illius (*actûs*) tres (3) divisiones (*partes*) sunt.
Pourk : (*intùs*) attrahere halitum (*inspirare*).
Kanihac : servatum habere halitum (*nec inspirare nec respirare*).
Reitschak : (*foràs*) transire (*exire*) facere halitum (*respirare*).
Pratiahar : cor impeditum (*tutum*) habere à cogitationibus supervenientibus.
Dhian : tassawer (*imaginatio, vel repræsentatio meditativa, figuratio, adumbratio mentalis*).
Dharna : cor ligare cum unâ re particulari (*peculiari*).
et *Samadeh :* demersus (*absorptus*).
Nerbaklap samadeh : surgere (*evanescere*) memoriam (*mentionem*), et memoratorem, et memoratum.

---

1. Vide suprà *p.* 4, *not.* 3.

Sanklap samadeh : se ipsum in eo (in ente) deletum (*annihilatum*) facere.
Sanklap : aggressio operis (*et firmum propositum*).
Naschklap : derelictio rei susceptæ.
Aoupasta : maschghouli (*meditatio*).
Tapsia : mortificatio (*austeritas*, *afflictio corporis*, *abstinentia*).
Brahmtschareh : derelictio omnium voluptatum (*delectationum ; primus gradus statûs perfectionis*).
Sanias : derelictio omnis (*rei ; ultimus gradus perfectionis statûs*).
Djog : unum facere duas res (*effectus unificationis mysticæ*).
Kiani : doctus.
Akiani : indoctus.
Badia : scientia.
Aoudia : insipientia et non scientia (*inscitia*).
Bhout : tempus præteritum.
Pratman : tempus præsens.
Bhouscht : tempus futurum.
Man : del (*cor*, *principium sensationum et rationis*).
Tschat : khatter (*cor*, *animus*, *desiderium*, *amor*).
Badeh : intellectus.
Ahankar : egoïtas (*præsumptio*, *suî ipsius intuitus*).
Antrdjami : ille qui in medio cordis sit, et secretum cordis novit.
Pramanand : gaudium magnum (*magna felicitas*).
Samandr : mare.
Maha samandr : mare circumplectens (*omnia ; Oceanus*).
Anbeheh : pluvia resurrectionis.
K'hendprali : resurrectio parva.
Maha prali : resurrectio magna.
Brahmand : orbis mundi.

Divisio τῶν *Oupnek'hata*, 51 [1], (*formata*) *ex eo quod ad calamum venit.*

50 OUPNEK'HAT.

Oupnek'hat TSCHEHANDOUK, *è Sam Beid* (*excerptum*). III.
Oupnek'hat BREHDARANG, *è Djedjr Beid.*
Oupnek'hat MITRI, *è Djedjr Beid.*
Oupnek'hat MANDEK, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat EISCHAVASIEH, *è Djedjr Beid.*
Oupnek'hat SARB, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat NARAÏN, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat TADIW, *è Djedjr Beid.*
Oupnek'hat ATHRB, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat HENSNAD, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat ANTRTEHEH, *è Rak Beid.*
Oupnek'hat KOK'HENK, *è Rak Beid.*
Oupnek'hat SANTASTER, *è Djedjr Beid.*
Oupnek'hat PORS, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat DEHANBANDEH, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat MAHA OUPNEK'HAT, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat ÁTMA PRA BOUDEH, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat KEÏOUL, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat SCHAT ROUDRI, *è Djedjr Beid.*
Oupnek'hat DJOG SCHAK'HA, *ex Athrban Beid.*

1. Index τῶν *Oupnek'hatha*, in tres columnas divisus, 51 titulos continet, incipiens ab *Oupnek'hat Tschehandouk*, et desinens in idem *Oupnek'hat*, seu titulum primi *Oupnek'hat* : hinc fortè, in divisione, mentio facta est 51 *Oupnek'hat.*

Oupnek'hat DJOGTAN, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat SCHIW SANKLAP, *è Djedjr Beid.*
Oupnek'hat ATHRB SCHANK'HA, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat ATMA, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat BRAHM BADIA, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat ANBRAD BANDEH, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat TIDJBANDEH, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat KARBHEH, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat DJABAL, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat MAHA NARAÏN, *è Djedjr Beid.*
Oupnek'hat MANDOUK, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat SCHEKL, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat TSCHEHOURKA, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat PRAHM HENS, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat ARANK, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat KIN, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat K'HIOUNI, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat ANANDBLI, *è Djedjr Beid.*
Oupnek'hat BHARKBLI, *è Djedjr Beid.*
Oupnek'hat BARK'HEH SOUKT, *è Djedjr Beid.*
Oupnek'hat DJOUNKA, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat AMRAT LANKOUL, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat ANBRATNAD, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat BASCHKEL, *è Rak Beid.*
Oupnek'hat TSCHHAKLI, *è Djedjr Beid.*
Oupnek'hat TARK, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat ARK'HI, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat PRANOU, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat SAVANK, *ex Athrban Beid.*
Oupnek'hat NARSING'HEH, *ex Athrban Beid.*

OUPNEK'HAT

OUPNEK'HAT primum.

TSCHEHANDOUK,

è *SAM BEID* (*excerptum*).

OUM [2] hoc verbum (*esse*) *adkit* ut sciveris, sic τὸ *masch-* IV. उद्गीथ
ghouli [3] fac (*de eo meditare*), quòd ipsum hoc verbum *aodkit* est; propter illud quòd hoc (*verbum*) *oum*, in *Sam Beid*, cum voce altâ, cum harmoniâ pronunciatum fiat.

Adkiteh porrò cremor (*optimum*, *selectissimum*) est : quemadmodum ex (*præ*) omni quieto (*non moto*), et moto, pulvis (*terra*) cremor (*optimum*) est; et è (*præ*) terrâ aqua cremor est; et ex aquâ, comedendum (*victus*) cremor est; (*et*) è comedendo, comedens cremor est; et è comedente, loquela (*id quod dicitur*) cremor est; et è loquelâ, *aïet* τȣ̃ *Beid*, et ex *aïet*, τὸ *siam*, id est, cum harmoniâ (*pronunciatum*); et è *Sam*, τὸ *adkit*, cremor est; id est, *oum*, voce altâ, cum harmoniâ pronunciare, *aokit*, cremor cremorum (*optimum optimorum*) est. Major, ex (*præ*) *adkit*, cremor alter non est.

Quidnam est illud *aïet?* quidnam est *Sam?* quidnam est τὸ *adkit?*

Loquela (*id quod dicitur*) *aïet* est; *pran*, *Siam* (*Sam*) est; vocabulum *oum*, (*pronunciatum*) cum harmoniâ, *adkiteh* est.

Loquela, quod fœmina est, cum *pran*, quod mas est, con-

---

1. Tituli sectionum et argumenta atramento nigro scripta sunt.

2. *Oum*, idem ac *Omitto*, quem Fo, mille annis ante Christum, magistrum suum esse prædicabat, se majorem, et cujus invocatione maxima delebantur peccata. *Mémoires concernant les sciences, etc. des Chinois*, *etc.* *T. V*, 1780, *p.* 59.

3. *Suprà*, *N.*° 1, *p.* 4, *not.* 3.

OUPNEK'HAT I. ux (*copulata*[1]), est. Loquela et *pran* cum *âïet* et *Sam* copulata[2] : cum hac utrâque copulatione[3], vocabulum *oum* dictum fit. Quandò illa simul copulata fiunt[4], desideria dicentis illa superveniunt (*adimplentur*).

Infra N.° CLXX, CLXXVI. Quisquis *oum* (*esse*) *adkiteh* ut scivit, cùm (*de*) illo *maschghouli* facit (*meditatur*), cum omni desiderio (*ad omne desiderium*) pervenit.

Hæc vox *oum*, verbum τȣ̃ collum demittere est : quid (*quarè? quia*) mos est, quòd, quicunque dictum alicujus approbatum facit (*illi assensum præbet*), in responsum, *oum* dicat : collum demittere, proindè, opulentia (*opes*, *fortuna*) magna est.

Quisquis hoc vocabulum, *adkiteh* (*esse*) ut scivit, *maschghouli* facit, cum omnibus divitiis (*ad omnis generis divitias*) pervenit, et alios cum opulentiâ (*ad opulentiam*, *opes*) facit pervenire.

Tres (3)[5] (*libri*) *Beid*; (*scilicet*) *Rak Beid*, et *Djedjr Beid*, et *Sam Beid*, quod principium (*radix*, *originale*) est, in hoc vocabulo est (*sunt*). *Beid* (*liber*) quartus, *Athrban*, cùm ex his quibusque tribus (3) *Beid* supervenerit (*exortus fuerit*), memoratus non fuit.

Narratio belli τῶν FERESCHTEH (*angelorum*) *et* τῶν SCHIATTIN (*dæmoniorum*), *et sensuum.*

V. *Sor*, id est *fereschteh* (*angeli*), et *asar*, qui *schiattin* (*dæmonia*) sint, propter τὸ bellum facere, unus (*cum* altero

---

1. Ms. *djoft ast.*
2. *Goftar o pran ba äïet o Sam djoft.*
3. *Ba in har dou djoft.*
4. *Djoft mischevand.*
5. Cùm numerus voci numerali superscribitur, illum addo duobus uncis inclusum.

congregati sunt. *Fereschtehha* τȣ̃ *oum* cum *adkiteh* memoriam egerunt, quòd è (*per*) *maschghouli* illius, super *Asar* prævalentes (*victores*) fuerint. OUPNEK'HAT I.

Propè (*ad*) *bouiaï* (*odoratum*) iverunt, et (*illi*) dixerunt, quòd propter (*in*) victoriam nostram, *kerat* (*lectionem*) fac (*oum pronuncia*). *Bouiaï* approbatum fecit (*consensit*), et cum corde suo (*in animum*) attulit (*cogitavit*), quòd, si victoria ab istis (*fereschtehha*) futura sit, meritum (*merces*) illius pars mea est futura. *Asarha* (*dæmones*), cum respectu ipso hoc (*propterea*) quòd meritum (*ut*) partem suam consideratum habuerat, τῷ *bouiaï* noxam fecerunt pervenire (*attulerunt*) : ex hac causâ, *bouiaï* (*odoratus*) odores suaves et insuaves odoratur. *Infrà N.° XXIII.*

Fereschtehha propè *gouiaï* (*loquelam*) iverunt, et dixerunt, quòd propter victoriam nostram, *kerat* fac. *Gouiaï* approbatum fecit, et cum corde attulit, quòd, si victoria ab istis futura sit, meritum illius pars mea est futura. *Asarha*, cum respectu ipso hoc, quòd meritum cum respectu suî ipsiûs consideratum habuerat, τῷ *gouiaï* noxam fecerunt pervenire : ex hac causâ, *gouiaï* (*loquela*) dicendum et non dicendum dicit.

Fereschtehha antè *binaï* (*visum*) iverunt, et dixerunt, quòd, propter victoriam nostram, *kerat* fac. *Binaï* approbatum fecit, et cum corde suo attulit, quòd, si victoria ab istis futura sit, meritum illius pars mea est futura. *Asarha*, cum respectu ipso hoc, quòd meritum (*ut*) partem suam consideratum habuerat, τῷ *binaï* noxam fecerunt pervenire : ex hac causâ, *binaï*, videndum, et non videndum videt.

Fereschtehha antè *schenvaï* (*auditum*) iverunt, et dixerunt, quòd, propter victoriam nostram, *kerat* fac. *Schenvaï* approbatum fecit, et cum corde attulit, quòd, si victoria ab istis futura sit, meritum illius pars mea est futura. *Asarha*, cum

OUPNEK'HAT I. respectu illo quòd meritum propter se ipsum consideratum habuerat, τῷ *schenvaï* noxam pervenire fecerunt : ex hac causâ *schenvaï* (*auditus*) audiendum et non audiendum audit.

Fereschtehha ante *del* (*cor*) iverunt, et dixerunt, quòd, propter victoriam nostram, *kerat* fac. *Del* approbatum fecit, cum corde (*in animum*) attulit, quòd, si victoria ab istis futura sit, et meritum illius pars mea est futura. *Asarha*, cum respectu ipso hoc, quòd, meritum propter se ipsum consideratum habuerat, τῷ *del* noxam fecerunt pervenire: ex hac causâ *del* (*cor*) recogitandum et non recogitandum recogitat.

Fereschtehha propè *pran*, quod principium omnis (*entis*) est, iverunt, et dixerunt, quòd, propter victoriam nostram, *kerat* fac. *Pran* approbatum fecit; et meritum cum corde (*in cor*) non attulit. *Kerat* fecit. *Asarha* (*dæmones*) cum eo (*in eum*) noxam non potuerunt facere pervenire, et in uno instanti non est et non fuit (*non existentes*) facti sunt.

Nunc etiam quisquis cum (*de*) *pran*, quod principium omnis (*rei*) est, *maschghouli* facit, inimici ejus non est et non fuit fiunt, et persona, quæ cum (*de*) illo *maschghouli* non [factura] est, ipso hoc momento, non est et non fuit (non existens) fit.

Et illud principium *pran*, quod in *del* (*corde*) est, odorem suavem et insuavem non scit (*nescit*). Ab eo cuncta [1] [mala] procùl facta sunt : quidquid comedit et bibit, alios *pranha* pingues facit. Tempore extremo, ut supervenit (*egressus*), vadit.

Et *danaï* (*doctus*), qui hanc vocem *oum* (*esse*) *adkiteh* ut scivit, cum (*super*) eo *maschghouli* (*meditationem*) facit, cum omni desiderio (*ad omne desiderium*) pervenit.

---

1. *Badiha*, *res malæ* : in meo ms. *hameh badanha*, *cuncta corpora*, solâ puncti diacritici differentiâ.

Maschghouli(*meditatio*) rerum, quæ extrà corpus sunt, hoc est. *Aftabi* (*sol*), qui fervet splendescens, eum *adkiteh* (*esse*) ut sciveris, *maschghouli* fac: propter illud, quòd, cùm ab horizonte orientali supervenit (*surgit*), homines in colloquium veniunt; et cùm is sursùm venit (*ascendit*), obscuritas longè fit, et obscuritatem terrificam procul facit. Quisquis hunc (*eo modo*) noscit, hunc mundum et illum mundum obtinet (*felicitate hujus et alterius mundi fruitur*).

Bian ventum (*esse*) *adkiteh* ut sciveris, *maschghouli* fac. Illud, quod animantia ex illo vivunt, illud, *pran* dicunt: et illud, quod ex illo (*per id*) urinam et excrementa (*alvi solutionem*) faciunt, illud *apan* dicunt. Ex hoc respectu (*hinc*) conjunctionis locus τȣ̃ *pran* et τȣ̃ *apan*, qui in umbilici nodo parvo sunt, (*illum*) *bian* dicunt.

Ille *bian* loquela est: propter illud, quòd cùm *pran* et *apan*, è motu (*per motum*), simul (*prompti*) stant, illo tempore verbum dictum fiat.

Et illa loquela, *aïet* τȣ̃ *Beid* est; quòd, cùm *pran* et *apan*, è motu simul stant, *aïet* lectum fiat (*pronuncietur*). *Aïet*, *Sam* est; quòd, cùm *pran* et *apan*, è motu, simul stant, *Sam* lectum fiat.

Et *Sam adkiteh* est; quòd, cùm *pran* et *apan*, è motu, simul stant, *adkiteh* lectum fiat.

Actio quæ cum vi facta fit; quemadmodùm cum τῷ terere (*fricare*), è ligno ignem foras adducunt (*eliciunt*); et, in bello, sagittam extractam ex arcu projiciunt (*vibrant*); cum *pran* et *apan*, è motu, simul sunt, hæ actiones factæ fiunt (*perficiuntur*): ex hoc respectu (*hinc*), *bian* ventus, qui *adkiteh* est, cum eo *maschghouli* oportet fieri.

Litteram (*litteras*) τȣ̃ *oum*, *adkiteh* (*esse*) ut sciveris, et

 sensum litteræ (*litterarum*) τȣ *adkiteh* intellexeris, *maschghoul* (*meditator*, *meditans*) oportet fieri.

Adkiteh, tres (3) voces est (*è tribus syllabis constat*); *aod*, et *ki*, et *teh*. *Pran*, qui, cum vi suâ, cum (*in*) sursùm motum facit, illum *aod* dicunt : et, ex illo motu, vox quæ simul venit (*provenit*), illam *ki* dicunt : et, cùm τῷ *Pran* virtus ex alimento sit, illud *teheh* dicunt; id est, motus τȣ *Pran* è vi alimenti est.

Adhuc *ad* cum significatione *behescht* (*paradisi*) est; et *ki*, cum significatione mundi *fezza* (*atmospheræ*) est, et *teheh*, cum significatione *prathi*, id est, terræ.

Et adhuc *aod* cum significatione solis est; et *ki*, cum significatione *bad* (*venti*); *teheh*, cum significatione ignis.

Et adhuc *Sam*, cum significatione τȣ *aod* est; et *Djedjr*, cum significatione τȣ *ki*; et *Rak*, cum significatione τȣ *teheh*.

Et hoc vocabulum *adkiteh*, in loco (*vice vaccæ*) *kamdehen* est. Quemadmodùm, à τῷ sugere mammam *kamdehen*, quidquid expetunt simul venit; ipso hoc modo, quicunque *adkiteh* verificatum facit (*et agnoscit*, *profitetur*), omnem divisionem (*omnem speciem*) voluptatum obtinet, et capiens omnes delectationes fit. Quid? (*quia*) *adkiteh*, thesaurus voti (*votorum*) est. Quidquid ex omnibus votis simul venit (*provenit*), [ex *adkiteh* provenit].

Fereschtehha, à morte timentes, cum intùs *Beid* intraverunt, et cum significatione (*juxtà sensum*) τῶν *Beidha* opus fecerunt, et in *tschehend*, id est, mensurâ se ipsos texerunt : ex hoc respectu (*hinc*) τῷ *tschehend*, *tschehend* nomen fit; id est, tectus.

Quemadmodùm piscem aliquis in aquâ videt; ipso hoc modo mortem *fereschtehha* in *Beid* viderunt : id est, quemadmodùm piscis sine aquâ vivens non potest esse; ipso hoc modo, *fereschtehha*, absque *Beid* vitam non possunt agere.

Fereschtehha cum intùs *schabd* (*modum*) harmonicum, quòd *Sam Beid* (*librum*) cum eo legunt, intràrunt : ex hoc respectu, quicunque *Rak Beid* et *Djedjr Beid*, et *Sam Beid* legit, primùm *oum* pronunciat. Hoc vocabulum *amrat* est, id est, sine cessatione, et non (*nihil*) timens est. OUPNEK'HAT I.

Fereschtehha cum intùs hoc vocabulum introgressi, à morte tuti redditi, viventes in æternum facti sunt.

Quisquis cum (*super*) hoc vocabulo *maschghouli* facit, absque cessatione est et non timens : quisquis cum intùs hoc vocabulum intrat, quemadmodùm *fereschtehha* absque cessatione et non timentes facti sunt, is etiam absque cessatione et non timens fit.

Historia veridica trium (3) rek'heschir [1].

Tres (3) *filii trium* (3) *rek'heschir*, *qui τȣ̃ adhitæ scientes erant*, cùm unà sedissent, dixerunt, quòd, nos quique tres (3) *adhiteh* scimus. Cùm inter (nos) ipsos colloquium (*super*) *adhiteh* faciamus. VI.

Unus cum illis duobus dixit, quòd, primùm ambo vos loquamini : posteà ego sum locuturus.

Unus ex illis duobus ab altero quæsivit, quòd, veritas τȣ̃ *Sam* (*re verâ Sam*) quid est? Dixit : *avaz* (*vox*, *sonus*). Quæsivit : veritas *avaz* (*vocis*, *soni*) quid est? dixit : *pran.* Quæsivit, quòd, veritas τȣ̃ *pran*, quid est? dixit : *gheda* (*alimentum*). Quæsivit, quòd, veritas τȣ̃ *gheda*, quid est? dixit : *ab* (aqua). Quæsivit, quòd, veritas *ab* (aquæ), quid est? dixit : *behescht* (*paradisus*). Dixit : veritas τȣ̃ *behescht*, quid est? Dixit : cùm *Sam* in

---

1. *Rek'heschir*, pœnitens, Dei cognitioni et cultui deditus, τὸ *mantr* in honorem τȣ̃ *Brahm*, et τῶν *deïouta* recitans, et procul ab hominum frequentiâ, ut plurimùm in desertis, cum uxore et liberis, vel solitarius, vitam agens.

OUPNEK'HAT I.

behescht (*manserit*), à *behescht* ampliùs (*ultrà*) transire (*progredi*) conveniens non est (*non licet*).

Secundus (*rek'heschir*) cum eo dixit, quòd, mirabile *Sami* est, quod à *behescht* ampliùs (*ultrà*) non it (*non progreditur*)! Si quis diceret : quicunque hujusmodi *asthel* (*verbum insulsum, inconditum*) dicit, caput ejus cadat; caput tuum caderet : verùm, cùm votum malum (*imprecatio*) peccatum sit, ego non dixi, quòd caput tuum cadat.

Deindè is (*rek'heschir qui jàm responderat*) dixit: tu dic, quòd veritas *behescht* (*paradisi*) quid est? (*Primus è duobus rek'heschir*) dixit : veritas τȣ̃ *behescht* hic mundus (*orbis*) *zemin* (*terræ est*). Quarè? Quòd, *maarefat* (*cognitio*) et *behescht* (*paradisus*), à τῷ venire [in] hunc mundum, et à mortificatione (*afflictione carnis*) in hoc mundo, simul veniunt : et (*sic*) veritas τȣ̃ *behescht* ab hoc mundo scita (*cognita*) fit.

Et quæsivit, quòd veritas hujus mundi *zemin* (*terræ*), quid est? dixit : cùm *Sam*, ut venit, in terrâ firmam mansionem ceperit, è terrâ ampliùs (*ultrà*) non potestas (*non convenit*) transgredi.

Tertius (*rek'heschir qui duos loquentes audierat*), cum eis dixit: mirabile *Sami* est, quod in hunc mundum, qui iste mundus cum illo quod in eo est, corruptibilis (*caducus*) fiat, ut venit, firmam mansionem (*ibi*) cepit! Si quis diceret : quicunque hujusmodi *asthel* dicit, caput ejus cadat; caput tuum caderet : verùm cùm votum malum peccatum sit, ego non dixi quòd caput tuum cadat, caput tuum cadat.

Is (*secundus respondens*) dixit: Porrò tu dic, quòd veritas hujus mundi *zemin* (*terræ*) quid est? Dixit : veritas hujus mundi *zemin*, *akasch* [1] est; quòd ex *akasch* omne productum

---

1. *Akasch*, quintum elementum, ab *æthere fixo* recentiorum chimicorum non absimile. *Journ. de Berlin. T.* 13, *p.* 242 à 289.

factum, et omne in *akasch* sit, et omne in *akasch* evanidum fiat (*resolvatur*, *ad nihilum redigatur*).

Ab omni (*re*) major *akasch* est : et *akasch*, intentum et terminus (*finis*) omnis (*rei*) est : ipse ille *adkiteh* est : ipse ille absque fine est : ipse ille *atma* tuus est.

Quiçunque *adkiteh* (*esse*) τὸν *akasch* ut scivit, cum (*super*) eo *maschghouli* facit, quemadmodùm *akasch* magnus est, iste sciens *adkiteh* magnus est ; is super omnem mundum victoriam obtinet, et rex regum efficitur ; tandiu dùm in hoc mundo vivens manet, semper felix (*salvus*) et lætus est ; cùm ex hoc mundo transit, in omnes mundos victoriam obtinet, et rex regum efficitur.

Hic omnis mundus *Brahm* est ; è *Brahm* productus fit, et in *Brahm* est (*existit*), et in *Brahm* deorsùm vadit (*descendit*).

Quicunque hoc modo ut scivit, et quietem cepit (*mente tranquillâ*), *maschghoul* fit (*meditatur*), is *aaïn* (*forma*) operum purorum est, et volitiones (*desiderata*) ejus rectum est (*rectæ sunt*) ; et is forma τῦ *akasch* est ; et faciens (*perficiens*) omnes actiones is est ; omnia desideria, desiderium ejus est ; omnes odores, odor ejus est ; omnes sapores, sapor ejus est ; omne is est ; omnem mundum cum (*se*) is ut assumpsit, sedit (*sedet tranquillè*).

Atmaï intrà *del* (*cor*) est. Is excessum subtilitatis et exilitatis (*tenuitatis*) habet, et à grano *schali* [1] minor est : ab hordei (*grano*) minor est : et à grano herbæ *sanou* [2] minor est ; et ab orysâ (*pelle exutâ*) etiam minor est : ille *atmaï* tuus est, in intrà *del* (*cor*).

---

1. Sic legitur in *Farhang Berhàn kattee* : *Schali*, τὸν *Schaltouk* dicunt, quod orysa è pelle non egressa, est. — *Schaltouk*, orysam dicunt, quam adhuc è pelle non attulerint (*eduxerint*), et cum (*in*) indico (*idiomate*) *Schali* vocant.

2. Samskreticè, *Schanakaha*, genus *ciceris*.

Et ipse ille *atmaï* à terrâ major est; et à *fezza* (*atmospherâ*) major est; et à mundo *behescht* (*paradisi*) etiam major est; et ab omnibus mundis major est; et faciens omnes actiones est; habens (*assequens*) omnia desideria est; omnes odores, is est; omnes sapores, is est; omnia circumplectens is est; ille *atmaï* tuus est, in intrà *del* (*cor*) : ipse ille *Brahm* est.

Quæque tria (3) corpora, quod (*per quæ*) transis, quidquid (*in illis*) fueris, ipse ille (*Brahm*) es futurus.

Suprà p. 9, not. 2.

Tria (3) corpora sunt (*intelliguntur*) ab (*de*) *asthoul*, et *soutschehehem*, et *karn;* id est, corpus *kasif* (*crassum*), et corpus *lattif* (*subtile*), et corpus [*aidïa*[1]] (*benefactorum*, *benemeritorum*), quod causa illorum amborum corporum est.

Cuivis quòd hoc certum est (*apparet*, *is*) forma hujus (*atma*) fit; et cuivis quòd certum non est, non fit.

Et hic (*mundus*) *fezza*, venter ejus (τῦ *atma*) est; et omnes res in eo sunt : terra sedendi locus ejus est : is *bizaval* (*sine cessatione*) est : *djehat*[2], aures et latera ejus est : et *behescht*, os ejus est : et hæc actionis domus è puro (*bono*) et malo plena est : et totus mundus in hac actionis domo est.

Et ipsum hunc *djiwâtma*, (*esse*) *djak* scias; id est, hominem conveniens *korban* (*sacrificium convenienter dici posse*) scias : propter illud, quòd, in *korban* tres (3) *fereschteh* est (*sunt*); *Beschn*, et *Roudr*, et *aftab* (*sol*). Hi quilibet tres (3) *fereschteh*, in homine, ipse hic *pran* est : è respectu illo (*ideò*) quòd illud quod cultum (*habitatum*, *fertile*, *abundans*) facit, id τὸν *Beschn* dicunt; et *pran* corpus abundans (*fœcundum*) facit; ex hoc respectu, *pran*, *Beschn* est : illud quod lugere facit, [*Roudr*

1. In meo ms. *Aoudia*, *ignorantia* : in ms. nat. *Aidïa*, cujus sensus idem est ac τῦ *elttaf*.

2. *Djehat*, aer qui sonum transmittit.

est]; et *pran* corpus lugere facit; ex hoc respectu, *pran*, *Roudr* est: illud quod saporem (*gustum*) capit (*gustum efficit*), *aftab* (*sol*) est; *pran* omnes sapores capit; ex hoc respectu, *pran*, *aftab* (*sol*) est.

Et illud quod in *korban* dant, quod illud *detschhena* dicunt, in homine mortificatio est, et liberalitatem (*exercere*), et bonum facere, et non occidere omnia (*omnis generis*) animantia, et sinceritas, et rectitudo (*animus rectus*), et fractura (*contritio cordis*).

Quicunque vult quòd *korban* faciat, hujusmodi *korban* (*sacrificium*) faciat, et hujus speciei opera bona (*pia*, *munificentiæ et levaminis*) agat.

Ankr rek'heschir hoc genus *djak* in aurem filii *Deiougui* [1] dixit.

[[2] *Brahmen*.]

In intrà cum *del* (*super corde*) sic *maschghoul* (*meditans*) esto, quòd (*cor*) *Brahm* est: et in extrà, cum (*super*) *âkasch* sic *maschghoul* esto, quòd (*akasch*) *Brahm* est. Cum *nour* (*super luce*) sic *maschghouli* fac, quòd (*nour*) *Brahm* est: ex hoc respectu (ideò) quòd intrà et extrà *Brahm* est. VII.

Cordi, quod *Brahm* (*esse*) scitum, quatuor pars est (*partes sunt*): *gouiaï* (*loquela*), et *pran*, et *binaï* (*visus*), et *schenvaï* (*auditus*): eî τῷ *akasch*, quod *Brahm* (*esse*) scitum, quatuor pars est; *atesch* (*ignis*), et *bad* (*ventus*), et *aftab sol*), et *djehat*.

---

1. *Deiougui*, mater τȣ̃ *Keschn*.

2. Suprà, N.° II, *p*. 9, Narratio è *Beid* excerpta. Samskreticè, *bharanam*, *esca*.

OUPNEK'HAT I.

Cordi, quod *Brahm* est, *goftar* (*loquela*, *loquendi organum*) pars quarta est: (τῷ *akasch*, *quod Brahm est*, *atesch* (*ignis*) *pars quarta est* [1]).

Loquela, ex igne, jucundum monstrans, et lumen, et coruscans fit: quicunque hanc (*talem esse*) scit, cum qualitatibus (*per qualitates*) purus, et cum famâ altâ cognitus, et cum *nour* (luce) cognitionis luminosus efficitur.

Cordi, quod *Brahm* est, *pran* pars quarta est: τῷ *akasch*, quod *Brahm* est, *bad* (*ventus*) pars quarta est.

Pran, ex vento, jucundum monstrans, et lumen, et coruscans fit: quicunque hunc (*pran talem esse*) scit, cum qualitatibus purus, et famâ altâ celebris, et cum luce cognitionis luminosus efficitur.

Cordi, quod *Brahm* est, *tschaschm* (*oculus*, *visus*) pars quarta est: τῷ *akasch*, quod *Brahm* est, *aftab* (*sol*) pars quarta est.

Oculus, è sole, [jucundum monstrans] lumen, et coruscans fit: quicunque hunc (*talem esse*) scit, cum qualitatibus purus, et cum famâ altâ celebris, et cum luce cognitionis luminosus efficitur.

Cordi, quod *Brahm* est, *gosch* (*auris*, *auditus*) pars quarta est: τῷ *akasch*, quod *Brahm* est, *djehat* pars quarta est.

Auris, è *djehat*, jucundum monstrans, et lumen, et coruscans fit: quicunque hanc (*talem esse*) scit, cum qualitatibus purus, cum famâ altâ celebris, et cum luce cognitionis luminosus efficitur.

Solem, *Brahm* esse ut sciveris, cum (*super*) eo *maschghoul* (*meditans*) esto.

---

1. Hoc comma deest in utroque *ms.*

Expositio productionis τȣ̃ *aftab (solis).* [*Brahmen.*]

PRIMUM quidquam non erat. Ipsum hoc *hast motallak* (*ens*, *existens*, *universale*, *absolutum*) erat. VIII.

Voluit quòd *aschkara* (*manifestum*) fiat. Ab eo ovum apparens fuit.

Illud ovum uno anno (*sic*) mansit.

Posteà illud ovum fissum fuit: dimidium pellis (*putaminis*) illius, aurum fuit; et dimidium alterum, argentum.

Illud dimidium quod argentum erat, terra est: et illud dimidium quod aurum erat, cœlum fuit.

Et è (*perâ*) pullum continente, montes fuerunt: et pellis admodùm tenuis, quæ in (*perâ*) continente pullum est, et pullus in eâ sit, et humiditatem habet, nubes et fulgur fuit: et è venis maria fuerunt: et ex aquâ, quæ in (*perâ*) continente pullum est, mare circumplectens (*omnia*, *oceanus*) fuit: et pullus in illâ, qui *pæda schod* (*productus fuit*), *aftab* (*sol*) est.

Et ex τῷ apparentem fieri illum *aftab* (*solem*), furnus ingens (*caloris*) in orbem mundi cecidit: et collectæ res existentes, ex aridis (*siccis*, *petris*, *etc.*), et germinibus (*vegetabilibus*) et animalibus, cum omnibus volitionibus, et desideriis, et intentionibus (*votis omnium rerum quæ expeti possunt*), existentes et præsentes factæ sunt.

Sciens (*doctus*), qui hunc *aftab* (*solem*) *Brahm* esse ut scivit, cum illo *maschghouli* facit, ei omnes res, et omnes appetitus (*omnia desiderabilia*) existentia et præsentia fiunt.

OUPNEK'HAT I.

Historia τȣ̃ *Radjah* DJANSCHAT, *et* τȣ̃ RIBAK *rek'heschir.*

IX. RADJAH fuit, *Djanschat* nomine, qui bonum plurimum agebat, et cibum multum cum homine (*homines*) comedere faciebat. *Sarhai* (*hospitia*, *diversoria*) plurima propter viatores construxerat.

Cùm valdè beneficus foret, nocte (*quâdam*) super dorsum (*super doma*) tecti sui, facie ad cœlum factà (*versâ*), sopitus erat.

Quàm multi è *rek'heschiran*, eum beneficum et bonum operantem ut sciebant, sub figurâ *hens* (*magnæ perdicis*) facti, volatum cùm ostendissent (*volantes*), cum desuper domum τȣ̃ *Radjah* cùm pervenissent, respectu illo quòd (ut) τὸν *Radjah* cum felicitate (*ad felicitatem*) *kian* (*scientiæ*) et *maarefat* (*cognitionis*) pervenire facerent, hujus colloquii, cum uno alter, inchoationem fecerunt.

Hens (*perdix*) prior, *hens* (*perdici*) posteriori dixit : ô, *hens* posterior ! absit ! à desuper hunc *Radjah* (*cave ne*) transeas ; quòd *nourani* (*lucidum*, *splendor*) hujus *Radjah* bonum operantis à cœlo prætergressum est [1] : è medio (*per medium*) hujus lucis facta ne transeas ; quòd, absit ! (*ne*) ardescas.

Hens posterior dixit : hoc quantùm notum (*gratumque*) hunc *Radjah* (*illius elogium*) fecisti : sed hoc τῷ *Djang rek'heschir* est (*convenit*).

Hens prior dixit : *Djang* quomodò (*qualis*) *rek'heschir* est ? notum illum fac (*cognoscendum dederis*).

1, *Az asman goudzaschteh ast* : vel, *è cœlo transiit*, *venit*.

Hens posterior dixit : is hujusmodi *rek'heschir* est, qui semper cum se ipso camelum liberum (*solutum*) servatum habet : et hujus speciei *rek'heschir* est, quòd quælibet persona quæ opus purum facit, perveniens opus (*operis meritum ad*) eum est; et quælibet persona quæ *kian* (*scientiam*) et cognitionem [habet, perveniens *kian* et cognitio] (*ad*) eum est : is quidam est, quòd, sicut alea, quòd (*ubi*) tam multæ personæ in eâ consortes sint, et picturam (*folium pictum*) una assequitur, et aurum omne aufert.

Hoc verbum *hens* (*perdicis*) *Radjah* audivit : et, à τῷ audire, mutatio (*alteratio*) in eum ut simul venit, et noctem absque quiete et sine tranquillitate (*stabilitate*) pertransiit.

Cùm manè fuit, famulum fidelem suum cùm postulasset (*vocasset*), (*ei*) dixit, quòd, hac nocte, hujusmodi colloquium *hensha* (*perdicum*) audivi. Tu illum *rek'heschir* ut quæsiveris, apparere fac (*producas*).

(*Famulus*) dixit : signum (*indicium*) ejus quid est?

(*Radjah*) dixit : indicium ejus hoc est; quòd, semper cum se ipso camelum solutum habet.

Famulus profectus est; et cùm (*in*) cunctis urbibus quæsiisset, et (*illum*) non invenisset, reversus venit, et τῷ *Radjah* dixit, quòd ego eum non inveni. *Radjah* dixit : eum in montibus et locis incultis, quòd οἱ *rek'heschiran* in illo loco sint (*manent*), oportet quærere.

Famulus, qui, hac vice, propter τὸ quærere eum, in deserta it (*iverat*), vidit quòd camelus solutus esset, et in sub illo *fakri* (*pauper*) lapsus (*prostratus*) et (qui) se ipsum scalpebat.

Petiit, quòd, ô *hazzeret* (*præsentia*, *sanctitas*)! *Djang rek'heschir* vos estis? Dixit : *arei* (ô)! ego sum.

Famulus reversus, propè τὸν *Radjah* cum venisset, lætum nuncium dedit, quòd ego τὸν *Djang rek'heschir* inveni.

Radjah, læto tempore factus (*lætitiâ exultans*), cum sexcentis (600) feminis bobus, et opibus, margaritis, et uno camelo soluto, in præsentiam ejus cùm advenisset, illud quod cum se attulerat, *nadzer* (*donum ex voto*) transire fecit (*ei obtulit*), et dixit: ô *hazzeret* (*sanctitas*)! illum *deioutaï* magnum, quòd tu cum (*super*) illo *maschghoul* (*meditans*) es, cognitionem ejus cum me edoceas: hoc omne quod attuli, *nadzer* vobis est.

Cùm *Radjah* propter τὸ petere *maarefat* (*cognitionem*) venisset, et opes mundi attulisset, *rek'heschir*, *nadzer* (*donum*) ut approbatum non fecit, dixit: ô vilis (*homo*)! hæ opes à te sint (*te dignæ*, *tuæ sint*): et aliud responsum non dedit.

Radjah, cum illo quod attulerat, ad mansionem suam ivit: et è gustu petitionis *maarefat* (*cognitionis*), qui in cor ejus simul advenerat, die alterâ, cum mille feminis bobus, et cum filiâ suâ profectus, cum eo (*ad eum*) illa (*omnia*) transire fecit.

Ut *rek'heschir* pietatem et petitionem τȣ *Radjah* sinceras vidit; et novit, quòd à τῷ acceptum non facere (*si non acceperit*) hoc *nadzer*; (*quod*) absit! amplius ab illo afferret, acceptum cùm fecisset, eum (τὸν *Radjah*) hoc *brahmbadia*, quod *kian* (*scientia*) est, edoctum ut fecit, dixit, quòd:

In *bad* (*vento*) omnes res deletæ fiunt. *Atesch* (*ignis*), quovis tempore (*quotiescunquè*) silens fit, in *bad* absconditus fit: *aftab* (*sol*), quovis tempore deorsùm it (*occidit*), in *bad* deorsùm it: *mah* (*luna*), quovis tempore deorsùm it, in *bad* deorsùm it: et *ab* (*aqua*), quovis tempore sicca fit, in *bad* deficiens (*perdita*) fit: *bad* omnes res in se ipsum attrahit. Hic (*bad*) qui dictus est (*de quo locutus sum*), *bad* τȣ extrà est.

Et *bad* τȣ intrà, qui *pran* est, omnia in se ipso deleta facit (*annihilat*). Persona (*aliqua*), quovis tempore (*quotiescunquè*) dormit, *goftar* (*loquela*) in *pran* deleta fit; et *del* (*cor*) in *pran*

deletum fit; et *binaï* (*visus*) in *pran* deletus fit; et *schenaï* (*auditus*) in *pran* deletus fit; *pran* omnia in se ipso deleta facit. OUPNEK'HAT I.

Duæ res omnes res in se ipsis deletas faciunt; in extrà, *bad* (*ventus*); in intrà, animantium *pran*.

Hæc ambo quæ dicta sunt, explicatio (*notificatio*) τȣ *bad* est.

Quicunque hoc modo scit, *bad* (*ventus*) et *pran* cum mandato (*ad mandatum*) ejus fiunt.

---

[1] [*Brahmen.*]

Duo *rek'heschiran* super caput cibi (*ad comedendum*) sedentes erant: (*quidam*) *bramtschari* [2] ab illis, propter se ipsum escam petiit. Cum respectu (*causâ*) probationis τȣ *bramtschari*, *rek'heschiran* cibum non dederunt, usque dùm (*viderent*) is quid diceret. X.

Tùm ὁ *bramtschari* dixit: ille *oeioutaï* unicus, qui *pran* est, omnes sensus et virtutes (*potentiæ corporis*, *facultates*) in possessione (*et potestate*) ejus est (*sunt*): et is apparentia faciens omnia illa est, et is servata habens omnia illa est: et cum (*sub*) figuris diversis in omni loco est: illum non scientes et mortua corda non vident; propter illud quòd omnes, fruges (*grana*) seminant, et cibum coquunt, (*et*) ei non dederunt; id est, τῷ *pran* (*nihil largiuntur*).

Rek'heschiran verba τȣ *bramtschari* ut audiverunt, cogitationem cùm fecissent, ante illum progressi, dixerunt, quòd, illum, quem tu dixisti (quòd) mortua corda non sciunt, nos eum scimus. Is productum faciens omne est, et comedens

---

1. In meo *ms.* unius verbi lacuna.

2. *Brahmtschari*, ille qui primum è quatuor gradibus indicæ perfectionis amplexus est.

omne est. Alii, à τῷ comedere, lassi fiunt : et is semper comedit, et lassus non fit. Is *danaï* (scientia) magna est; et omnis persona *bezorgui* (*magnitudinem*) ejus dicunt. Illi opulentia summa est, et docti eum opulentiam magnam (*esse*) sciunt. Rem, quam ullus comedens non potest comedere, is comedit. Iste *pran*, quem tu dixisti, nos cum (*super*) illo *pran maschghoul* (*meditantes*) sumus; et nos istum *pran*, τὸν *Brahm* (*esse*) ut scivimus, *maschghouli* facimus.

Hoc cùm dixissent, cum eo (*ei*) cibum dederunt.

Quemadmodùm *aftab* (*sol*), et *mah* (*luna*), et *atesch* (*ignis*), et *ab* (*aqua*), in *bad* (*vento*) deleta (*ad nihilum redacta*) fiunt : ipso hoc modo, *gouiaï* (*loquela*), et *binaï* (*visus*), et *schenou* (*auditus*), et *del* (*cor*), in *pran* deleta (*annihilata*) fiunt : et hic *pran*, cum simul viâ suis (*comitibus suis*) forma alimenti fit.

Quicunque hoc alimentum, quod causa roboris τȣ̃ *pran* est, *Brahm* (*esse*) ut scivit, cum (*super*) eo *maschghouli* fecit, illa persona omne vidit, et omne scivit, et omne acquisivit, et omne comedit.

Historia τȣ̃ DJABAL.

XI. DJABAL nomine homo, cum matre suâ, quæ *Djabala* nomen habebat, dixit : ô digna veneratione ! ego volo (*librum*) *Beid* legam; ego, è quânam tribu sum ?

Mater ei dixit : ego hoc non scio, ô filiole mi ! quòd tu è quânam tribu es. Ego, in juventute, (*in*) omnem locum ivi, et tu productus factus es. Eam, quod tu ex illâ tribu productus factus, ego non scio. Nomen meum, *Djabala* est, et nomen tuum, *Satkam*.

Djabal, antè *Goutam rek'heschir* ivit, et dixit, quòd, volo

(*librum*) *Beid* legam : propter hoc ante vos veni. Is (*Goutam*) dixit : tu è quânam tribu es ?

(*Djabal*) dixit : ego hoc non scio, quòd ego è quânam tribu sim. Ego à matre quæsivi. Cum me (*mihi*) dixit, quòd ego, in juventute, cum locis plurimis (*ad loca plurima*) ivi, tu productus factus es : ego non scio, quòd tu è quânam tribu sis : *Djabala*, nomen meum est; et *Satkam*, nomen tuum. Ego *Satkam Djabal* sum.

Goutam ei dixit : O purum (*bonum*) desiderans ! hoc verbum *ma Brahman* non potest dicere ; id est, verbum rectum, nisi ô *Brahman* non (*nemo*) potest dicere. Veni, ut ego te *zonar* (*cingulo*, *zonâ*) vestiam : quia tu è rectitudine non transiisti (*non prætergressus es*). Eum zonâ vestivit (*cinxit*), et quatuor boves macilentos, sine robore (*debiles*), mares et feminas, separatos cum fecisset (*seposuisset*), dixit : ô purum desiderans ! illos cum pabuli loco (*in pascuum*) fer.

Quandò is (*Djabal*) cum bobus viator fuit (*progressus est*, *Goutam*) cum eo dixit : ô purum desiderans ! usque dùm mille non fiat, non adducas.

Djabal quot annis in deserto mansit !

Cùm mille (boves) fuit (*fuerunt*), unus bos mas cum eo dixit : ô *Satkama* ! Is dixit : *oum*, ô digne veneratione !

Bos dixit : ô purum desiderans ! nos mille facti sumus ; nos ante *ostad* (*magistrum*) feras ; quartam partem *maarefat* (*cognitionis*) ego cum te (*tibi*) dicam.

(*Djabal*) dixit : dic, ô digne veneratione !

Bos dixit : latus (*tractus*) *maschrek* (*orientis*), et latus *djanoub* (*meridiei*), et latus *maghreb* (*occidentis*), et latus *schamal* (*septentrionis*) ; hæ quatuor *kala*, quòd, cum significatione *hessah* (*pars*) sit ; quarta pars *maarefat* (*cognitionis*) τȣ *Brahm*

OUPNEK'HAT I. (*hoc*) est. Hæc quarta pars, *prakaschvan*[1] nomen habet; id est, lumen habens. Quicunque hoc modo scit, (*quòd*) hæ quatuor *kala*, una pars *maarefat* (cognitionis) τȣ̃ *Brahm* (*hoc*) est, lumen cordis (*corde illuminato*) fit, et super mundos lumen (*claram*) victoriam obtinet. [Bos dixit] : *atesch* (*ignis*) quartam partem aliam cum te (*tibi*) est dicturus.

Die alterâ, cùm boves simul viâ (*comites*) cepisset, viator fuit. Quandò vesperè fuit, *atesch* (*ignem*) super accendit, et boves uno loco custoditos habuit : et ignem coràm (*se*) cùm fecisset (*posuisset*), vultu cum *maschrek* (*ad orientem*) sedit.

Atesch (*ignis*) vocem dedit, quòd : ô *Satkama!*

Responsum dedit : *oum*, ô digne veneratione !

Atesch dixit : ô purum desiderans! quadrantem alterum *maarefat* (*cognitionis*) τȣ̃ *Brahm* cum te dicam.

Dixit : dic, ô digne veneratione !

(*Atesch*) dixit : *zemin* (*terra*), et *fezza* (*atmosphera*), et *asman* (*cœlum*), et *daria* (*mare*); hæ quatuor *kala*, quarta pars *maarefat* (*cognitionis*) τȣ̃ *Brahm* (*hoc*) est. Hæc pars, *anitvan*, nomen habet; id est, sine fine. Quicunque hoc modo scit, quòd hæ quatuor *kala*, quarta pars *maarefat* τȣ̃ *Brahm* (hoc) est, sine fine fit, et super mundos sine fine (*completam*) victoriam obtinet. *Atesch* dixit : *aftab* (*sol*) quartam partem aliam *maarefat* (*cognitionis*) τȣ̃ *Brahm* cum te est dicturus.

Die aliâ, cùm boves simul viâ cepisset, viator fuit. Quandò vesperè fuit, ignem super accendit, et boves uno loco custoditos habuit. Ignem antè (*se*) cùm cepisset, vultu cum *maschrek* (*ad orientem*) sedit.

Aftab (*sol*) cùm venisset, dixit, quòd : ô *Satkama!*

---

1. *Prakaschvan*, è verbo samskretico *Prakaschaha*, *claritas*, *splendor*, *lumen*, *dies*.

Responsum dedit, quòd : *oum*, ô digne veneratione !

Aftab dixit : quartam partem *maarefat* (*cognitionis*) τꙋ *Brahm* ego cum te dicam.

Dixit : dic, ô digne veneratione !

(*Aftab*) dixit : *atesch* (*ignis*), et *aftab* (*sol*), et *mah* (*luna*), et *bark* (*fulgur*), hæ quatuor *kala*, quarta pars *maarefat* (*cognitionis*) τꙋ *Brahm* (*hoc*) est, et hæc quarta pars, *djoteschman*, nomen habet; id est, lucidum. Quicunque hoc modo scit, quòd, hæ quatuor *kala*, quarta pars *maarefat* τꙋ *Brahm* (*hoc*) est, lucidus fit, et in mundis lucidam victoriam obtinet. *Aftab* dixit: quadrantem alium *mandek*, quod indicium è *pran* est (τὸν *pran indicat*), cum te est dicturus.

Die aliâ, cùm boves simul viâ cepisset, viator fuit. Quandò vesperè fuit, ignem super accendit, et boves uno loco, ut fecit, custoditos habuit; et ignem ante (*se*) cùm fecisset, vultu cum *maschrek* (*ad orientem*) sedit.

Mandek vocem dedit, quòd : ô *Satkama* !

Responsum dedit, quòd : *oum*, ô digne veneratione !

(*Mandek*) dixit : [quartam partem *maarefat* (*cognitionis*) τꙋ *Brahm* ego tibi dicam.

Dixit : dic, ô digne veneratione !

Dixit :] *pran*, et *binaï* (*visus*), et *schenvaï* (*auditus*), et *del* (*cor*), hæ quatuor *kala*, quarta pars *maarefat* (*cognitionis*) τꙋ *Brahm* (*hoc*) est. Hanc quartam partem, *aïtanvan* [1], dicunt, (id est) quietis locum. Quicunque hoc modo scit, quòd, hæ quatuor *kala*, quarta pars *maarefat* τꙋ *Brahm* (*hoc*) est, cum (*in*) quiete fit, et super mundos, cum quiete, victoriam obtinet.

1. *Aïtanvan* : fortè al *ataha*, samskreticè, *cavus*, *concavus*. In margine legitur *akaschvan*. Ms. [illegible] *tandan*.

Satkama cum domo (*in domum*) *ostad* (*magistri*) cùm venisset, *ostad* dixit : (*ô*) *Satkama !*

Responsum dedit, quòd : *oum*, ô digne veneratione !

(*Ostad*) [dixit] : quemadmodùm Dei sciens, gratus apparet, tu, illo modo gratus (*mihi*) appares. Cum te *maarefat* (*cognitionem*) τȣ̃ *Brahm* quis edoctum fecit ?

Dixit : homo me non erudivit. Alius cum me erudivit. Etsi aliquid audivi, attamen memoriale meum non factum est (*recordatio non subsistit*). Desidero quòd, (ô) *hazzeret* (*sanctitas*) ! me erudiant (*erudias*) : quia, à similibus vestrûm audivi, quòd : quicunque ab *ostad* (*à magistro*) *maarefat* (*cognitionem*) discit, voti compos, et firmus passu fiat.

Goutam cum *Djabal* dixit, quòd, ô *Djabal !* quidquid è (*de*) *maarefat* (*cognitione*) ab illis (*magistris*) auditum, *maarefat o schenasaï* (*cognitionis et scientiæ*) nomen ipsum hoc est ; et diversum ab hoc non est.

Historia τȣ̃ *Djabal et discipuli ejus.*

XII. *Apkesal* nomine *rek'heschir* ante *Djabal* venit, quòd (*librum*) *Beid* legat (*legeret*).

Duodecim annis, coràm eo, servitium *atesch* (*ignis*) fecit. *Djabal* discipulis aliis licentiam præfecturæ (*domûs*, *nubendi*) dedit, et ei non dedit.

Uxor τȣ̃ *Djabal* dixit : hic discipulus vester multam mortificationem (*carnis afflictionem*) traxit (*passus est*), et servitium *atesch* (*ignis*) benè cum loco attulit (*fecit*), ei, quòd licentiam (*nubendi*) non dederis, *atesch* (*ignis*) à (*de*) vobis querimoniam habens est futurus.

Ostad (*magister*) cum uxore suâ (*uxori suæ*) responsum cùm non dedisset, cum loco (*in alium locum*) ivit.

Iste discipulus, à τῷ non erudire (*illum*) *ostad*, corde capitus (*dolore affectus*) fuit, cibum edere præteriit (*cessavit*).

Uxor τῆ *ostad* cum eo dixit : aliquid comede ; quare aliquid non comedis ?

Is dixit : hæc persona interior mea (*mens mea*) desiderium multum habet ; è multo desiderio ægrotus factus sum. Aliquid non sum esurus (*nihil comedam*).

Tres (3) species *atesch* (*ignis*) est (*sunt*), quod in illis (*cum illis*) τὸ *ahoum* facientes sunt.

In hoc intervallo (*intereà*) quæque tres (3) species *atesch*, (*ignis*) conspirantes factæ, è vultu benevolentiæ dixerunt, quòd, hic mortificationis-patiens servitium nobis plurimum fecit, et in nos fiduciam habet : nos cum eo τὸ *brahmbadia*, quod cognitio τῆ *Brahm* est, dicamus.

Posteà quique tres (3) *atesch* (*ignes*) dixerunt, quòd *pranou Brahm* ; id est, *pran* tuus, *Brahm* est. Et dixerunt; quòd, *kam Brahm k'ham Brahm;* id est, *anand*, *Brahm* est, *âkasch Brahm* est.

Is (*discipulus*) dixit, quòd, hoc scivi (*sciebam*), quòd *pran*, *Brahm* est; propter illud, quòd, è motu τῆ *pran* omnia animantia viventia sunt : sed τὸ *kam Brahm* et τὸ *kham Brahm* non intellexi. *Anand*, qui lætus (*animæ rerum*) status est, in uno momento evanidus fit; et *âkasch* ipse via (*trames*, *tractus*) est: sic non est : proindè *Brahm* quomodò fit (*sunt*)?

Ateschha (*ignes*) dixerunt, quòd *ânand* et *âkasch*, unum est : et *âkasch* et *pran*, unum est : ex *ânand* (*per anand*) quem diximus, intentus (*intelligendus*) *anandsroup* [1] est, non

1. *Infrà* N.° XLIV , *forma lætitiæ*.

anand mundi; et intentus ex *âkasch* (*per âkasch*), et *tschedakasch* [1] est; quod forma τȣ̃ *anandsroup* est.

Deinde *âteschha* (*ignes*) separati, separati (*singulatim*) cum eo locuti sunt.

Atesch (*ignis*) primus dixit : *zemin* (*terra*), et *atesch* (*ignis*), et *gheda* (*alimentum*), et *aftab* (*sol*), hæc quæque quatuor, corpus meum (*hoc*) est : et ille *porsch* (*vultus*), qui in sole visus fit, totus sol, qui *nourdzat* (*lux-ens*) est, is ego sum. Quisquis, hoc modo ut scivit, cum *aftab* (*super sole*) *maschghouli* facit (*meditatur*), peccata ejus omnia super latus (*semota*, *ablata*) fiunt; in mundo, quòd (*ubi*) nos sumus, sit (*erit*); et, quandiù vivens est, læto statu manet, et altæ famæ (*magni nominis*) fit; et proles ejus plurima fit; et, quoàd terra et cœlum sint (*erunt*), nati (*posteri*) ejus manent (*manebunt*) : in hoc mundo et in illo mundo nos auxiliatores ejus simus (*erimus*).

Atesch secundus dixit : *ab* (*aqua*), et *djehat* (*aer etc.*), et *setarehha* (*astra*), et *mah* (*luna*), hæc quæque quatuor, corpus meum (*hoc*) est. Ille *porsch*, qui in *mah* (*lunâ*) visus fit, is ego sum. Quisquis, hoc modo ut scivit, cum *mah* (*super lunâ*) *maschghouli* facit (*meditatur*), peccata ejus pura (*purificata*) fiunt; in mundo, quòd nos sumus, sit; et, quandiù vivens est, læto statu manet, et altæ famæ efficitur; et proles ejus plurima fit; et, quoàd terra et cœlum sint, nati ejus manent : in hoc mundo et in illo mundo auxiliatores ejus simus.

Atesch tertius dixit : *pran*, et *akasch*, et *fezza* (*atmosphera*), et *bark* (*fulgur*), hæc quæque quatuor, corpus meum (*hoc*) est.

---

1. *Tschedâkasch* est *âkasch* subtilis, interior, ipsum ens universale. Vide infrà N.° XIX. *Forma scientiæ*, infrà N.° LXXI. In *Confucio Sinar. philosoph. præmial. declar. p.* 39, *vacuum* τȣ̃ *Foé* vel *Xaca*. Celeberrimi *De Guignes*, *Hist. des Huns*, *T.* 1, 2.e *Part.* (1756), *p.* 224-226.

Ille *porsch*, qui in *bark* (*fulgure*) visus fit, is ego sum. Quisquis, hoc modo ut scivit, cum *bark* (*super fulgure*) *maschghouli* facit (*meditatur*), a peccatis purus fit, et in mundo, quòd nos sumus, sit; et, quandiù vivens est, læto statu manet, et altæ famæ efficitur; et proles ejus plurima fit; quoàd terra et cœlum sint, proles ejus manet: et in hoc mundo et in illo mundo auxiliatores ejus simus.

Atesch omnis (*ignes omnes*), uno loco facti (*simul*) dixerunt, quòd, ô *neikokho* (*purum desiderans*)! hoc scientia nostra est, quod cum te edocuimus; ipsum hoc *brahmbadia* est: veritatem hujus, *ostad* (*magister*) cum te est dicturus.

Hoc cùm dixissent, *ateschha* (*ignes*), *à τῷ* litteram (*verbum*) percutere (*loqui cessantes*), silentes facti sunt.

In hoc intervallo (*intereà*) *ostad* (*magister*) venit; eum (*discipulum*) petiit (*vocavit*). (*Is*) responsum dedit, quòd: quid dicis, ô digne veneratione!

Ostad dixit: quemadmodùm Dei sciens gratus apparet, vultus tuus gratus (*mihi*) apparet. Dei cognitionem te quis edocuit?

Is dixit: nisi à vobis (*te excepto*) quis cum me erudiat?

Ostad dixit: ignes primùm modo ex alio (*aliter apparentes*) videbam; nunc lumen aliud video: (*indè*) scitum (*mihi*) fit, quòd ignes *τὸ brahmbadia* cum te edocuerunt.

Is approbatum fecit (*confessus est*), et quidquid edoctus fuerat, dixit.

Ostad dixit: Illud quod ignes cum te dixerunt, veritas mundi (*quid mundus sit*) est. Ego cum te aliquid sum dicturus, quòd, à *τῷ* scire illud, hoc modo quòd (*quemadmodùm*) à *τῷ* cadere aquam (*super*) folium *niloufer* (*nenupharis*[1]), quòd aqua in

---

1. *Nenuphar*, nymphea alba major. *Supr. p.* 8, *not.* 1.

OUPNEK'HAT I. illo vestigium non imprimit, ipso hoc modo, à τῷ scire illud verbum meum, ullum peccatum tibi (*in te*) vestigium non est facturum.

(*Discipulus*) dixit : dic, ô digne veneratione !

(*Ostad*) dixit : In tempore τȣ̃ apertum esse oculum, et claudere oculum, *porschi* (*figura in retinâ oculi*), qui omnes res videt, ille, *atmaï* (*anima etc.*) omnium est : et ille non moriens est, et non timens est : ille *Brahm* est. Ex hoc est, quòd, quolibet tempore aqua, vel oleum in oculum effusum fit (*lacrimæ oriuntur*), è duobus lateribus oculus (*illos humores*) foràs effundit, et pupilla visûs (*oculi*) cum his inquinata non sit.

Pupillæ visûs *sandjednam* nomen est ; cum significatione : assequi (*cernere*) faciens pulchrum et omnia bona. Quicunque hoc scit, omnia bona cum eo (*ad eum*) perveniunt.

Et ipsam hanc pupillam visûs, *bamni* etiam dicunt, id est, capiens (*visu*) omnia bona.

(*Hoc est*) explicatio nominum pupillæ visûs.

Quicunque illum *porsch*, *bamni* (*esse*) scit, bona cum eo perveniunt, et ipse hic homo omnia bona capit (*illis fruitur*).

Hunc *bamni*, *bhamni* etiam dicunt ; id est, lux et lumen ejus in omni mundo est.

Quicunque hoc modo scit, in omni mundo lumen et lucidus efficitur.

Quicunque hoc modo sciverit, opera quælibet, quæ propter mortuos (*facere*) fixum (*statutum*) est, is ex illis immunis et absque necessitate est.

Et quicunque hoc modo sciverit, è viâ (*ope*) lucis, gradu gradu (*gradatim*) auctus, lucidus (*lucidior*) factus, forma luxentis fit, et *makt* factus (*supremam beatitudinem possidens*),

existentiam apparentem rursùs non capit: et illum, qui, in vitâ, ab omni (*ente*) major sit, et in dignitate ab omni major sit, eum scit (*cùm sciat*), is, etiam, in vitâ et dignitate ab omni major fit. OUPNEK'HAT I.

Et ille quisnam est?

Schist pran est; quarè? quòd (*propterea quòd*), priùs ab illo quòd (*antequàm*) sensus et membra hominis in ventre matris existentia non fuissent (*forent*), *pran* fuit: proindè *pran*, in vitâ et dignitate major ab omni fit.

Quicunque τὸν *schist* intelligit, is in familiâ suâ *schist* fiet; id est, protectio tribûs et familiæ suæ fiet.

Quid est *schist?*

Schist loquela loquelæ est: quòd, omnis res in *schist* intravit; id est, in loquelam intravit (*ad dicendum materia est*).

Quicunque *pratschatha*, id est, mansionem esse (*locum ubi entia existunt*) intelligit, in hoc mundo et in illo mundo habitaculum excelsum (*sublime*) obtinebit.

Quid est *pratschatha?*

Pratschatha, visus [oculi] est; quòd à visu oculi habitatio bona et mala visa fiat.

Quicunque *sanpat*, id est, opulentiam scit, opulentus (*dives*) fiet, et cum omnibus desideriis (*ad omnia desideria*) pervenit.

Quid est *dolat* (*opulentia*)?

Dolat (*opulentia*) auditus auris est; quòd cum aure, directio (*viæ monstratio*) directoris audita fiat; et ex illâ (*illius ope, homo*) opus faciat, et ab illâ cum petito excelso (*ad petitum excelsum*) ut pervenit, sine desiderio fiat.

Quicunque *âïtan*, id est domum [scit], is accubitûs (*sessionis*) locus familiæ suæ fit. [1]

---

1. *Suprà*, *p.* 35.

OUPNEK'HAT I.

Quid est *aïtan?*

Aïtan cor est, id est cor domus omnium sensuum est, et virtutum (*facultatum*, *organorum*) est; quòd, sine corde ullus unus è sensibus *actionem suam* (*propriam*) non potest facere.

Narratio colloquii SENSUUM *simul* (*inter se*).

XIII. *PRAN*, et sensus, et cor simul colloquium fecerunt. Quisque unus (*singulus*) dicebat : ego magnus sum, ego magnus sum. Omnes antè *Pradjapat* iverunt, et petierunt, quòd, in medio nostrûm, quisnam magnus est?

Suprà p. 9.

Pradjapat dixit : in medio vestrûm, ille major est, quòd, à τῷ supervenire (*prodire*, *exire*) eum, corpus periens et non est fiat.

Loquela supervenit et ivit (*abiit*); et uno anno foris cùm mansisset, rursùs venit, et corpori dixit : sine me, quomodò potuisti vivere? Corpus dixit : quemadmodùm mutus, qui, litteram (*verbum*) non dicit, et cum (*per*) *pran* vivit [1], et cum

---

1. *Infrà N.° XVIII, N.° XIV.*

„La vie est dans la *respiration.*" Sic D. de Guignes reddit unum ex articulis, et quidem præcipuum, *Legis* τȣ *Fo*, ex Indiis in Chinam deportatæ, anno post Christum quinque et sexagenta. *Hist. des Huns*, *T.* 1, 2.e *part. p.* 233, 227. *Mém. de l'Acad. des bell. lett. T.* 26, 795. Hinc liquet doctrinam librorum apud Indos singulari reverentiâ asservatorum, quatuor *Beid* et *Oupnek'hat*, eandem esse quam discipulis suis, annis ante Christum natum 1027, tradidit *Xaka* vel *Xé*, *Xekia*, qui videtur esse *Keschn* (*suprà N.° VI, p.* 24), cujus secundum nomen in libro *Mahabarat*, *Bazdiw*, erit Indorum *Boudha*, vel *Boudda.*

Nomina propria, è populo in populum, è linguâ in linguam transeundo, faciliùs immutantur.

Opinio scriptorum Arabum qui *Boudham* tempore *Themourasp* vel *Djepsschid*, p[illegible]corum regum Persiæ, et *Tharé* vel *Abraham* statuunt (*De Guignes*, *Mém. de l'Acad. des bell. lett. T.* 26, *p.* 777), parùm discrepat ab Indicis libris, ubi *Keschn* τȣ̃ *Djedaschter*

oculo videt, et cum aure audit, et cum corde (*mente*) recogitat. Deindè loquela cum loco suo (*in locum suum*) venit. OUPNEK'HAT I.

Visus supervenit et abiit; et uno anno foris cum mansisset, rursùs venit, et corpori dixit : sine me, quomodò potuisti vivere ? Corpus dixit : sicut non videns (*cæcus*), qui non videt, et cum *pran* vivit, et cum loquelâ loquitur, et cum aure audit, et cum corde recogitat. Deindè visus cum loco suo venit.

Auditus supervenit et abiit; et uno anno foris mansit, et rursùs venit, et corpori dixit : sine me quomodò potuisti vivere ? [Corpus] dixit : sicut surdus, qui non audit, et cum *pran* vivit, et cum loquelâ loquitur, et cum oculo videt, et cum corde recogitat. Deindè auditus cum loco suo venit.

Cor supervenit et abiit. Uno anno foris cum mansisset, rursùs venit, et corpori dixit : sine me quomodò potuisti vivere? Corpus dixit : sicut puerulus non (*nihil*) sciens, qui non scit, et cum *pran* vivit, et cum loquelâ loquitur, et cum oculo videt, et cum aure audit. Deindè cor cum loco suo venit.

Pran voluit quòd superveniat (*exiret*) et abeat. Corpus et sensus, cuncta molestiâ affecta, et anxia (*turbata*) facta sunt, et dixerunt, quòd : ô digne veneratione ! vos non eatis, quòd (*ne*), ex τῷ abire vos, nos cuncta pereuntia (*perdita*) fiamus. Vos, in vitâ, magnum (*esse*) sciebamus : nunc vos, in dignitate etiam magnum (*esse*) scimus.

Loquela dixit : ego, quæ *schist* sum, in veritate, *schist* ipse vos estis. Visus dixit : ego, qui *pratschatha* sum, in veritate, *Suprà p.* 41.

(imperatoris Indoustani, 18 vel 1900 ann. ante Christ.) æqualis asseritur. Vide *Mém. de l'Acad. des bell. lett. T.* 40, *p.* 438 *etc. Canon chronol.* des rois chald. arab. assyr. compar. avec la dynast. des *Peschdad.* — *Recherch. histor. etc. sur l'Inde*, 1 *part.* (1786) *Lettre de M. Anq. p.* 51, 33.

OUPNEK'HAT L. *pratschatha* ipse vos estis. Auditus dixit : ego qui *schenvaï* (*auditus*) sum, *schenvaï* ipse, in veritate, vos estis. Cor dixit: ego, quod domus (*sensuum*) sum, domus (*illa*), in veritate, vos estis.

Visus, et loquela, et auditus, et cor, omne (*hoc*) *pran* est: propter hoc omne (*omnia illa*), *pran* dicunt. *Pran* est, qui hæc omnia factus est (*hæc omnia ex pran orti sunt*).

Pran ab illis petiit, quòd edulium (*alimentum*) meum quid est?

Dixerunt : è volante et pascente (*animali*), quodlibet quidquid comedit, edulium vestrum est.

Petiit : operimentum meum, quid est?

Dixerunt : aqua ; ex illo quòd, propter conservationem sanitatis corporis, in libro medicinali statutum est, quòd, in principio (τȣ̃ *comedere*) cibum, etiam aquam comedant (*bibant*) ; et in fine (τȣ̃ *comedere*) cibum, etiam aquam comedant. Cùm alimentum forma τȣ̃ *pran* sit, ex hoc respectu (*idcircò*) dixerunt, quòd aqua operimentum (*indumentum*) τȣ̃ *pran* est.

Satkam Djabal cum discipulo suo dixit : quovis tempore hæc scientia τȣ̃ *pran* cum arbore siccâ (*antè arborem siccam*) dicta sit (*erit*), et viridis fiet, et rami et folia ex eâ crescent.

Historia τȣ̃ *Radjah* Kiki. *Expositio* τȣ̃ *Beischvanr âtma.*

XIV. Collectione magnâ è *rek'heschiran* τȣ̃ *Beid* scientibus congregatâ factâ, cogitationem fecerunt, et dixerunt, quòd, *âtma*, quodnam est? et *Brahm*, quodnam? Propositum fecerunt (*decreverunt*), quòd, antè τὸν *Adalak rek'heschir* irent; quòd,

beischvanr âtma, id est, ignem, qui semen totius mundi est, et omnis mundus in eo est : et hæc designatio (*explicatio*) è calore naturali omnis (*rei*) est (*hoc indicat calorem naturalem omnis rei : eo quòd istum ignem*) is sciebat. OUPNEK'HAT I.

Ante eum iverunt. Is dixit : ego istum ignem, qui semen totius mundi est, illum non scio. Hodie *Radjah Kiki* τὸν *beischvanr âtma* benè scit : (*ad*) illum locum (*illuc*) ite.

Ante eum iverunt.

Is omnes separatim, separatim (*singulatim*) magnos fecit (*honore affecit*). Manè cum illis dixit : in regno meo fur non est, mali operator non est, vini potator non est, non colens *nourdzat* (*lucem-ens*) non est, non sciens (*inscius*) non est, amasium ludens (*se fingens, se ferens*) non est, amasium non est. Vos è quo loco venistis ? illud quantum auri, quod cum ministris *korban* (*sacrificii*) do, vobis sum daturus. Hoc loco (*hîc*) sitis : et cùm illud sumpseritis, abeatis.

Dixerunt, quòd : aliquid, quod nobis ex illo intellectum fiat (*quod intelligere vellemus*) ; et illud lux-ens et âtma est, illud cum nobis dicas.

Dixit : ego τὸν *beischvanr âtma* scio.

Dixerunt : eum dic. Dixit : cras sum dicturus. Die alterâ ante eum iverunt.

Is cum uno ex illis dixit : tu cum (*sub*) quânam figurâ τὸν *âtma* colebas ? Dixit : ô digne veneratione ! ego, sub figurâ *dou lok* (*duorum mundorum* [1]) colebam.

Dixit : hi *dou* (2) *lok* (*duo mundi*), figura bona τοῦ *beischvanr âtma* (*hoc*) est. (*Sub*) hac figurâ τὸν *âtma* quòd colebas, ex hoc respectu (*ideò*) filium tuum lampadem (*esse*) familiæ

1. *Dou lok*, *duo mundi* ; *hic*, et *alter* ; id est, præsens et futurus, postremus. *Vide infrà*, *N.*° XX.

(*tuæ*) video; è delicio (*deliciis*) satur fis, et satur (*ad saturitatem*) comedis. Quicunque τὸν *beischvanr âtma* colit cum (*sub*) hâc figurâ, in familiâ ejus incedens Dei petitor plurimus fiat; et hoc caput τȣ̃ *âtma* est: caput tuum cadebat (*cecidisset*), si antè me non venisses; id est, non sciens (τὸν *âtma*) moriebaris.

Deindè alteri dixit: tu τὸν *âtma* in (*sub*) quânam figurâ colebas? Dixit: ô digne veneratione! in figurâ solis.

Dixit: hic sol figura bona τȣ̃ *beischvanr âtma* est. (*Sub*) hac figurâ τὸν *âtma* quòd colebas, ex hoc respectu in familiâ tuâ apparentia instrumenta principatûs plurima video: equus, et camelus, et elephas, et serva, et aurum tibi facilia (*ad libitum*) sunt efficienda; et ex opibus et delicio (*deliciis*) satur es futurus: et in familiâ tuâ incedens Dei petitor plurimus fiat. Hic sol τȣ̃ *beischvanr âtma* oculus est: non videns fiebas, id est oculus tuus cum visu veritatis non erat (*veritatem non vidisses*), si antè me non venisses.

Posteà alii dixit: tu in quânam figurâ τὸν *âtma* colebas? Dixit: ô digne veneratione! cum figurâ venti.

Dixit: hæc via magna τȣ̃ *beischvanr âtma* est. (Cum) hac viâ magnâ τὸν *âtma* quòd colebas, ex hoc respectu, via magna plurima antevenit (*se aperit*), è delicio satur fis, et satur comedis; in familiâ tuâ incedens Dei petitor plurimus fiat. Hic ventus τῷ *âtma pran* est: *pran* tuus exibat (*abibat*), si antè me non venisses.

Tùm alii dixit: tu in quânam figurâ τὸν *âtma* colebas? Dixit: ô digne veneratione! in figurâ τȣ̃ *bhout âkasch*. *Suprà p.* 8.

Dixit: hic multitudo (*copia*, *abundantia*) et magnitudo τȣ̃ *beischvanr âtma* est. (*Sub*) hac figurâ τὸν *âtma* quòd colebas, ex hoc respectu, tibi aurum, et homo (*famuli*) fiunt, et delicium

multum (*cibos delicatos plurimos*) comedis, et delicium multum (*alteri*) das, et delicium multum vides : in familiâ tuâ incedens Dei petitor plurimus fiat. Hoc cogitatum [1] τȣ̃ *beischvanr âtma* est : è cogitato (*sollicitudine*) pectus tuum frustum erat (*rumpebatur*), si antè me non venisses. OUPNEK'HAT I.

Deinde alii dixit, quòd, tu in quânam figurâ τὸν *âtma* colebas ? Dixit : ô digne veneratione ! in figurâ aquæ.

Dixit : hæc thesaurus et aurum τȣ̃ *beischvanr âtma* est. (*Sub*) hac figurâ τὸν *âtma* quòd colebas, ex hoc respectu, è delicio et auro satur fis ; et è delicio et auro alios etiam saturos facis : in familiâ tuâ incedens Dei petitor plurimus fiat. Hoc medulla τȣ̃ *beischvanr âtma* est : medulla ossium tuorum liquefiebat, si antè me non venisses.

Deinceps alii dixit : tu in quânam figurâ τὸν *âtma* colebas? Dixit : ô digne veneratione ! in figurâ pulveris (*terræ*).

Dixit : hæc, locus esse τȣ̃ *beischvanr âtma* est. (*Sub*) hac figurâ τὸν *âtma* quòd colebas, ex hoc respectu tibi animalia et quadrupedes plurima fiant, et delicium multum comedis, et das, et es daturus : in familiâ tuâ incedens Dei petitor plurimus fiat. Hic pulvis pes τȣ̃ *âtma* est : pes tuus, è non scientiâ, frangebatur, si antè me non venisses.

Cunctis illis dixit : vos τὸν *beischvanr âtma* separatim separatim (*per partes*) scitis : omnem (*totum*) unum factum non scitis. *Infrà N° XXV.*

Quicunque τὸν *pran* [2], quod una palpitatio intrat et exit (*respiratio intrans et exiens*) is est, et ex eo *adjpakat siri* [3] *De Guign. hist. des Huns, T. I, 2.e Part. p. 233. Sup. N.° XIII, p. 42 ; infrà N.° XVIII.*

1. *Fekrmandi* cogitatio ; propriè actus et objectum cogitandi : *cogitatum*, quasi, *cogitamentum*.

2. Quidquid de *pran* in *Oupnek'hat* dicitur, conferri potest cum descriptione τȣ̃ *Cong-fou* τῶν *Taotsé*, modi respirationis, ad animæ simul et corporis curationem accommodati. Vide *Mém. concern. l'hist. etc. des Chinois, etc. T. IV* (1779) ; p. 441-451.

3. Samskreticè, *adjpakat siri*, *digestio magna*.

fiat (*esse*), τὸν *beischvanr âtma* ut scivit, *maschghouli* facit (*super hoc meditatur*), is in omnibus mundis, et in omnibus rebus, et in omnibus *âtmaha* satur et magnus fiat.

Et caput hujus *beischvanr âtma*, lux suprema est; et figura mundi, oculus ejus est; et via magna ejus, *pran* est; intrà cor, locus et somnus ejus est; et extremitas (*inferior*) umbilici, thesaurus ejus est; pulvis (*terra*), ambo pedes ejus est; pectus, *bidi* est, id est locus, quòd, in illo negotia τȣ̃ *houm* (*quæ* τῷ *houm inserviunt*) custodiunt; et pili pectoris, palea est, quam insubter negotia *korban* (sacrificii) lectum faciunt (*extendunt*).

Et in corpore tres (3) ignes sunt : unus, in stomacho, quòd illum *karhipat* [1] dicunt : secundus, in orificio stomachi, quòd illum *detschehen aguen* [2] dicunt : tertius, in ore, quòd illum *ahvti* [3] nominant.

Civilitates (LEGES) *τȣ̃ alimentum comedere.*

XV. Prima buccea, quam (*homo*) comedit, cum hac intentione comedat, quòd, cum *pran* (*pran illam*) comedere facio; quòd (*ut*) ex illâ *pran* satur fiat. *Pran*, quòd (*cùm*) satur est, oculus satur fit : oculus, quòd satur fit, sol satur fit : sol, quòd satur est, mundus solis satur fit : mundus solis, quòd satur fit, illud quod in mundo solis est, saturum fit : proindè bucceam dans (*dando*), *pran* ex omnibus eduliis (*omnium eduliorum*), quod cum illis (*quorum*) indigens est, satur fit [4].

---

1. *Karhipat*, samskreticè, *karanam*, *facere*; *patanam*, *producere*. Hoc verbum, alteri adjunctum, passivum denotat.
2. *Detschehen*, samskreticè, *daschanam*, *rodere*.
3. *Ahvti*, samskreticè, *âhouânam*, *sugere*.
4. Cum *pran* satiatur, omnia entia ei subservientia, gradatim satiantur; et,

Buccea secunda, quam (*homo*) comedit, tale (*sibi*) propositum faciat, quòd cum [*bian* [1]] vento comedere facio; quòd (*ut*) ex illâ *bian* satur fiat. *Bian*, quòd (*cùm*) satur est, auris satura fit : auris, quòd satura fit, luna satura fit : luna, quòd satura fit, *djehat* satur fit : *djehat*, quòd satur fit, illud quod (*in*) medio lunæ et *djehat* est, saturum fit : proindè bucceam dans (*dando*), *bian*, ex omnibus eduliis, quòd cum illis indigens est, satur fit.

Buccea tertia, quam (*homo*) comedit, tale propositum faciat, quòd, cum *apan* vento comedere facio; quòd (*ut*) ex illâ *apan* satur fiat. *Apan*, quòd satur fit, loquela satura fit : loquela, quòd satura fit, ignis satur fit : ignis, quòd satur fit, terra satura fit : terra, quòd satura fit, illud quod in medio terræ et ignis est, saturum fit : proindè bucceam dans (*dando*), *apan*, ex omnibus eduliis, quòd cum illis indigens est, satur fit.

Buccea quarta, quam (*homo*) [comedit], tale propositum faciat, quòd, cum *saman* vento comedere facio; quòd (*ut*) ex illâ *saman* ventus satur fiat. *Saman*, quòd satur fit, cor saturum fit : cor, quòd saturum fit, nubes pluens (*pluviam effundens*) satura fit : nubes pluens, quòd satura fit, fulgur saturum fit : fulgur, quòd saturum fit, illud quòd (*in*) medio fulguris et nubis pluentis est, saturum fit : proindè bucceam dans (*dando*), *saman*, ex omnibus eduliis, quòd cum illis indigens est, satur fit.

Buccea quinta (5), quam (*homo*) comedit, tale propositum faciat, quòd, cum *aodan* vento comedere facio; quòd (*ut*)

---

vicissim, istis satiatis *pran* ipse, ex iis vivens, alimentorum sibi necessariorum satur efficitur : idem dicendum de quatuor aliis ventis. *Vide infrà*, *N.° XXIII.*

1. In meo ms. *pran* legitur, amanuensis errore.

ex illâ *aodan* satur fiat : *aodan*, quòd satur fit, ventus satur fit : ventus, quòd satur fit, *âkasch* satur fit : *âkasch*, quòd satur fit, illud quod (*in*) medio *âkasch* et venti est, saturum fit : proindè bucceam dans (*dando*), *aodan* ex omnibus eduliis, quòd, cum illis indigens est, satur fit.

Has (*bucceas*), quinque (5.) *aguenhoutr* dicunt; id est, in tempore τȣ̃ cibum comedere, has quinque (5) bucceas cum hac intentione oportet comedere.

In operibus, ab hoc majus opus non est.

Quicunque hoc (*opus*) non scit, et aliquid comedit, hoc modo est, quòd (*ac si*) ignem procul ut fecit, in cinerem buccea projecta sit : id est, in stomacho digestio non fiat (*non fit*).

Quicunque hoc (*opus*) scit, et aliquid comedit, dixeris (quòd) omnes mundos, et omnes res (*omnia entia*) et omnia animantia bucceam comedere fecit. Quemadmodùm festucam in ignem projiciunt, et (illam) [citò] exurit; ipso hoc modo, in uno momento, omnia peccata (*sua*) is exurit.

Quicunque hunc *aguenhoutr* ut scivit, cum hac ratione cibum comedit, si semesum (*cibum*) suum cum *kenas* [1] comedere facit (*in sordes projicit*), dixeris (*quòd in*) locum purum conversum fecit (*locum purum impendit*).

Quemadmodùm parvulo esurienti mater inservit, ipso hoc modo omnes res huic *aguenhoutr* serviunt.

Historia τȣ̃ SOPATKIT.

XVI. *Sopatkit*, filius τȣ̃ *Radjah Aorn*, coram patre stetisse (*stabat*).

---

1. *Kenas, pulvis, sordes, purgamenta.*

Pater dixit : ô *Sopatkit !* (*librum*) *Beid* lege ; quòd in familiâ (*domo*) nostrâ aliquis (*quisquam*) non fuit, qui (*librum*) *Beid* non legerit. OUPNEK'HAT I.

Sopatkit duodecim annos (*natus*) erat, quòd (*cùm*) propter τὸ legere (*librum*) *Beid* à coram patre ivit : et omnes (*libros*) *Beidha* ut legit, et sensum intellexit, viginti et quatuor annos (*natus*) erat, quòd (*quandò*) antè patrem venit.

Ullam personam (*quemquam*) æqualem sibi ipsi non sciebat, cum respectu τȣ̃ scire (*ideò quod sciebat librum*) *Beid* et sensum (*libri*) *Beid*.

Ut pater in eo admirationem (*sui*), et superbiam, et sui contuitum vidit, scivit, quòd arrogantia scientiæ et intellectûs in eo locum (*sedem*) fecit, et à viâ cum ivisset (*recessisset*), voluit quòd eum in viam adduceret. Dixit : ô *Sopatkit !* tu qui hoc modo superbus, et te ipsum intuens, et te ipsum ostendens factus venisti, ab *ostadan* (*magistris*) aliquid audisti, quod, à τῷ audire illud, non auditum, auditum fiat; et non scitum, scitum ; et non cognitum, cognitum ?

Sopatkit, à τῷ audire hoc verbum admodùm stupefactus, dixit : ô digne veneratione ! quomodò fiat hoc, quòd à τῷ audire aliquid, non auditum auditum fiat ; et non scitum, scitum, et non cognitum, cognitum efficiatur ?

Pater dixit : ô purum desiderans ! Quemadmodùm è τῷ scire unum (*solum*) lutum, omnes res luteæ (*è luto factæ*), ut lagena et præter illam (*alia vasa*) scita fiunt : nomen et pictura (*sculptura*, *forma*) vasorum luteorum, ipsum hoc loqui purum (*sonus duntaxat*) est, et quidquam non est : ens (*hast, quod existit*), ipsum illud lutum est.

Et deindè et, ô purum desiderans ! Quemadmodùm omnes res quæ ex auro factæ sunt, sicut annulus digiti, et præter

illum, à τῷ scire unum aurum, etiam scitæ fiunt; nomen, et figura, ipsum hoc loqui purum est, et quidquam non est: [et ens, ipsum illud aurum est.]

Et deindè, ô purum desiderans! quemadmodùm omnes res (è) ferro, (*sicut instrumentum*) unguem capiens (*auferens*, *secans*), et præter illud, à τῷ scire unum ferrum, scitæ fiunt: nomen et figura, ipsum hoc loqui purum est, et quidquam non est: ens, ipsum illud ferrum (*est*).

Et deindè (*porrò*), ô purum desiderans! facere intelligere *ostad* (*magistrum*), hoc modo sit (*sic magister debet comprehendere facere*).

Filius dixit: ô digne veneratione! ille, quòd ego coram eo (*librum*) *Beid* legi, hoc non sciebat. Si sciebat, cum me quarè non dixit? ô digne veneratione! *ostad* et erudiens me tu es, tu cum me dicas.

Dixit: ô purum desiderans! ego cum te dicam: ab omni primùm (*ante omnia priùs*) ens (*hast*) universale (*absolutum*) fuit; et porrò, sine nomine et indicio (*signo*), unicum et sine simili, et sine vitio, et sine defectu.

Et plures non scientes, dicunt, quòd mundus cum artifice (*creatore*), primùm non est (*non existens*) fuit, et deindè è τῷ non est ens (*hast*, *existens*) factus est. O purum desiderans! ex hoc (*è τῷ*) non est, ens (*hast*) quomodò possit fieri? hoc omne primum ens (*hast*) unicum, sine simili fuit.

Illud ens (*hast*) unicum, sine simili, voluit, quòd ego plurimum fiam (*multiplex fieret*) cum figuris (*per figuras*) genere generis (*diversi generis*).

Tùm è luce ente suo ipso ignem productum fecit.

Et ille ignis voluit, quòd ego plurimus fiam (*multiplicaretur*) cum figuris diversi generis.

Deindè è se ipso aquam productam fecit : ex hoc est, quòd, quovis tempore calor super hominem prævalens fit, sudorem facit (*sudat*), et ab igne aqua producta fiat.

Et illa aqua hoc modo voluit, quòd ego plurima fiam, cum figuris diversi generis.

Pulvis (*terra*), cum omnibus crescentibus (*in illâ*) palàm venit (*prodiit*) : ex hoc loco (*hinc*) est, quòd, quovis loco pluvia pluit, τὸ crescendum (*germinandum, vegetale*) crescit : ex hoc respectu (*idcircò*) ex aquâ crescentia producta fiunt.

Et omnibus animam (*vitam*) habentibus tria (3) principium est (*principia sunt*) : ovum, et parvulum continens (*capsula, involucrum*), et semen crescens.

Hic *deiouta*, id est, lumen luminum, quod ens (*hast*) unicum, sine simili sit, ignem, et aquam, et pulverem (*terram*) è seipso producta fecit.

Voluit quòd, in igne, et aquâ et pulvere *djiw âtma* (*anima universalis*) factus, et in illa ingressus, figuras et nomina sine termino manifesta faciam (*palàm produceret*) ; quodlibet unum, ex igne, et aquâ, et terrâ, tres (3) portiones faciam (*in tres partes distribueret*).

Ille *deiouta*, quod ens (*hast*) unicum, sine simili, est, animas (*vitas*) plurimas, quòd ipsum fuit priùs à corpore, [1] intrà hos tres (3) *deiouta*, quod, ignis, et aqua, et terra est, cum induxisset, nomen et figuram palàm fecit.

Quodque unum, ex igne, et aquâ, et terrâ, tres (3) portiones cùm fecisset, et simul composita (*coagmentata*) dedisset, cum uno alterum miscuit, et cuivis uni (*unicuique*) cum nomine (*juxtà nomen*) portionis magnæ (*majoris*), nomen

1. *Keh khod boud peisch az badan* : vel, *quæ ipsæ fuerunt priùs à corpore* (*antè corpus*).

imposuit. Hoc, *tarbat keràn* (*conjunctionem*, *compositionem magnam*) dicunt.

Hæc tria (3) elementa (*primùm*) simplicia (*non composita*) tres portiones, tres portiones facta, unum, unum fiunt.

O purum desiderans! tu illud à me audi, et intellige. Color rubeus, qui in igne est, color ille ignis est, qui priùs à τῷ portionem facere ignem (*antequàm ignis in partes divideretur*), in igne fuit: color albus, qui in igne est, color ille aquæ est, qui, priùs à τῷ portionem facere aquam, in aquâ fuit: color niger, qui in igne est, color ille pulveris (terræ) est, qui, priùs à τῷ portionem facere pulverem, in pulvere fuit.

Atschiet atesch[1] (*igneitas ignis*), è τῷ collectos fieri hos tres (3) colores est (*in trium colorum misturâ consistit*). Quovis tempore hi tres colores à simul (*ab invicem*) separatim fiunt, *atschiet* (*igneitas*) ignis vana (*nulla*) fit: et ignis ipse hic nomen solum est, quidquam non est: et [ens (*hast*, *quod existit*)] ipsi illi tres (3) colores est.

Et deindè, color rubeus, qui in sole est, color ille ignis est, qui, priùs à τῷ portionem facere ignem, in igne fuit: color albus, qui in sole est, color ille aquæ est, qui, priùs à τῷ portionem facere aquam, in aquâ fuit: color niger, qui in sole est, color ille pulveris (*terræ*) est, qui, priùs à τῷ portionem facere pulverem, in pulvere fuit.

Aftabiet aftab (*soleitas solis*), è τῷ simul (*in unum*, *conjunctim*) venire hos tres (3) colores est. Quovis tempore hi tres (3) colores [ab invicem] separatim fiunt, *aftabiet* (*soleitas*) solis vana fit: at sol ipse hic nomen solum est, quidquam non est. Ens (*hast*), ipsi illi tres colores est.

---

1. *Atschiet atesch*, *igneitas ignis*, natura ignis, quod ignem constituit: *aftabiet aftab*, *soleitas solis*, quod nunc solem constituit; et sic, pro cæteris entibus deinceps memoratis.

Et deindè, color rubeus qui in lunâ est, color ille ignis est, qui, priùs à τῷ portionem facere ignem, in igne fuit: color albus qui in lunâ est, color ille aquæ est, qui, priùs à τῷ portionem facere aquam, in aquâ fuit: color niger, qui in lunâ est, color ille pulveris est, qui, priùs à τῷ portionem facere pulverem, in pulvere fuit.

Mahiet mah (*luneitas lunæ*), è τῷ simul (*in unum*) venire hos tres (3) colores est. Quovis tempore hi tres (3) colores ab invicem separatim fiunt, *mahiet* (*luneitas*) lunæ vana fit: luna, nomen solum est, quidquam non est: et [ens (*hast*)] ipsi illi tres (3) colores est.

Deindè color rubeus, (*qui*) in fulgure est, color ille ignis est, qui, priùs à τῷ portionem facere ignem, in igne fuit: color albus, qui in fulgure est, color ille aquæ est, qui, priùs à τῷ portionem facere aquam, in aquâ fuit: color niger, qui in fulgure est, color ille pulveris est, qui priùs à τῷ portionem facere pulverem, in pulvere fuit.

Barkiet bark (*fulgureitas fulguris*), à τῷ simul (*in unum*) venire hos tres (3) colores, est. Quovis tempore hi tres (3) colores ab invicem separatim fiunt, *barkiet* (*fulgureitas*) fulguris vana fit: fulgor ipsum hoc nomen solum est, quidquam non est: ens (*hast*) ipsi illi tres colores est.

Et porrò hanc *tarbat keran* (*conjunctionem magnam*), scientes (*docti*) sciebant: et antecessores, qui (*librum*) *Beid* et sensum (*libri*) *Beid* sciebant, dixerunt, quòd, in familiâ (*domo*) nostrâ, usquè nunc, aliquis (*quisquam*) non fuit, qui dicat (*diceret*), quòd ego aliquid non auditum, etiam (*homo*) qui non scivit et non cognovit, sim: omnes scientes fuerunt, è τῷ scire (*cognoscendo*) hanc *tarbat keran*.

Quemadmodùm hanc *tarbat keran* sciverunt, res alias etiam

OUPNEK'HAT I. sciverunt. Cùm sciverunt quòd color rubeus ex igne est, et sciverunt (quòd) color albus ex aquâ est; sciverunt (quòd) color niger e pulvere (*terrâ*) est: aliquid quod celeriter (*homo*) non potest scire, et simile ei visum non fuerit, illud etiam sciverunt; quòd collectio horum trium (3) elementorum simplicium est, ignis, et aquæ, et terræ [1].

O purum desiderans! hanc *tarbat keran* τȣ̃ extrà cum te (*tibi*) ostendi: nunc *tarbat keran* τȣ̃ intrà audi.

Edulium, quod estum fiat, tres (3) portiones fit (*in tres*
Suprà p. 9, n. 2. *partes dividitur*); crassum (*kasif*), excrementum fit; et media, caro corporis edentis; subtilis, cor fit.

Aqua, quæ potata fuit, tres (3) portiones fit: crassa, urina fit; media, sanguis [corporis edentis] fit; subtilis [*pran*] fit.

Et ignis, id est, quod oleosum estum fiet, tres (3) partes fit: crassa, os (*ossum*) fit; media, medulla fit; subtilis, loquela fit.

O purum desiderans! cum te dico. *Del* (*cor*) forma (*aaïn*) edulii est; *pran*, forma aquæ est; *zaban* (*lingua*), forma ignis est.

(*Filius*) dixit: ô digne veneratione! rursùs cum me loquere.

(*Pater*) dixit: ô purum desiderans! quemadmodùm lac quòd multum simul (*in se*) verberant (*subigunt*, *miscent*), cremor ejus ut sursùm venit (*ascendit*), butyrum fit; ipso hoc modo, edulium, quod estum fiat, subtile ejus ut sursùm venit, *del* (*cor*) fit: quemadmodùm aqua (*quæ*) potata est, optimum ejus (*quod in eâ purius est*) ut sursùm venit, *pran* fit; oleum, quod igneum est, quandò estum fit, subtile ejus,

---

1. Id est, rerum compositionis cognitione, ad primum omnis existentiæ elementum ascenderunt; et, vicissim, ipsa sigillatim entia, in ipsorum viderunt principiis, vel potiùs principio.

ut sursùm venit, *gouiaï* (*loquela*) fit. Ex hoc respectu (*proptereà*), ô purum desiderans! *del* (*cor*) forma (*aaïn* [1]) edulii est; *pran* forma aquæ est; *gouiaï* (*loquela*) forma ignis est.

(*Filius*) dixit: ô digne veneratione! rursùs cum me dic, edulium quomodò cor fiat.

(*Pater*) dixit: audi, ô purum desiderans! cum te dicam. Homo sexdecim (16) partes habet; quòd illos *k'hous kala*, id est, *schodesch* (16) (*sexdecim*) *kala* dicunt. Tu quindecim (15) diebus aliquid (*quidquam*) ne comede; et aquam, tantùm illud quod (quantùm) voles, bibe: quòd *pran* sine aquâ (*in corpore*) non manet.

Usquè ad quindecim (15) dies aliquid (*quidquam*) non comedit; et die decimâ sextâ (16) ante patrem venit. Dixit: quid dicam?

(*Pater*) dixit: ô purum desiderans! quot (*aliquot*) *aïet* è tribus (3) (*libris*) *Beid* (*extracta*) lege (*pronuncia*).

(*Filius*) dixit: quidquam (*ad*) memoriam non venit.

Pater dixit: ô purum desiderans! quovis tempore (*quotiescunque*) ignem magnum silentem faciunt (*extinguunt*), et ex illo una scintilla remanserit (*residua sit*), quemadmodùm cum illâ scintillâ aliquid parvum etiam (*homo*) non potest urere; (*sic*) cum hac unâ parte è sexdecim (16) *kala*, quæ in te residua est, (*librum*) *Beid* cum memoriâ (*ad memoriam*) non potes adducere. Nunc aliquid ut comederis, à me audi, ut tibi etiam cum memoriâ (*ad memoriam*) veniat.

---

1. Verbum *aaïn*, quod per *formam* reddidi, *ipsam rei essentiam*, *potiorem ac præcipuam rei partem*, ut hic videre est, exprimit. Hujus verbi sensus, theologicè et physicè, idem ubique, absolutè non est. Indorum opiniones voces peregrinas difficilè induunt.

Permutantur hæ duæ phrases: *cor aaïn edulii est*, *edulium cor fit*. Consequenter, *cor fit ex edulio*, *cor* est *aspectus*, *forma*, *essentia*, *potior pars edulii*; et *aaïn*, ipsa rei *essentia*, *ejus oculus*, *aspectus*, *forma*. Infrà, n.° XXX.

OUPNEK'HAT I. Cùm aliquid comedisset, antè patrem venit. Pater, è (*libro*) *Beid* quidquid ab eo petiit, omne legit (*recitavit*).

Pater dixit: ô purum desiderans! quemadmodùm ignem magnum silentem faciunt, et (*cum*) unâ scintillâ quæ ex eo remanet, eum lentè lentè (*paulatim*) super accendunt, (et) omnes res possunt urere; ex illâ unâ parte (*è*) sexdecim (16) *kala*, quæ in te erat, paululùm paululùm (*paulatim*), ex edulio (*reliquæ*) vigorem ceperunt, et omnis (*liber*) *Beid* cum memoriâ (*in memoriam*) venit. Ex ipso hoc respectu (*propter hoc ipsum*) dixi: ô purum desiderans! quòd *del* (*cor*) forma (*aaïn*) alimenti est; et *pran*, forma aquæ, *gouiaï* (*loquela*), forma ignis.

Sopatkit, à τῷ audire verba patris, illud quod sciendum erat, scivit.

Institutio τȣ̃ *Aodalak cum* (*ad*) *Sopatkit* (*directa*): *et expositio* τȣ̃ *Mahabak.*

XVII. (*Radjah*) *Aodalak arn* cum *Sopatkit* filio suo dixit: *sapen ant*, id est, excessum somni, quod *sok'hepat* dicunt, à me intellige. Quovis tempore (*quotiescunque*) homo dormit, in illo tempore somnum ejus, *savap* ex illo (*propter illud*) dicunt, quod cum *âtma* unum fiat. Ex hoc respectu, *savap*, (*quod*) in significatione assequi (*obtinere*) se ipsum est, ei (*somno*) hoc nomen imponunt.

Suprà pag. 8: Sak'hepat.

Quemadmodùm gallinam super (*ad*) lignum (*baculum*) cum fune (*laxo*) ligaverint, et ea (*ex*) loco in locum cadit (*vadit*), et ullum locum alium propter requiem ut non invenit, rursùs super ipsum hoc lignum cùm venit, sedet; ipso hoc

modo „ô purum desiderans ! illud cor (*de*) loco in locum cadit, et ullum locum alium requiei locum cùm non invenerit, τὸν *pran* requiei locum efficit; quòd cum eo ligatum fuit (*ab eo pendet*). OUPNEK'HAT I. Suprà p. 43, 44.

Ô purum desiderans ! desiderium τȣ̃ comedere et bibere à me intellige. Quovis tempore homo desiderium edulii facit (*edere vult*), edentis nomen acquirit. Aqua quæ esta (*potata*) fit, alimentum cum omnibus membris (*in omnia membra*) facit pervenire ; quemadmodùm bubulcus boves, et armentarius equos, et dux milites, in locum, quòd oportet, fert (*conducit*) : ex hoc respectu (*propter hoc*) aquam ferentem edulium dicunt.

Illo tempore, ô purum desiderans ! (*quo*) juvencæ arboris corpus crescit, hoc juvencæ arboris corpus absque radice non sit (*non est*), et præter edulium radicem non habet; ipso hoc modo, ô purum desiderans ! edulium etiam juvenca arbor est : cum illo quòd radix (*ut radix*) hujus juvencæ arboris edulii [1], aqua (*aqua potata*) est, et aqua etiam juvenca arbor est : cum illo quòd radix hujus juvencæ arboris aquaticæ, ignis est, et ignis etiam juvenca arbor est : quemadmodùm radix hujus arboris igneæ *hast* (*ens*) unicum, sine simili est, hæ omnes productiones (*paedaesch*), ab eo palàm venientes sunt (*exeunt*), et cum eo subsistentes sunt, et in eo minus (*deficientes*, *cessantes*) fiunt.

Quovis tempore homo desiderium τȣ̃ bibere facit (*habet*), bibentis nomen acquirit. Aquam ignis interior in locum quòd oportet, facit pervenire ; quemadmodùm bubulcus boves,

---

1. Quidquid procreationi aut augmento rei cujuscunque inservit, illius rei nomen accipit ; ascendendo usquè ad primum productorem, in quem omnia resolvuntur.

OUPNÉK'HAT I. armentarius equos, dux milites: ex hoc respectu ignem ferentem aquam dicunt.

Illo tempore (quo) hujus juvencæ arboris corpus crescit, ô purum desiderans! cum illo quòd hæc (*ut hæc*) arbor aquatica sine radice non sit (*non est*); et radix juvencæ arboris igneæ (*ens*) unicum, *bihemta* (*sine simili*) est; ô purum desiderans! cum illo quòd radix hujus mundi, *hast* (*ens*) unicum *bihemta* (sine simili) est; hæ omnes productiones ab eo palàm venientes (sunt), et cum eo subsistentes, et in eo minus (*deficientes*) fiunt.

O purum desiderans! hæc tria (3) elementa simplicia, ignis, et aqua, et pulvis (*terra*), in corpore hominis, quodque unum tres (3) partes tres (3) partes fit (*unumquodque elementum in tres partes dividitur*); tali modo quòd, antè ab hoc (*anteà*) dixi. *Suprà p.* 53, 56.

O purum desiderans! homini, in tempore τȣ̃ mori lingua (*loquela*) in cor deorsùm it (*descendit*); et cor, in *pran* deorsùm it; et *pran*, in calorem naturalem deorsùm it; et calor naturalis, in *deïoutaï* magnum deorsùm it: et ille *deïoutai* magnus, subtilis est; et ille *deioutaï* magnus, hæc omnia est; et (*in*) summâ, ipse ille *âtma* est; et is rectus (*verus*); et *hast* (*ens*) est.

O *Sopathit! tatoumes*, id est, ille *âtma* tu es. Hoc *senasan* (*cognoscentes*, *docti*) *mahabak* dicunt; id est, vocabulum (*kalmeh*) valdè magnum.

(*Filius*) dixit: ô digne veneratione! cum me iterùm (*verum*) ostende.

(*Pater*) dixit: audi, ô purum desiderans! quemadmodùm musca mellis (*apis*) ex arboribus plurimis sapores diversos ut attulit, unum mel facit; et intrà mel illud (*in illo melle*)

'sapores diversi arbores suas (*proprias*), quod principium illorum saporum est, non intelligit (*intelligunt*) : ipso hoc modo, ô purum desiderans ! omnia animantia, in tribus (3) temporibus; tempore τȣ̃ *sak'hepat* (*somni*), tempore τȣ̃ mori, et tempore resurrectionis (*keiamat*, *tempore extremo*); cum illo *hast* (*ente*) vero unum facta, non sciunt quòd, cum eo unum facta sumus (*facta sunt*). Ex hoc respectu (*propter hoc*) sive leo, sive tigris, sive lupus, sive sus, sive vermes, sive papilio, sive culex, sive musca, quamlibet figuram quam ceperunt, sciunt, quòd nos ipsa hæc figura sumus, et solummodò (*nihil ampliùs*); et veritatem suam (*quod verè sunt*) oblitam fecerunt, usquè (*ad*) tempus, quòd ad principium suum perveniant. Et illud (*principium*) subtile est : et hoc omne, unus *âtma* est : et id verum et rectum est. O *Sopatkit!* *tatoumes*, id est, ille *âtma* tu es. OUPNEK'HAT I.

(*Filius*) dixit : ô digne veneratione ! denuò cum me (verum) dic.

(*Pater*) dixit : audi, ô purum desiderans ! hæc maria (*hi fluvii*), quòd in orientem et occidentem iens est, et è fluminibus cum rivo (*ut rivus*) egressum, cum mari magno ingressum fiat (*quæ in mare magnum intrant*); et tempore quo egressa sunt, non sciunt, quod nos *Ganga* (*Ganges*) sumus vel *Djemna* : ipso hoc modo, ô purum desiderans ! hæc omnia animantia[1] ex ente (*hast*) vero egressa, non sciunt, quòd nos ens (*hast*) verum sumus. Ex hoc respectu, sive leo, sive tigris,

1. Quemadmodùm rivi, è *Gange* vel *Djemna* egressi, se *Gangem* vel *Djemnam* esse nesciunt : ità animantia, leo, lupus, musca, vermes, etc., has ipsa figuras, ipsa hæc animalia se esse arbitrantur; veritatis suæ oblita, id est, quòd principium, undè orta sunt, illud ipsum principium semper sunt, remanent verè et absolutè.

sive lupus, sive sus, sive vermes, sive papilio, sive culex, sive musca, quamlibet figuram quam ceperunt, sciunt quòd nos ipsa hæc figura sumus, et solummodò (*nihil amplius*), et veritatem suam oblitam fecerunt, usque (*ad*) tempus, quòd ad principium suum perveniant. Ipso hoc modo est illud (*principium*) subtile : et hoc omne unus *âtma* est : et id verum (*et*) rectum est. O *Sopatkit! tatoumes*, id est, ille *âtma* tu es.

Sopatkit dixit : ô digne veneratione ! rursùs cum me (*verum*) dic.

(*Pater*) dixit : audi, ô purum desiderans ! arborem magnam quòd (*cùm*) à parte infimâ (*juxtà pedem*) secant, et vivens manet, aqua ex eâ fluida fit (*fluit*) : [è (*in*) medio quòd secant, etiam vivens manet, et aqua ex eâ fluida fit : et è suprà (*altissimâ parte*) quòd secant, etiam vivens manet, et aqua ex eâ fluida fit]; propter illud, quòd anima (*vita*) in omni loco illius arboris est ; et illa arbor attractionem aquæ facit (*aquam attrahit*), et ex illâ voluptatem acquirit, et satura aquæ manet. Quisque ramus illius arboris, quem anima (*vita*) prætergreditur (*relinquit*), [ille ramus siccus fit : eo quòd anima (*djan*) in omni loco illius arboris est; et illa arbor attractionem aquæ facit, et ex illâ voluptatem acquirit, et satura aquæ fit ; et si totam arborem anima prætergreditur], omnis (*tota*) sicca fit. Ipso hoc modo, ô purum desiderans! cum illo quòd (*etsi*) hoc corpus quod sine animâ (*vitâ*) fiat, moritur, anima (*djan*) non moritur[1]; ipso hoc modo est illud (*ens*) subtile : et hoc omne, unus *âtma* est : et id verum et rectum est. O *Sopatkit! tatoumes*, id est, ille *âtma* tu es.

---

1. Ubicunque anima (*djan*, *vita*) est, ens vivit; sive arbor, sive homo : animâ recedente, arbor sicca fit ; hominis corpus moritur : sed anima, eadem semper remanens, non moritur.

Sopatkit dixit : ô digne veneratione ! iterùm cum me (*verum*) dic.

(*Pater*) dixit : audi, ô purum desiderans ! ex arbore fructiferâ fructum affer. Ut attulit, (*pater*) dixit : finde (*aperi*). Dixit : fidi. Dixit : hoc loco quid vides ? Dixit : grana parva (*semina*) video, ô digne veneratione ! Dixit : ex illis granis unum granum finde. Dixit : fidi, ô digne veneratione ! Dixit : hoc loco quid vides ? Dixit aliquid (*quidquam*) non video, ô digne veneratione ! Dixit : illud quod in hoc semine parvo non vides, ô purum desiderans ! in eo hæc arbor magna contenta (*comprehensa*) est ; et ex eo hæc arbor magna apparens facta (*egressa est*). Ipso hoc modo (*ens*) illud est subtile : et hoc omne, unus *âtma* est : et id verum et rectum est. O *Sopatkit ! tatoumes*, id est, ille *âtma* tu es.

Sopatkit dixit : ô digne veneratione ! denuò cum me (*verum*) dic.

(*Pater*) dixit : audi, ô purum desiderans ! sal in aquam cùm projeceris, manè antè me affer. Hoc modo fecit, attulit. (*Pater*) dixit : hoc sal, quod nocte in aquam projeceras, super affer (*extrahe*). Cùm illud sal in aquâ quæreret, non invenit ; quòd cum aquâ unum factum erat. (*Pater*) dixit : gusta, quòd quomodò (*quid*) est. Cùm gustasset, dixit : sal est. Dixit : è loco altero gusta, quòd quomodò est. Cùm gustasset, dixit quod sal est. Dixit : hoc pertransi (*relinque*) ; antè me veni. Illo modo fecit. (*Pater*) dixit : ô purum desiderans ! in hoc, quòd sal cum oculo non vidisti, et cum manu non invenisti, et cum τῷ gustare invenisti, quòd sal est ; ipso hoc modo est (*ens*) illud subtile : et hoc omne unus *âtma* est : et id verum et rectum est. O *Sopatkit ! tatoumes*, id est, ille *âtma* tu es.

Sopatkit dixit : ô digne veneratione ! rursùs (*mihi verum*) dic.

(*Pater*) dixit : audi, ô purum desiderans ! quemadmodùm personam, oculo ligato, ex urbe et habitatione ejus ut attulerunt, in locum incultum caput (ejus) dant (*eam in loco inculto relinquunt*) : et ea, in illo loco inculto, latus orientis et occidentis non scit : oculum ejus ut apertum fecerunt (*solverunt, ei*) dicunt, quòd civitas et habitatio tua cum hac semitâ sunt. Cum ipsâ hac quantitate τοῦ facere intelligere (*hac solâ indicatione*), sine illo, quòd aliquis simul viâ (*comes*) ejus sit, ut ipsam illam viam cepit, (*et*) in locum cultum pervenit, et percontata percontata (*interrogans*) in urbem suam advenit : ipso hoc modo, quicunque directorem consummatum (*perfectum*) habuerit, cum ipsâ hac quantitate τοῦ facere intelligere, quòd principium tuum (*ejus*), ens subtile est, comprehendit. Sed impediens pervenire cum illâ subtilitate (*ad illud ens subtile*) ipsum hoc ens (*hasti*) imaginosum [1] (*mohoum, opinans*) est : quovis tempore hoc (*ens*) abiit, ipse scis, quòd illud (*ens*) subtile tu es, ô purum desiderans ! hoc omne, unus *âtma* est : et id verum et rectum est. O *Sopatkit! tatoumes*, id est, ille *âtma* tu es.

Sopatkit dixit : ô digne veneratione ! denuò (*verum*) cum me dic.

(*Pater*) dixit : audi, ô purum desiderans ! tempore quo ægritudine homini (magna) debilitas facta est, mater et pater, et sui (*proximi*), qui circà et antè illum sunt, ab eo petunt, quòd, nos cognoscis ? illi ægroto, quòad loquela in cor deorsùm

---

1. *Imaginationis* phantasia hominem existentiæ propriæ, particulari, addictum tenet. *Rectitudo*, *veritas*, quæ ens supremum et universale est, illum *opinionis* et erroris vinculo liberat, cùm *consummati* doctoris ministerio, ipsum *ens* universale, *subtile*, omnia penetrans, omnia implens, quòd ipse illud ens sit, eum edocet, et hoc dogma ab eo perfectè comprehensum efficit.

non ivit, et cor in *pran* deorsùm non ivit, et *pran* in calorem naturalem deorsùm non ivit, et calor naturalis in *deïoutai* magnum non ivit, usque ad illud tempus patrem et matrem et suos (*ille*) cognoscit: deindè, quovis tempore ei loquela in cor deorsùm it, et cor in *pran* deorsùm it, et *pran* in calorem naturalem deorsùm it, et calor naturalis in *deïoutai* magnum deorsùm it, tùm ullum aliquem (*quemquam*) non cognoscit. Id (*ens*) subtile est et unus *âtma* est: et id verum et rectum est. O *Sopatkit! tatoumes*, id est, ille *âtma* tu es. OUPNEK'HAT I. *Suprà, p. 60.*

Sopatkit dixit: ô digne veneratione! iterùm cum me (*verum*) dic.

(*Pater*) dixit: audi, ô purum desiderans! hominem, manu ligatâ, afferunt (*adducunt*), qui latrocinium et direptionem fecit. Ferrum calidum ut fecerunt, cum manu ejus dant (*manui ejus applicant*). Si latro est, cùm, mendacium in medium ut attulit, juramentum comedat (*cum mendacio juramentum addat, ferrum*) manum ejus urit, et etiam ad punitionem (*pœnam*) pervenit. Et si latro non est, cùm, rectitudinem (*veritatem*) in medium ut attulit, juramentum comedat, etiam (*ferrum*) manum ejus non urit, et etiam liberatus fit. Porrò (*proindè*) rectitudo (*veritas*) ipsum illud (*ens*) subtile est, et unus *âtma* est: et id verum et rectum est. O *Sopatkit! tatoumes*, id est, ille *âtma* tu es.

Sopatkit τὸν *atma* intellexit.

Historia τȣ̃ *Nard*, *et* τȣ̃ *Santkamar*; *et institutionem acquirere* τὸν *Nard*. XVIII.

Nard antè *Santkamar* venit, et dixit: ô digne veneratione! volo (*desidero*) quòd coràm te legam. Ei dixit: illud quod

scis dic; ut ego ex illo altius (*aliquid*) cum te (*tibi*) dicam.

Nard dixit: ô digne veneratione! ego quatuor *Beid*, et omnes scientias legi (*didici*); et præcepta illorum scio; et τὸν *âtma* non scio. A similibus vestrûm audivi, quòd sciens τὸν *âtma* ex omni molestiâ et sollicitudine (*malo corporis et animi*) liber est. O digne veneratione! ego sollicitus sum: me è sollicitudine (*curâ*) forâs affer (*educas*).

Santkamar cum eo dixit: omne illud quod legisti, omne ipsum hoc nomen est, et solummodò (*nihil amplius*); propter illud quòd quatuor *Beid* et omnes scientiæ, omne (*hoc*) nomen ejus (τȣ̃ *âtma*) est. Nomen *Brahm* (*esse*) ut sciveris, cole (*illi cultum redde*): quòd, quicunque nomen *Brahm* (*esse*) ut scivit, colit, (*ens*) nominatum ei acquisitum efficitur, et voti compos fit: quòd nomen *Brahm* est.

Nard dixit: à nomine majus ens (*hast*) si existit, ô digne veneratione! illud cum me dic.

Dixit: loquela (*goftar*) à nomine magna (*major*) est: propter illud, quòd loquela quatuor *Beid* et omnes scientias ostendit; et cœlum, et terra, et ventus, et *âkasch*, et aqua, et *fereschtehha* (*angeli*), et ignis, et homines, et papiliones, et formicæ, (et (*animalia*) pascentia et volantia, et crescentia (*vegetabilia*), et arbores, et lacerantia (*feræ*), et vermes, et bonum et malum, et rectum et mendacium (*verum et falsum*), et boni factor et mali factor, et amicus et inimicus, si loquela non esset, scita non forent: et loquela hæc omnia ostendit. Loquelam [*Brahm* (*esse*) ut sciveris,] cole: quòd, quisquis loquelam, *Brahm* (*esse*) ut scivit, colit, quodcunque cum loquelâ (*ad loquelam*) *ingreditur* (*quidquid dicitur*), super id voti compos fit.

Nard petiit, quòd, à loquelâ majus ens, si existit, ô digne veneratione! cum me dic. OUPNEK'HAT I.

Dixit: à loquelâ cor (*del*) majus est. Quemadmodùm in uno pugno (*manu clausâ*) duo mirabolani citrinæ, vel duo mirabolani bellericæ, vel duo mirabolani emblicæ sunt (*homo illas tenet*); loquela et nomen in corde sunt: et cor illa scit: et cor quovis tempore cogitationem facit, quòd (*librum*) *Beid* legat, tùm legit; et quovis tempore cogitationem facit, quòd actionem (*aliquam*) faciam (*faciat*), tùm facit; et quovis tempore cogitationem facit, (*quòd*) filium, et bovem, (*et*) equum, et camelum velim (*habere cupiam*), tùm vult (*illa expetit*); et quovis tempore cogitationem (*de hoc*) mundo facit, et (*de*) fine (*altero mundo*) facit (*vult facere*), tùm facit. Ipsum hoc cor, *âtma* est; ipsum hoc cor, *oum* est; ipsum hoc cor, *Brahm* est. Cor cole (*ei cultum præsta*): quisquis cor *Brahm* esse ut scivit, colit, quidquid in cor transit (*expetit*), super illud voti compos fit.

Nard petiit: à corde majus ens, ô digne veneratione! si existit, cum me dic.

Dixit: *sanklap* à corde major est. Quovis tempore τὸν *sanklap* (*homo*) facit, id est volitionem facit, tùm cogitationem facit, tùm loquitur, tùm nomen imponit; et in nomine (*libri*) *Beidha* unum fiunt; et in *Beid*, opera. Proindè omnes hæ res productiones τȣ̃ *sanklap* sunt, et è *sanklap* producta fiunt; cum *sanklap* [sunt], et in *sanklap* deorsùm eunt. Cœlum et terram *sanklap* facit: et ventum et τὸν *âkasch sanklap* facit: et crescentia *sanklap* facit: [et aquam, ignem, *sanklap* facit: pluviam *sanklap* facit:] τȣ̀ς *pranha sanklap* facit: (*libros*) *Beidha sanklap* facit: professiones (*artes*, *opificia*, *occupationes*) *sanklap* facit: homines *sanklap* facit: omne *sanklap* facit. Τὸν

Suprà, p. 12.
Suprà, p. 66.

OUPNEK'HAT I. *sanklap*, *Brahm* (*esse*) ut sciveris, cole : quòd, quisquis *Brahm* (*esse*) τὸν *sanklap*, ut scivit, colit, locum acquirit, quòd (*ubi*) super uno (*in uno*) quiescens (*fixus*) fit, et ipse stans (*stabilis*) fiat : et homo (*homines*) illius loci stabiles sunt; et ipse, sine molestiâ, et voti compos efficitur : et homines illius loci etiam sine molestiâ sint. quòd (*nam*) *sanklap*, *Brahm* est.

Nard petiit, quòd à *sanklap* majus ens, ô digne veneratione! si existit, cum me dic.

Dixit : *tschat* à *sanklap* major est. Quovis tempore, *tschatnia*, quòd intelligentia (*scheoour*, *perceptio*, *scientia*) est, fit, (*homo*) τὸν *sanklap* facit ; tùm cogitationem facit; tùm loquitur, tùm illi (*suo*) dicto nomen imponit; in nomine (*libri*) *Beidha* unum fiunt; in *Beid*, opera. Omnia è *tschat* producta fiunt, cum *tschat* residua fiunt (*permanent*), et in *tschat* deorsùm eunt. Ex hoc respectu, multum sciens, qui *atschat* fiat, id est, sine intelligentiâ fiat, et homines dicunt quòd intelligentiam non habet, et ad opus non venit (*nulli operi inservit*) illud quod is scit : propter illud, quòd, si intelligentiam haberet, *atschat* non foret, *satchat* foret. Et aliquis [qui] intelligentiam habet, quamvis parum sciens scit, homines, eum magnum ut sciverunt, verba ejus auscultant. *Tschat*, *sanklap* et præter illa (*et reliqua*, *hoc*) *âtma* est, et *djan* (*anima*) est, et corpus et quietis locus est : hæc omnia à *tschat* producta fiunt, et cum *tschat* residua fiunt (existunt), et in *tschat* deorsùm eunt. Τὸν *tschat Brahm* (*esse*) ut sciveris, cole : quòd, quisquis τὸν *tschat*, *Brahm* (*esse*) ut scivit, colit, locum acquirit, quòd omnes res in illo loco sunt, et super uno quiescens (*consistens*) sit, et ab inimicis, in illo loco; timor non sit. Quisquis τὸν *tschat*, *Brahm* (*esse*) ut scivit, colit, super omnes res, quæ in *tschat* sunt, voti compos fit.

Nard petiit, quòd à *tschat* majus ens, ô digne veneratione! si existit, cum me dic. OUPNEK'HAT I.

Dixit: *dehan*, id est, (*actus*) *maschghouli* (*meditatio*) à *tschat* major est: propter illud, quòd terra, *dehan* facit; et cœlum, *dehan* facit; aqua, *dehan* facit; mons, *dehan* facit; *fereschtegan* (*angeli*), *dehan* faciunt; homines, *dehan* faciunt; et in medio hominum, ille qui, cum cognitione et mortificatione, et gaudio (*felicitate spirituali*) magnus est, magnitudo ejus consequentia (*merces*) τȣ̃ *dehan* est: ille qui, in medio hominum, despectus, et gemens, et sine existimatione est, cum respectu consequentiæ sine *dehani* (*in pœnam* τȣ̃ *non esse dehani*) est. Τὸν *dehan*, *Brahm* esse ut sciveris, cole: quòd, quisquis τὸν *dehan*, *Brahm* (*esse*) ut scivit, colit, quodcunque in *dehan* intrat (*de quo meditari queant*), super illud voti compos fit: quòd, *dehan*, *Brahm* est.

Nard petiit: à *dehan* majus ens, ô digne veneratione! [si existit], cum me dic. *Infrà*, p. 74.

Et dixit: *vekian*, id est, verificatio (*certitudo*) è vultu (*ope*) scientiæ, à *dehan* major est: propter illud, quòd è scientiâ (*libri*) *Rak Beid*, et *Djedjr Beid*, et *Sam Beid*, et *Athrban Beid*, et aliæ scientiæ, et *pran*, et terra, et cœlum, et ventus, et *âkasch*, et aqua, et ignis, et *fereschtegan* (*angeli*), et homines, et (*animalia*) pascentia et volantia, et crescentia, et arbores, et lacerantia (*feræ*), et vermis, et papilio, et formica, et bonum et malum, et rectum et mendacium, boni factor et mali factor, et bonus et malus, et (*hic*) mundus, et finis (*mundus futurus*), [omne] è scientiâ scitum fiat. Et scientiam, *Brahm* esse ut sciveris, cole: quòd, quicunque scientiam *Brahm* (*esse*) ut scivit, colit, locum acquirit, quòd in illo loco ipse etiam *vekiani* (*verificatam scientiam habens*) sit; et homines *vekianian*,

id est scientes, in illo loco sint; (*et*) quidquid in scientiam intrat (*est objectum scientiæ*), super illud voti compos fit.

Nard petiit: à *vekian* majus ens, ô digne veneratione! si existit, cum me dic.

Dixit: audi: robur (*vis*) à scientiâ majus est; propter illud, quòd unus robustus super centum scientes (*doctos*) prævalentiam facit (*victoriam*, *præeminentiam obtinet*). Cùm (*homo*) robur habet, ut surrexit, servitium *ostad* (*magistro*) potest facere (*famulatum præbere*); et [cùm servitium magistro facit], amicus magistri fit, propè magistrum est (*manet*): cùm propè [magistrum] est, acer videns (*visu acuto*) fit: cùm acer videns est, aurem auditor simul pervenire facit (*aurem præstat*): cùm aurem auditor simul pervenire facit, dominus certæ scientiæ fit: [cùm dominus certæ scientiæ est], (*verè*) sciens fit: cùm (*verè*) sciens est, opus faciens fit: [cum opus faciens est], dominus divitiarum (*opulentiæ*) fit. Quin imò à robore terra stans est, et cœlum, et aqua, et mons, et *fereschtegan* (*angeli*), et homines, et (*animalia*) pascentia, et volantia, et crescentia, et arbores, et lacerantia (*feræ*), et vermes, papilio et formica, omnia cum robore (*per robur*) stantia sunt (*permanent*). Robur *Brahm* esse ut sciveris, cole: quòd, quicunque robur, *Brahm* esse ut scivit, colit, quidquid in robore (*per robur*) est, (*super illud*) voti compos fit.

Nard petiit: à robore majus ens, ô digne veneratione! si existit, cum me dic.

Dixit: [audi: ô purum desiderans!] alimentum à robore majus est: propter illud, quòd, quicunque duobus diebus aliquid (*quidquam*) non comedit, si vivens remanet, non videns, non audiens, et non recogitans, et non comprehendens (*non percipiens*), non faciens, et non sciens fit. Et alimentum,

Brahm (*esse*) ut sciveris, cole : quòd, quicunque alimentum, *Brahm* (*esse*) ut scivit, colit, in mundum it, quòd, in illo loco homo sint, qui cibi multas fundationes (*largitiones*) fecerint, et super quidquid in edulio (*per edulium*) est, voti compos fit.

Nard petiit : ab alimento majus ens, ô digne veneratione ! si existit, cum me dic.

Dixit : audi : [ô purum desiderans !] aqua, ab alimento major est : propter illud, quòd, quovis tempore pluvia non pluit, omnia animantia molestiam accipiunt ; quòd alimentum minus fit (*deficit*). Pluvia quòd (*si*) multa fiat, animantia tranquilla (*in otio, commoditate*) fiunt ; propter illud quòd alimentum multum fit. Aqua est, quæ figuram (*variam*) cepit. Hæc terra, et cœlum, et mons, et *fereschtegan* (*angeli*), et homines, et (*animalia*) pascentia et volantia, et crescentia, et arbores, et lacerantia, et vermis, et papilio, et formica, omnia aqua sunt, (*aqua*) quæ has figuras cepit. Aquam, *Brahm* (*esse*) ut sciveris, cole : quod, quicunque aquam, *Brahm* (*esse*) ut scivit, colit, omnia desideria cordis obtinet, super quidquid in aquâ est, voti compos fit.

Nard petiit : ab aquâ majus ens, ô digne veneratione ! si existit, cum me dic.

Dixit : audi : ignis ab aquâ major est : propter illud, quòd, ignis ventum à motu ut retrò dedit (*cessare fecit*), in *bhout âkasch* (*aere*) calorem facit : et cùm calorem fecit, scitum fit, quòd sit pluturum : et cùm nubes rugit (*cùm tonat*), ab hoc latere et illo latere fulgur saltat (*resilit*) ; homines dicunt, quòd, (*cùm*) nubes resonet et [fulgur] saltet, pluvia est plutura. Et (*porrò*) ignis est, qui, primùm, se ipsum ut ostendit, aquam productam fecit. Ignem, *Brahm* (*esse*) ut sciveris, cole : quòd,

OUPNEK'HAT I. quicunque ignem, *Brahm* (*esse*) ut scivit, colit, lucidus fit, et locum lucidorum obtinet: qui (*locus*) ipse cum (*in*) se ipso lumen est, et obscuritas ab illo loco procul est; et super quidquid, in mundo, ignis et lux est, super illud voti compos fit.

Nard petiit: ab igne majus ens, ô digne veneratione! si existit, cum me dic.

Suprà, p. 8. Dixit: audi: [ô purum desiderans!] *bhout âkasch* ab igne major est: propter illud, quòd, sol, et luna, et fulgur, et astra, et ignis, in *bhout âkasch* (*spatio*) sunt; et ex *âkasch* (*aeris ope*), cum voce, unus alterum (*invicem*) petunt, et ex *âkasch* audiunt, et in *âkasch* (*entia*) motum faciunt, et in *âkasch* producta fiunt. *Akasch*, *Brahm* (*esse*) ut sciveris, cole: quòd, quicunque *âkasch*, *Brahm* (*esse*) ut scivit, colit, loca, sicut *âkasch* expansa (*aperta*, *extensa*), et lumen (*luminosa*), et sine termino obtinet; et sine timore et molestiâ est, et super quidquid in *âkasch* [est] voti compos fit.

Nard petiit: ab *âkasch* majus ens, ô digne veneratione! si existit, cum me dic.

Dixit: audi: [ô purum desiderans!] *somran*, id est, memoria, ab *âkasch* major est: propter illud, quòd, collecti (*homines*) sedentes sint, si memoriam non habuerint, loquentem non audiunt, et veracem non habent (*ei fidem non habent*), et non sciunt (*quid dicat*). Quandò cum memoriâ venit (*dicta memoriâ tenent*), audiunt, et (*loquentem*) veracem habent, et sciunt (*quid dicat*). Et è memoriâ omnes res distinctas (*perfectè notas*) faciunt, et cognoscunt. Memoriam, *Brahm* (*esse*) ut sciveris, cole: quòd, quicunque *somran*, *Brahm* (*esse*) ut scivit, colit, super quidquid in *somran*, voti compos fit.

Nard petiit: à *somran* majus ens, ô digne veneratione! si existit, cum me dic.

Dixit: audi: [ô purum desiderans!] desiderium non obtentum à memoriâ majus est: propter illud, quòd è desiderio non obtento, memoria valida (*tenax*) fit. Tùm (*homo libros*) *Rak Beid*, et *Djedjr Beid*, et *Sam Beid*, *Athrban Beid* legit, et opus facit, et filium, et bovem, et equum, et camelum vult (*expetit*), et (*hunc*) mundum, et finem (*mundum futurum*) vult (*desiderat*). Desiderium non obtentum, *Brahm* (*esse*) ut sciveris, cole: quòd, quicunque desiderium non obtentum, *Brahm* (*esse*) ut scivit, colit, super quidquid in desiderio non obtento est, voti compos fit.

Nard petiit: à desiderio non obtento majus ens, ô digne veneratione! si existit, cum me dic.

Dixit: audi: *pran*, à desiderio non obtento major est: propter illud, quòd, quemadmodùm ligna laterum (*radii*) pedis (*rotæ*) currûs, cum umbilico medio (*modiolo*) stantia (*firma*) sunt; ipso hoc modo omnes sensus hominis cum (*per*) *pran* ligati et stantes (*stabiles*) sunt. *Pran*, sine auxilio (*alio*) præter à seipso, motum facit (*se movet*); et *pran*, ipse cum seipso (*per seipsum*) foràs venit (*exit*), et ipse in seipsum deorsùm it (*descendit*: *halitum educit et reducit*). *Pran*, pater est: *pran*, mater est: *pran*, frater est: *pran*, soror est. *Pran*, *ostad* (*magister*) est: *pran*, *Brahman* est. Quicunque patri, et matri, et fratri, et sorori, et τῷ *ostad*, et τῷ *Brahman*, verbum non dicendum dicit, quòd (*ità ut*) cor eorum molestatum fiat, quoad illi τὸν *pran* habent (*respirant*), homines dicunt, quod malè fecisti: dixeris, illos occidisti (*idem est ac si illos occidisses*). Ipsos illos, patrem, et matrem, et fratrem, et sororem, et *ostad*, et *Brahman*, post à τὸ mori (*post mortem*), si ipse (*homo*) ut cepit, (*ablatos*) comburit, cùm *pran* non habeant (*non vivant*), ullus aliquis (*quisquam*) non dicat, quòd malè

De Guig. hist. des Huns, T. 1, 2.e Part., pag. 233.

Sup. N.° XIII, p. 42; N.° XIV, p. 47.

OUPNEK'HAT I. factum, et patrem occidit, et matrem occidit, et fratrem occidit, et sororem et alios occidit, [*ostad* et *Brahmen* occidit]. Proindè mater, et pater, et frater, et soror, et *ostad*, et *Brahman*, omnes *pran* sunt. Quicunque τὸν *pran* hoc modo magnum (*esse*) scit, intelligit, et dicit, eum *atvadi* dicunt, id est, [*ad*] sine fine verbum qui pervenit. Et si hujus speciei personæ dicunt: tu *atvadi* es? oportet quòd, approbatum ut ostendit (*consensit*), dicat, quòd ego hujusmodi (*talis*) sum, et absconditum non faciat.

Ut *Nard*, post à [τῷ intelligere] τὸν *pran*, à *Santkamar* non petiit, quòd, à *pran* etiam majus ens (*est*)? ex hoc respectu (*propter hoc*) τῷ *Santkamar*, cum corde (*in cor*) venit, quòd, dixeris (*idem est ac si*), *Nard* τὸν *pran* ab omni majorem scivit; quòd (*cùm*) aliquid aliud non (*nihil amplius*) petierit. Propterea *Santkamar*, non interrogatus, cum *Nard* dixit, quòd, *atvadi*, id est, qui ad verbum (*infinitum*) pervenit, illum dicunt, qui *sat*, cum significatione (*quod significat*), rectitudinem, intelligit.

Nard petiit, quod, *sat* et rectitudinem volo (*exopto ut*) sciam.

Santkamar dixit; aliquem *sat* illo tempore dicit (*dicunt*), quòd rectum capit (*amplectitur*) et mendacium præterit (*relinquit*): illo tempore eum recti prolatorem (*verum dicentem*) dicunt. Deindè oportet quòd τὸν *vekian* sciat. Τὸν *vekian* explicatio (*significatio*) est ab hoc (*in hoc consistit*), quòd rectum; rectum (*esse*) sciat, et mendacium, mendacium. *Suprà, p. 69.*

Nard petiit: ô digne veneratione! volo (*quòd*) τὸν *vekian* sciam.

Santkamar dixit: quovis tempore (*homo*), τὸν *mathen* facit, *vekian* simul advenit. Τȣ̃ *mathen* significatio est ab hoc, quòd

verbum cum probatione (*argumento*) verificatum (*certum*) facit.

[*Nard*] petiit : τὸν *mathen* volo (*quòd*) sciam.

Dixit : *mathen* tempore fit, quo fides super dictum directoris, quod (*quæ*) conforme libro divino sit, simul advenit.

[*Nard*] petiit : fides verbo directoris, conformis (*libro*) *Beid*, quænam est?

Dixit : tempore quo, lege (*doctrinâ*) directoris servatâ, (*ei*) servitium facit.

(*Nard*) dixit : lex (*doctrina*) directoris quænam est?

Dixit : quælibet mortificatio et molestia (*afflictio*), quam director præcipit, cum opere (*in opus*) afferat.

(*Nard*) petiit : terminus (*meta*) illius mortificationis quisnam est?

Dixit : quo scit, quòd ex hac mortificatione solatium et tranquillitas simul advenit.

(*Nard*) petiit : solatium et tranquillitatem (*quietem*) cum me dic (*mihi nota fac*), ô digne veneratione!

Dixit : solatium et tranquillitas, aliquod est, quod ab omni majus est; et excessus omnis rei, solatium et tranquillitas est.

(*Nard*) petiit : tranquillitas et solatium, quodnam est?

Dixit : *bhouma*, id est, gradus qui ab omni amplior est, [et] ab eo amplior gradus non est, tranquillitas et solatium ipsum illud est: propter illud, quòd, quodcunque ab illo ampliore minus est, in illò quies non est. Quid? (*quia*) volitionem illius amplioris (*homo*) est facturus. Porrò, in volitione τὸ absque quiete est. Et in *bhouma* aliud (*quid homo*) non videt, et non scit, aliud non audit, et aliud non intelligit, et aliud non recogitat. Et *bhouma* itum (*cursum*) non habet, (*non elabitur*), et semper est, et illi τὸ perire (*corruptio*)

OUPNEK'HAT I. et cessatio (*deficientia*) non est. Quid? (*nam*) oculus, et (*potentia*) visûs, et visio (*perspicacitas*), et videns, in *bhouma* unum est : et locus quo (*ubi homo*) alterum videt, et alterum scit, et alterum audit, et alterum intelligit, alterum recogitat, *aniti* est, id est corruptionem et cessationem (*deficientiam*) habet : in illo loco solatium et quies non est.

Nard petiit : ô digne veneratione ! locus τȣ̃ *bhouma* quisnam est; id est, *bhouma* in quo loco sit?

Dixit : *bhouma* in magnitudine suâ ipsâ sit (*residet*). Cùm petieris, dixi, quòd in seipso sit : et, si non (*aliter*), si rectum petieris, ei locus et mansio non est. Quid? (*nam*) magnitudo ejus forma (*aain*) ejus est : et ei ab aliquâ re magnitudo non est : quemadmodùm equus, et bos, et alia, alteri causa magnitudinis (*illud*) est; et ego non dico : magnitudo ejus ab altero est. Quemadmodùm is est, infrà (*imum*) is est, suprà (*superum*) is est, post is est, antè is est, sinistrum is est, dextrum is est : omne is est.

Suprà, p. 57, notâ 1.

In hoc intervallo (*tùm*) dixit, quòd, infrà ego sum, suprà ego sum, post ego sum, antè ego sum, sinistrum ego sum, dextrum ego sum : omne ego sum.

Deindè, propter τὸ facere intelligere τὸν *Nard*, qui, absit! intellexisset, quòd ego corpus (*de corpore*) dicam, quòd, omne ego sum, dixit : infrà, *âtma* est : suprà, *âtma* est : post, *âtma* est : antè âtma est : sinistrum, âtma est : dextrum, *âtma* est ; ego, *âtma* sum, et omne *âtma* est.

Quicunque hoc modo videt et hoc modo fidem facit (*verum confitetur*) et hoc modo scit, [1] ipse cum (*in*) seipso in

1. *Khod ba khod dar aaïschast khod ba khod dar bazist khodra khod djoft ast khod ba khod dar ledzat ast.*

Hîc attende illa verba non de *corpore*, sed de *animâ* esse intelligenda, ipsum auctorem suprà advertisse.

voluptate est, ipse cum seipso in ludo est (*secum ludit*), sibi ipsi ipse conjugatus est, ipse cum seipso in delicio est, ipse rex *behescht* (*paradisi*) est; is ipse, in omni (*re*), in mundo voti compos est. OUPNEK'HAT I.

Quicunque super repugnanti (*modò*, *cum oppositione veritati*) hoc scit, illi alius rex est, et in quamcunque mansionem eat, cum fuerit, non est, et non fuit (*non existens*) fit, et in omni mundo, is voti compos non est.

Et quicunque illo modo videt, et illo modo fidem facit (*verum*

Opiniones è populo ad populum, è linguâ in linguam transeundo, proprium quasi colorem exuunt, et, servato eodem nomine, diversum sensum præbere videntur.

Apud Hebræos (Proverb. VIII, edit. Scultens. 1748), *ab æterno*, inquit Sapientia, *uncta sum* (hebraicè: *me oolam nissacti; vers.* 23) : — *à principio..... genita sum* (*me rosch... kholalti*; *vers.* 23, 24). Quùm Deus orbem fabricaret, *tùm existebam apud eum alumna* (*amoun; vers.* 30), eramque *oblectationes* (*schaaaschoiiim; vers.* 30) quotidiè : *lusitans* (*maskeket; ibid.*) coràm ipso omni tempore : lusitans in orbe terræ ejus (vers. 31), *et oblectationes meæ* (*schaaaschaiii; ibid.*) cum filiis hominum.... Quod nomen ejus (illius qui stabilivit fines terræ), et quod nomen *filii ejus*, si nosti? (*Mah schemo o mah schem beno ki tedaa;* id. cap. XXX, vers. 4.)

Hìc *oblectationes ludo* junguntur. Sapientia igitur, coram summo opifice operans, in opere suo sibi complacet; et hæc operatio, à facilitate et *oblectatione ludi* nomen habet. Hùc redeunt verba *Genesis* (I. 4 etc.), *et vidit Deus quòd esset bonum.*

Apud Indos ens supremum, producere volens, *ludit cum seipso* (*bekhod bazi konad*); de seipso meditatur (*Oupnek'hat XVI, N.° CXVIII*). Apud illos *ludi* quoque, quandò de summâ oblectatione agitur, mentio fit. Sed cùm in illorum religione seu philosophiâ physicâ, omnia, licet graviter et severè, ad generationem, sexuum conjunctione, seu attractione, cum voluptate huic conjunctioni annexâ, ut deliciarum apici, referantur; quæ conjunctio nunc à peritis etiam in plantis agnoscitur: ens supremum *homo* (*mas*) et *fœmina* dicitur (*Oupnek'hat IX, N.° XC; Oupnek'hat XII, N.° CVI*); et ipsa carnalis actûs voluptas in homine, *Brahm* esse asseritur (*Oupnek'hat XXXIX, N.° CLIX*).

Utrùm hæ notiones, *uncta*, *genita*, *oblectationes*, *lusitans filius*, perperàm acceptæ, Indorum sensui locum dederint; vel à primis sæculis hæc doctrina per universum orbem propagata, in Indiâ veluti insederit, eruditis discutiendum relinquo. Hìc sufficiat textum duarum antiquissimarum nationum protulisse, et similitudinem, si qua est, paucis et sobriè præbuisse.

OUPNEK'HAT I. *profitetur*), et illo modo scit, ex *âtmaï* [1] ejus *pran* productus fit; et ex *âtmaï* ejus, desiderium non obtentum; [et ex *âtmaï* ejus, memoriam facere]; et ex *âtmaï* ejus, *âkasch;* et ex *âtmaï* ejus, ignis; et ex *âtmaï* ejus, aqua; et ex *âtmaï* ejus, manifestum [2] et absconditum; et ex *âtmaï* ejus, alimentum; et ex *âtmaï* ejus robur; et ex *âtmaï* ejus, *dehan*; et ex *âtmaï* ejus, scientia; et *Suprà*, p. 68, 69. ex *atmaï* ejus, *tschat;* et ex *âtmaï* ejus, *sanklap;* et ex *âtmaï* ejus, cor; et ex *âtmaï* ejus, loquela; et ex *âtmaï* ejus, (*liber*) *Beid*; ex *âtmaï* ejus, opera; ex *âtmaï* ejus, omnis mundus productus fiat.

Quicunque hoc modo videt, mortem non videt, ægrotationem non videt, et molestiam non videt; omne vidit, omne videt, cum omni modo, omnem rem obtinet: is unicus fit [3], tres (3) fit, quinque (5), septem, novem (9), undecim, centum decem unum est [4], viginti millia fit: id est, unum est, quod sine fine sit: è puritate (*per puritatem*) *ahar*, id est, eduliorum permissorum, et τὸ custoditos habere sensus quinque generum à non audiendo, non olfaciendo, et non videndo, non gustando, et non palpando (*tangendo*), interiùs purus fit: et [cum interiùs purus fiat], continuè intelligens et attentus, et tranquillum fatum (*felici statu, in quiete perfectâ*) fit: cùm continuè intelligens et attentus, et tranquillum fatum est, nodi cordis ejus soluti fiunt.

Santkamar, cùm hac disciplinâ, rubiginem τȣ̃ *aoudia* et

---

1. Series operationum animi, et entium iis subservientium, quæ singula anteà explicata sunt; indè à τῷ *pran*, usquè ad *nomen*.

2. Hoc comma deest in præcedenti expositione, *p.* 70 *et* 71.

3. In margine: *âtma*, unus: tres *aguen* (*ignes*, 3): quinque *bhout âtma* (5): septem *ras* (*colores*, 7); id est, *album*, et *rubrum*, et *nigrum*, et *viride*, et *rosaceum*, et *flavum*, et *tsandaleum*: 9 (vacuum: *Beschn*): 11 (vacuum, *Roudr*): centum et una *rag* (*vena*).

4. Ms. nat. *centum et decem centum et mille*, et *viginti millia*.

non scientiæ, è corde τ8 *Nard* quùm lavasset, ex obscuritate non scientiæ [ad] excessum luminis τ8 *kian* et cognitionis (*suum*) fecit pervenire. OUPNEK'HAT I.

Explicatio URBIS DEI.

Intrà hoc *Brahmpour*, id est, urbem Dei, quod corpus est, conclavium (*cubiculum*) parvum, simile τῷ *nilofer* (*nenuphari*); et in eo, *âkasch* subtilis est. Illud quod in isto *âkasch* est, illud supellectilia (*esse hujus conclavii*) scito. Si aliquis petat, quòd, in hac urbe Dei, quod conclavium parvum (*in eâ*) est, simile τῷ *nilofer*, (*et*) in eo *âkasch* subtilis est, in medio (*ejus*) quid est, quod id oportet (*homo*) quærat et sciat? Responsum oportet det (*dare*): quòd illa quantitas τ8 *âkasch*, quæ in foris est, ipsa illa quantitas τ8 *âkasch* in intrà illud conclavium parvum etiam est: et cœlum et terra, ambo in eo contenta sunt: et ignis, et ventus, et sol, et luna, et fulgur, et astra, quodcunque in hoc loco (*hîc*) est et in hoc loco non est, omne in *tsched âkasch* subtili est. XIX.

Suprà, N° XII; p. 38, n. 1.

Et si aliquis dicit, quòd in illo *âkasch* subtili hæc omnia contenta sunt, et omnes res in eo sunt, omnia desideria in eo sunt; hæc urbs Dei, quod corpus est, cum vetustum fit (*senescit*), et non existens fit, quæ res reliquæ manent? Ei tale responsum oportet dare, quòd, à senectute corporis ille *âkasch* subtilis senex non fiat; et à τῷ occidere corpus, is occisus non fiat; ipse ille verus (*verum ens*) est; et hæc urbs Dei differens est, quòd omnis res in eâ contenta (*est*). Et ille *âtma* est; ab omnibus malis longè est; et senectutem, et mortem, et ægritudinem, et tristitiam, et desiderium τ8 comedere et bibere non habet: rectum, desiderium (*ejus*) est; rectum,

OUPNEK'HAT I. propositum (*intentum ejus*) est. Quemadmodùm, quicunque servitium alicui facit (*servit*), et quidquid is vult (*expetit*), terram, vel urbem, vel τὸν *pargana* (*tractum provinciæ*), in consequentiam (*præmium, pro debito*) servitii, obtinet; sed (*debitum*) residuum non manet : ipso hoc modo, quicunque opus bonum facit, pretium obtinet; sed meritum (*debitum*) pretii reliquum non manet. Quid? (*nam*) tempore quo pretium absolutum fit, consequentia (*debitum*) etiam absoluta fit (*cessat meritum*). Quicunque, τὸν *âtma* ut non cognovit, è mundo it (*exit*), et in [omnes] mundos, non voti compos, et vadit : et illi, qui hoc loco (*hîc*) τὸν *âtma* ut cognoverunt, vadunt (*exeunt*), in [omnibus] mundis voti compotes fiunt; quòd (*quia*) consequentiæ (*merito*) τῦ cognovit τὸν *âtma*, finis (*terminus*) non est.

Quovis tempore (*is qui cognovit* τὸν *âtma*) mansionem *petrlok* vult, quod mundus animarum patrum est, cum duntaxat volitione (*ad solum desiderium*), homines illius mansionis præsentes fiunt : cum patribus lætus et suavis (gratus, benè) est.

Quovis tempore mansionem matrum vult, quod *mater lok* dicunt, cum duntaxat volitione, illam mansionem obtinet; et matres præsentes fiunt, et cum matribus lætus et suavis (*benè*) sit (*est*).

Quovis tempore mansionem fratrum vult, quod *behrater* (*lok*) dicunt, cum duntaxat volitione illam mansionem obtinet; et fratres præsentes fiunt, et cum fratribus lætus et suavis (*benè*) est.

Quovis tempore mansionem sororum vult, quod *sousa lok* dicunt, cum duntaxat volitione, illam mansionem obtinet; et sorores præsentes fiunt, et cum sororibus lætus et suavis (*benè*) est.

Quovis tempore mansionem amicorum vult, quod *sak'heh lok* dicunt, cum duntaxat volitione, illam mansionem obtinet; et amici præsentes fiunt; cum illis lætus et suavis (*benè*) est. OUPNEK'HAT I.

Quovis tempore [mansionem] bonorum odorum vult, quod *schepap* *tschandan lok* dicunt, cum duntaxat volitione illius mansionis mansionem obtinet; et boni odores præsentes fiunt, cum illis lætus et suavis (*benè*) est.

Quovis tempore mansionem edulii, et τȣ̃ bibere vult, quod illam cum *madopal lok* dicunt, cum duntaxat volitione, illam mansionem obtinet; et divisiones (*diversæ species*) eduliorum et τῶν bibere, præsentia fiunt; et cum illis lætus et suavis (*benè*) est.

Quovis tempore mansionem cantantium vult, quod *dadter lok* dicunt, cum duntaxat volitione illam mansionem obtinet, et illi [cantantes] præsentes fiunt; cum illis lætus et suavis (*benè*) est.

Quovis tempore (*mansionem*) fœminarum bonæ et suavis figuræ vult, quod *astri lok* dicunt, cum duntaxat volitione illam mansionem obtinet; et illæ præsentes fiunt; et cum illis lætus et suavis (*benè*) est.

Præter has res, quidquid desiderium et volitionem facit (*exoptat*), cum duntaxat desiderio in illam mansionem (*mansionem illarum rerum*) pervenit, et illæ res præsentes fiunt; et cum illis lætus et suavis (*benè*) est.

Præter has res et volitiones, omne rectum est, mendacium non est : sed ex *aoudia*, quod mendacium est, coopertus factus, et aliquis (*homo*) ex hoc mundo ad illum mundum [cum] non scientiâ vadit. Ut *aoudia* eum deorsùm cepit (*subegit*), cum illo quòd (*etsi*) hæ omnes res in pectore ejus

OUPNEK'HAT I. sunt, is cum hoc desiderio (*ad hoc quod desiderat*) non pervenit, et has mansiones non obtinet.

Quicunque, velum erroris per incuriam et τȣ̃ *aoudia*, è pectore ejus surrexit, et forma (*aain*) τȣ̃ *tsched âkasch* factus (*est*), ei, in ipso illo loco, omnia desideria et mansiones præsentia sunt.

Quemadmodùm thesaurus auri in sub terrâ est; persona quæ non scit, desuper illum τὸ venit et it fecerit, et illum non invenit: ipso hoc modo, omnes homines, quoque die, semper, in τῷ *sakhepat* (*somno*) ad *Brahm lok* progressi, et cum illo *tsched âkasch* interiori conjuncti, heu, heu! non sciunt quòd, cum quo loco (*quònam*) progressi, et cum quo conjuncti sunt: propter [illud quòd] error per incuriam, et *aoudia* illos per vim ut traxerunt, foràs afferunt (*extrà se adducunt*).

Porrò ipse ille *âtma*, qui in pectore est, pectus, pectus propter illud dicunt (*pectus pectoris nomen ex eo habet*), quòd locus habitationis ejus est.

Quicunque illum *âtma* cognoscit, quoque die, et semper ad *Brahm lok* vadit: ille doctus, ut corpus pertransiit (*corpore relicto*), forma lucis factus, lucem-ens ipse obtinet, et forma veritatis ipse fit.

Et illum *âtma* sic dixerunt, quòd sine cessatione est, sine timore est, *Brahm* est.

Et nomen hujus *Brahm*, *sati* est.

Et hoc (*vocabulum*) trium (3) litterarum est : *sin*, et *t*, et *i*. *Sin*, *amart* est; id est, sine cessatione. Quid? (*nam*) motum (*vocalem*) habet (*non quiescens est*) : et *t*, quod quiescens est, signum mortis habet; proindè cum cessatione est: et *i* motum habet. Collecta faciens τὸ sine cessatione et τὸ

cum cessatione est : id est, *sin* et *t*, [quæ] (*primum*) motum, (*secundum*) quiescens sunt. OUPNEK'HAT I.

Quicunque significationem τȣ *sati* hoc modo intelligit, (*et*) semper cum hoc *maschghoul* sit (*meditetur*), cum (*ad*) *sourk lok*, quod *behescht* (*paradisus*) est, vadit.

Atma similis ponti est, qui omnes res in loco et mansione suâ ipsâ (*propriâ*) servatas habet, ut cum unâ alterâ mixtæ (*confusæ*) non efficiantur, et pereuntes (*perditæ*) non fiant.

Et *âtma* sicut pons est, quòd, dies et noctes temporis ad finem ejus non possunt pervenire.

Senectus et mors illum *âtma* non assequuntur; et tristitia et supplicium (*pœna*), et merces eum non assequuntur (*non attingunt*); et is ab omnibus malis (*omnium malorum*) immunis est; et *Brahm lok*, ipse ille *âtma* est.

Quicunque illum assequitur, si non videns sit, videns fit; et si non sanus sit, sanus fit; si vulnus habens est, sine vulnere fit; et [si] ægrotus [sit], non ægrotus fit.

Quicunque hunc pontem, quod *âtma* est, assequitur, et nox ejus dies fiat; id est, obscuritas ejus, lumen fiat : is semper *prakasch sroup* est; id est, apparens et manifestus est : ipsa hæc apparentia et manifestatio ejus, *Brahm lok* est. Hunc *Brahm lok* aliquis (*is*) obtinet, qui derelictionem uxoris et omnium voluptatum facit. Quicunque illum obtinuit, in omni loco, cum omni ratione, quod vult, sit (*est*); et quovis tempore, quo seipsum ab omnibus voluptatibus separatum (*fecit*), is rectus (*est*).

Omnes voluptates, et (*omnia*) opera meritoria (*et remunerationes*), sicut *korban* (*sacrificium*), et mortificatio, et custodia animarum, et servatam habere (*tueri*) animam ab errore per incuriam, et cogitationem facere in verba (*animo volvere*

OUPNEK'HAT I. *sermones*) directoris, et derelictionem alimenti facere, et pervenire ad piscinam (*stagnum*) *kothr*, quod in *behescht* (*paradiso*) tertio est, quod illum, *Brahma lok* dicunt : et in illo *behescht* duo fluvii magni sunt, (qui) similes mari (*omnia*) ambienti (*oceano*) sunt ; et illud stagnum *kothr* plenum è vino est, illo modo (*tali*) vino, quòd, quicunque illud comedit (*bibit*), ex læto statu ebrius efficiatur : et in illo *behescht* arbor *pilpel*[1] est, quòd ab illâ aqua vitæ stillat : et urbs est in illo *behescht*, quod nomen ejus *Pratscheta*[2] est, quòd ullus aliquis non potest super illam victoriam adipisci; et illa urbs τȣ *Brahma* est : et in illâ urbe, una domus ex auro est, quam dominus urbis propter seipsum construxit : has omnes res aliquis obtinet, qui omnes voluptates præteriit (*reliquit*); is, in omnibus mundis voti compos fit.

Et hic *behescht* (*paradisus*) cum quolibet (*omni re quæ*) in eo est, in ipso hoc corpore hominis apparens et subsistens est. Venæ, quæ cum conclavio, simili τῷ *nilofer*, quod in pectore (*est*), conjunctæ sunt (*adhærent*), ex aquâ subtili alimenti plenæ sunt : et illa aqua quinque (5) colores habet; rosaceum, et viridem, et album, et flavum, et rubrum : et sol etiam ipsos hos quinque (5) colores habet; rosaceum, et album, et viridem, et flavum, et rubrum.

Et illi colores aquæ, quæ in venis est, è radio solis colorem ceperunt.

Quemadmodùm via magna ad duas urbes pervenit : ipso hoc modo radius solis cum pectore hominis terræ et hominis cœli conjunctus est : radius solis, è sole in illas venas ingre-

---

1. *Pilpel*, *indica populus* (*peepela tree*). *Heetopad.* p. 181, *not. Wilkins*, *p.* 321.
2. In margine, *Apratscheta.*

ditur, et ex illis venis cum sole conjungitur; et quovis tempore homo dormit, et somnium non videt (*non habet*); quod illud, status τȣ *sak'kepat* est; et radius solis, è viâ (*per viam*) venarum, cum *hardi âkasch* conjungitur: et in illo tempore, ei qui somnum fecit (*homini sopito*) ullum malum non pervenit; propter illud, quòd persona sopita, cum radio solis, in illo tempore, in illis venis (*per illas venas*) una facta, mansit (*in hoc statu manens est*), et forma lucis reddita est. Porrò, in illo tempore [in his venis] malum cum illâ (*ad illam*) quomodò perveniret?

Homini cùm tempus mortis advenit, robur it (*abit*). Præsentes ab eo petunt: nos cognoscis? Quoad *pran* è corpore super non venit (*non exivit*), omnes cognoscit. Quandò *pran* è corpore supervenit (*exit*), illæ lineæ radii solis eum cum sursùm attractum ferunt.

Quicunque in petitione (*quæsitione*) τȣ *âtma* fuit, et cum *âtma maschghouli* fecit (*de eo meditatus est*), simul ac anima è corpore ejus supervenit (*exit*), è (*per*) *Brahmandher*, quod membrana cerebri est, transgressa, è viâ (*per viam*) radii solis, cum sursùm vadit, cum celeritate solliciti (*cogitabundi*) cordis, quod in locum (*aliquem*) pergit, è medio solis, quod janua τȣ *Brahmalok* est; usque (*ità ut*) cum [illâ] celeritate transgressus, aliquis qui petitor τȣ *âtma* est, cum (*ad*) *Brahma lok* perveniat.

Et aliquis qui non sciens et *akian* est, et in petitione τȣ *âtma* non fuit, quandò anima ejus è corpore supervenit (*exit*), è viâ membranæ cerebri super non venit (*non exit*), et cum sole (*ad solem*) non pervenit; usquè cum pervenire (*ità ut perveniat*) ad *Brahma lok*. Quomodò perveniret? Et in ipso hoc mundo in malo (*pravitate*) operum dispersa (*dissipata*) manet.

OUPNEK'HAT I. Suprà, n.° XVIII, p. 78.

Et unum centum et una vena, quod cum corde (*cordi*) contiguum est, in medio earum una vena est, quæ ad membranam cerebri pervenit : et ex illâ viâ (*per hanc viam*) è sole transgressus (*homo*) cum (*ad*) *Brahma loh* pervenit.

Quicunque cum (*in*) hac viâ pergit, vivens perpetuò (*æternus*) fit.

Et non scientibus, et errantibus per incuriam, quòd (*quandò*) anima supervenit (*exit*), è viâ (*per viam*) venarum aliarum, congruenter (*ad*) opera eorum supervenit (*exit*).

Ille *âtmai*, quòd ei malum, et senectus, et mors, et tristitia, et desiderium τȣ̃ comedere et bibere non est, et rectum et volitio (*ejus*), et rectum et propositum (*intentum ejus*) est, quamcunque volitionem quòd faciat, existens fit (*efficitur*), illum *âtma* oportet quærere, et oportet scire, et illum ipsum cum se ipso (*existentem*) oportet scire.

Instituta τȣ̃ P*RADJAPAT* (*in viam rectam ducentia*).

XX. QUICUNQUE τὸν *âtma* hoc modo scit, super omnia regna et volitiones victoriam obtinet : sic dixit *Pradjapat.*

Fereschtehha (*angeli*), et *schiattin* (*dæmones*), cùm hoc verbum τȣ̃ *Pradjapat* audivissent, desiderium fecerunt, quòd, nos illum *âtma* quæramus et sciamus; quòd (*ut*) è τῷ quærere illum omnes (*nostræ*) volitiones faciles (*adimpletæ*) fiant, et super omnes mundos victoriam obtineamus.

Andr, *Radjah* τῶν *fereschtehha*, et *Proudjen*, *Radjah* τῶν *deitan;* ambo super (*per*) anxietatem (*mœrorem*, *invidiam*, *zelotypiam*) unius (*in*) alterum, cùm omnes res præteriissent (*deseruissent*), cum ratione (*ad modum*) discipulorum, antè

Pradjapat iverunt; et derelictionem omnium voluptatum cùm fecissent, spatio triginta et duorum (32) annorum servitium illi fecerunt, et mortificationem traxerunt (*passi sunt*). OUPNEK'HAT I.

Ut vanitas (*superbia*, *vana gloria*) in his ambobus [corporibus] fuit, *Pradjapat* cum his (*eis*) honorem non fecit (*exhibuit*).

Post servitium et mortificationem triginta et duo (32) annorum, (*quâdam*) die *Pradjapat* ab eis petiit, quòd, propter quamnam volitionem (*in*) hunc locum (*hùc*) venistis?

Dixerunt: ille *âtma*, qui ab omni malo immunis et separatus est, et senectutem, et mortem, et tristitiam, et molestiam, et desiderium τȣ comedere et bibere non habet, et rectum desiderium (*ejus*) et rectum propositum (*intentum*, *ipsa operis aggressio*, *ejus*) est, illum oportet quærere, et eum et oportet scire: et quisquis eum quæsivit et scivit, omnia regna (*omnes possessiones*) et desideria obtinet: expositionem (*elogium*) illius *âtma*, quod vos fecistis, illam ut audivimus, ô digne veneratione! cum desiderio ejus in hunc locum cùm venissemus, mansimus.

Pradjapat cum ambobus dixit: hic *porschi* [1], qui in oculo visus fit, ipse hic *âtma* est: et ipse hic non moriens est: et ipse hic non timens est: et ipse hic *Brahm* est.

E designatione (*explicatione*) τȣ *Pradjapat*, hi ambo sic intellexerunt, quòd, desiderio ab illo *porschi* (*de*) quo *Pradjapat* dixit quòd in oculo est, *âtma* est (*cùm ille porschi âtma sit*), ipsa hæc repercussio (*repræsentatio*) quæ in oculo est, *âtma* est futura.

Ambo cum *Pradjapat* dixerunt, quòd, repercussio (*repræ-*

---

1. Hac de imagine, in oculi pupillâ apparente, vide 1 *Alcib. Platon. Oper.* (1578); *T. II*, *p.* 132-133.

OUPNEK'HAT I. *sentatio*), quæ in oculo apparet, in aquâ, et in speculo, et (*in*) quâlibet re, quæ splendorem (*politionem*) habuerit, adhuc apparet : in medio harum (*repræsentationum*), *âtma* quinam est ?

Pradjapat, propter probationem (*institutionem*) intelligentiæ illorum, dixit, quòd, hæc omnia unus *âtma* est : et *Pradjapat* dixit, quòd in aquâ vos luteum magnum ipsum (*vestrum*) intueamini, et quidquid intelligetis, ut veneritis, cum me dicatis.

Ambo cum abiissent, in aquâ vas luteum ipsum (*suum*) intuiti, antè *Pradjapat* venerunt.

Pradjapat petiit : quid vidistis ?

Dixerunt : ô digne veneratione ! nos (*à*) capite ad pedes ipsos à pilo et ungue captos (*pilis et unguibus plenos*) in ipsâ illâ aquâ vas luteum ipsum (*nostrum*) vidimus.

Pradjapat dixit : vestimentis cùm (*vos*) cooperueritis, et (*vos*) ipsos ordinatos (*adornatos*) feceritis, pilum et unguem ceperitis (*sustuleritis*), in ipsâ illâ aquâ vas luteum ipsum (*vestrum*) videritis, (*et*) antè me veneritis, loquamini.

Illi, cùm ivissent, et vestimentis et gemmis (*se*) cooperuissent, et pilum et unguem cepissent, se ipsos in aquâ viderunt.

Pradjapat dixit : quid vidistis ?

Dixerunt : quemadmodùm (*nos*) ipsos ordinaveramus, et pilum et unguem ceperamus, ipso illo modò (*nos*) ipsos vidimus.

Pradjapat dixit : ipsum hoc, *âtma* est : ipsum hoc non moriens est : ipsum hoc non timens est : ipsum hoc *Brahm* est.

Ambo contenti et læto corde fuerunt, (*cogitantes*) quòd nos ambo τὸν *âtma* invenimus; et abierunt : *Radjah* τῶν

fereshtehha, repræsentationem (*esse*) *âtma*, cùm intellexisset; *Radjah* τῶν *djenan*, corpus. OUPNEK'HAT I.

Siquidem *Pradjapat* vidit, quòd, hi τὸν *âtma* ut non intellexerunt, (*et*) repræsentationem (*in oculo*), et corpus (*esse*) *âtma* sciverunt, abeunt; quisquis ex his τὸν *âtma* ut non intellexit, abit, et quemadmodùm ipse intellexit, et tribum suam intelligere facit, illi devii (*errantes*) sunt futuri, et à viâ rectâ procul sunt lapsuri.

Et *Radjah* τῶν *djenan* læto statu factus, et corpus suum ipsum (*esse*) *âtma* cùm intellexisset, antè tribum suam ivit; ipsum hoc verbum, quod corpus *âtma* est, cum tribu suâ (*tribum suam*) edocuit, et dixit: quidquid existit (*hast*), ipsum hoc corpus est; ipsum hoc corpus ipsum (*vestrum*) colite (*ei cultum reddatis*), et cum (*super*) ipso hoc corpore *maschghouli* facite (*meditemini*): quòd (*quià*) quicunque corpori suo ipsi cultum (*præbet*), et cum (*super*) illo *maschghouli* (*agens*) fit, super hunc mundum et super illum mundum victoriam est obtenturus. Et *âtma*, præter corpus, non est.

Nunc etiam in hominibus (*inter homines*) quisquis corporis cultor sit, et corporis *maschghoul* (*meditator*) sit, et opus purum (*bonum*) non facit, et scit quòd *âtma* ipsum hoc corpus est, homines eum (*de eo*) dicunt, quod è tribù τῶν *djenan* est: et ipsos hos corporis cultores, assimilatores (*taschbihi*[1], *comparatores*, *æquiparatores*, *similitudinem præferentes*) dicunt. Cognitio (*scientia*) τῶν *djenan* ipsa hæc est. Quemadmodùm mortuum, tempore τȣ super afferre (*illud auferre*) ordinant (*instruunt*, *componunt*), *djenan* etiam cum ordinatione cor-

1. *Taschbihi*, à *taschbieh*, assimilatio, comparatio, *similitudo*; eo quòd τὸν *âtma*, corpori, *similitudini* exteriori, assimilarent: indè *botparasti*, idolorum, figurarum cultus, originem duxit.

poris mortui ipsi capti fuerunt (*in eâ multùm occupati sunt*), et ab ordinatione (*secundùm dispositionem*) corpus mortuum nominant, et, mortui, opinantur, quòd super illum (*futurum*) mundum victoriam sumus (*sunt*) obtenturi.

Andr, *Radjah* τῶν *fereschtehha*, antè tribum suam cùm non ivisset, et non pervenisset, ut recogitationem fecit, secum ipso dixit, quod repræsentatio corporis, quomodò *âtma* possit esse? quid? (*nam*) ab ordinatione hujus corporis, illa repræsentatio ordinata (*composita*) apparet; et à τῷ pilum et unguem sumere (*tollere ab*) hoc corpore, illa repræsentatio, pilo et ungue ablato apparet; et à τῷ vestimento operire hoc corpus, illa repræsentatio etiam vestimento cooperta apparet: tunc, si hoc corpus non videns et cæcum fit, illa repræsentatio etiam non videns et cæca apparet; et si manus et pes hujus corporis fracta sint, illa repræsentatio etiam, manu et pede fractis apparet: proindè cognitum fit, quòd, si corpus periens (*destructum*) fit, illa repræsentatio etiam periens fiat. Ego in τῷ *âtma* scire (*esse*) repræsentationem, utilitatem (*fructum*, *emolumentum*) non video.

Et hos gradus mente speculatus [1], rursùs cum modo (*more*) discipulorum, voluptatum derelictionem cùm monstrasset, propè *Pradjapat* venisset, *Pradjapat* petiit: tu læto corde et contentus factus, simul viâ (comes) τȣ̃ *Proutschen* abieras; rursùs quid vis, quòd venisti?

Andr dixit: ô digne veneratione! ego repræsentationem corporis mei ipsius quomodò (*esse*) *âtma* sciam? Quòd (*cùm*) à τῷ ordinare corpus, repræsentatio ordinata appareat; et à τῷ pilum et unguem sumere (*è*) corpore, illa repræsentatio

1. *Tassavver namoudeh*: propriè, *meditando*, *imaginando cùm sibi figurasset*, *hos gradus contemplatus*, *mente sibi delineasset*.

pilo et ungue ablatis appareat; et à τῷ vestimento cooperire corpus, illa repræsentatio vestimento cooperta appareat; corpus si non videns sit, illa repræsentatio non videns appareat; et si corpus cæcum sit, illa repræsentatio cæca appareat; et si corpus manu et pede fractum sit, repræsentatio etiam manu et pede fracta appareat: (*undè*) cognitum fiat, (*quòd*), si hoc corpus periens fit, repræsentatio etiam periens fiat. Ego in τῷ scire hoc, quòd repræsentatio *âtma* est, utilitatem non video.

Pradjapat dixit: hoc modo est, quo tu intellexisti. Ego cum te (*illud*) sum dicturus: triginta et duo annis aliis, sicut fuisti, (*antè me*) sis (*mane*).

Andr triginta et duobus (32) annis aliis mansit, et illud quod, è derelictione voluptatis et mortificatione fecerat, cum consuetudine pristinâ (*more pristino*) fecit.

Posteà *Pradjapat* cum *Andr* dixit, quòd, ille *porschi* qui, in somno, sine sensibus exterioribus, omnes voluptates obtinet, et omnes actiones facit, ipse ille *âtma* est; ipse ille non moriens est; ipse ille non timens est: et ipse ille *Brahm* est.

A τῷ audire hoc verbum τȣ̃ *Pradjapat*, *Andr* contentus et læto corde factus, iens fuit (*abiit*). Et adhuc cum (*ad*) *fereschtehha* non pervenerat, in viâ, in hoc cogitans fuit, quòd, quamvis, cum τῷ cæcum esse hoc corpus, ille *porsch* cæcus non fiat; et à τῷ non videns fieri hoc corpus, is non videns non fiat; et à defectibus hujus corporis, cum eo (*ad eum*) defectus non perveniat; et à τῷ manum et pedem secare (*abscindere*) huic [corpori], manus et pes ejus secta non fiat: attamen hoc quantùm (*talis*) est, quòd, modò cum aspectu proveniat (*videatur*), quòd aliquis eum percutiat, et modò aliquis illum fugere faciat, et modò ploratum faciat (*lacrymas effundat*), et

modò timeat: proindè cognitum fit, quòd, si hunc *porsch* etiam (*esse*) *âtma* scio, (*illud*) utile non est.

Tùm hæc *mout*, cum figurâ fatigationis et gravedinis, cum (*ad*) *pran* non potuit pervenire, et eum assequi (*apprehendere*).

Et cùm *pran* in medio (*esset*), et loquela et alia (*agentia*), in circuitu ejus, mansionis electionem fecissent, statum ejus Suprà, N.° XIV, p. 47. ut sciverunt, inter seipsos dixerunt : hic *prani*, qui in medio

nostrûm locum cepit, valdè magnus est, quòd in τῷ intrare OUPNEK'HAT II.
et super ire (*exire*), et in τῷ custodire (*cohibere*, *suspendere halitum*) absolutè pœnam (*laborem*) non trahit (*non experitur*), et non est (*nullus*) non efficitur. Primum (*melius*) illud, nos etiam figuram τȢ *pran* ut sumpserimus, in locis propriis (*nostris*) simus.

Deindè omnes figuram τȢ *pran* ceperunt: cum hac causâ omnes sensus *pran* dicunt.

Quisquis hanc significationem *maschghouli* suum efficit, familia illius personæ, cum (*è*) nomine ejus celebritatem obtinet, et ex eo dignitatem (*magnitudinem*) sumit (*recipit*).

Quisquis cum domino hujus *schoghl* falsitatem (*hypocrisim*) exercet (*illum decipit*), corpus ejus siccum efficitur (*marcessit*), et ab illâ infirmitate liber non redditus, moritur.

Hic *maschghouli*, *adhiatam* nomen habet; id est, *maschghouli* in corpore suo (*in corpus suum*).

Post ab hoc, *maschghouli addeivak*, quòd in eo vitam impendere potestas (*est*), dictum fit.

Ignis dixit, quòd ego semper in τῷ scintillam vibrare sum futurus: et sol dixit, quòd ego semper in fulgenti calefactione sum futurus: luna dixit: ego semper lucida sum futura. Ipso hoc modo *mokelan* (*præfecti*) aliorum sensuum, congruenter ad conclusum datum suum, quisque unus firmatum dederunt (*se acturos asseverârunt*).

Mokel visûs, sol est: et *mokel* loquelæ, ignis est: et *mokel* cordis, luna: et *mokel* auditûs, *djehat*: et *mokel* τȢ *pran*, ventus.

Quemadmodùm, in medio sensuum, vis τȢ *pran* minor (*defectiva*) non facta, et fatigatio mortis eum non assecuta est (*non apprehendit*); ipso hoc modo, in medio ignis, et solis et lunæ, et *djehat*, ventus est, quòd, consummatum *Suprà*, p. 150.

OUPNEK'HAT II. fieri (*finire*), et fatigatio mortis in eo viam non invenit : et *mokel* ventus, sicut sol et luna, occasum faciens non est.

Et in loco alio (*libri*) *Beid*, *mantri* conforme huic sensuï est; quòd, è quâ re sol ortum facit; et in quam rem occasum facit? Ex ipso hoc vento ortum facit; et in ipsum hunc ventum occasum facit.

Porrò sensus, qui *fereschtehha* interni sunt, et *mokelan* sensuum, qui externi sunt, cum aliquo (*aliquid*) quod fixum ceperunt (*fecerunt*), super ipsum illud determinatum stabiles (*firmi*) sunt futuri.

Cum hac causâ, quisquis, ut *pran* et *apan* uno loco (*esse*) fecit, *maschghouli* facit, *mouti* (*mors*), quòd cum loco (*vice*) peccati est, eum non attingit (*apprehendit*) : quid ? (*quia*), sensus alios cùm fatigatio τȣ̃ *mout* apprehenderit, dominum *schoghl* ejus (*hujus*), etiam apprehendit; et quocunque tempore hujus *maschghouli* τȣ̃ collecta (*unita*) facere *pran* et *apan* initium facit (*hunc maschghouli incipit*), certè oportet (*quòd*) ad finem pervenire faciat; quòd (*ut*) cum hoc (*per hunc*) *maschghouli*, cum *pran* unum fiat, ut super mundum is victoriam obtineat (*et*, *sicut pran*, *morti impervius evadat*).

Suprà, *p.* 150.

Sestan Brahmen absolutum est.

Absank'ha Brahmen. [*Adhiaï tertium*].

XXVI. Mundus, cum (*in*) toto (*suo*), comprehensus, in mundi[1] nomine, et figurâ, et opere; ideò quód, quidquid in campum existentiæ intrat, ei, ex his tribus (3) rebus, fuga non est (*hæc tria includit*).

---

1. De his tribus, nomine, figurâ et opere, vide Platonem. *Epist.* 7, *de modo sciendi. Oper.* (1578); *T.* 3, *p.* 342; *interpr. Ficin.* (1557), *p.* 638.

Nomen, quod primum est in his quibusque tribus (3), loquela causa ejus est; ideò quòd nomina è loquelâ simul proveniunt.

Et loquela [*Sam*[1]] est nominibus. *Sam*, cum significatione, æquale esse, est : et loquela cum omnibus nominibus æqualis (*proportionata*, *apta*) est : et cùm nomina ab existentiâ (*hasti*, *substantiâ*) loquelæ, existentia (*hast*) reddita (*sint*), nominibus loquela creatrix est; ideò quòd, loquela, à figurâ suâ (*per figuram suam*), custodiam nominum facit, et cum figurâ suâ (*propriâ*) nomina apparentia facit.

Secundum, quod figura est, visus causa ejus est; ideò quòd figuræ è visu scitæ fiunt.

Et visus *Sam* est figuris. *Sam*, cum significatione, æquale esse est : et visus cum omnibus figuris æqualis est : et cùm figuræ ab existentiâ (*hasti*) visûs existentes redditæ (*sint*), figuris visus creator est; ideò quòd visus, à figurâ suâ, custodiam figurarum facit, et, cum figurâ suâ, figuras apparentes facit.

Tertium, quod opus est, corpus causa ejus est; ideò quòd opera à corpore simul proveniunt.

Et corpus *Sam* est operibus. *Sam*, cum significatione, æquale esse est. Et corpus cum omnibus operibus æquale est (*illorum capax est*) : et cùm opera ab existentiâ practici (*operantis*) corporis existentia reddita (*sint*), operibus corpus creator est; ideò quòd corpus, à figurâ suâ custodiam operum facit, et, cum figurâ suâ opera apparentia facit.

Ex aggregatione horum quorumque trium (3), quod nomen, et figura, et opus sit, corpus simul provenit.

---

1. Sic *ms. nat.* In meo, scribæ incuriâ, *gouiaï nam ast asmhara : loquela nomen est nominibus.*

OUPNEK'HAT II. Quamvis corpus unum sit, tamen hæc quæque tria (3) cum (*in*) corpore apparentia sunt : et illud (*ens*) sine cessatione in subter velum τȣ̃ *hasti* velatum (*absconditum*) redditum.

Suprà, N.° VI, p. 24. *Hasti*; significatio ab *asthoul scherir* est (*per asthoul scherir explicatur*), quòd corpus crassum sit : et sine cessatione, indicium cum *pran* est (τὸν *pran designat*) : et desiderium à *pran* (*quod per pran intendunt*), *lang âtmaï* [, id est, *âtmaï* τȣ̃ *âtma*,] (*est*), quod in corpore subtili est : et nomen et figura, quod forma corporis τȣ̃ *Pradjapat* est ; et *hasti* nomen ejus est, cum hoc (*sub hoc*) *hasti* ille *âtma* velatus redditus est [1].

Absank'hai Brahmen, et *adhiaï* tertium absolutum est (*absoluta sunt*).

Adhiaï quartum. Darpat Palak *Brahmen.*

XXVII. Darpat *Palak*, nomine *Zinardari* (*zonam*, *cingulum habens*), è stirpe *Kark*; qui in scientiâ dominus perfectus, et, cum (*in*) opinione suâ, doctus erat, antè *Radjah Adjat schetr* venit.

Adjat schetr ex illo dicunt, quòd, *djat*, in *loghot* (*vocabulariis*) nasci est; et *hamzah* (*a*, *alef*), propter negationem; et *schetr*, cum significatione inimici (*significat inimicum*) : id est, inimicus ejus unquàm è matre genitus non factus; ideò quòd doctus in loco (*vice*) animæ mundi est; et individua mundi, in loco (*vice*) membrorum corporis ejus : et inimicitia membrorum cum animâ impossibilis est ; cum hoc respectu (*idcircò*), aliquis, qui cum docto inimicitiam facit, existentia ejus etiam impossibilis est (*certè peribit*).

---

1. Alinea totum, à verbo *hasti*, usque ad *velatus redditus*, errore scribæ, in meo *ms.* iterùm scriptum : semel tantùm, in *ms. nat.* apparet.

Qui (*Zinardari*) cum *Adjat schetr* dixit : ô *Radjah* regni *Kaschi*, id est, regni *Benarès!* veritatem τȣ̃ *Brahm*, quemadmodùm existit, super te (*tibi*) evidentem sum effecturus.

Radjah Adjat schetr [dixit] : cum læto statu (*gaudio in me producto*), ipso hoc verbo, quod ex ore tuo super ivit (*exivit*), tibi mille boves sum daturus : ideò quòd ex [omni] latere (*undique*) homines, *Radjah Djank* dictus, cum spe (*fiduciâ*) integrâ antè eum eunt : et si, quemadmodùm veritas τȣ̃ hos mille boves dare me oppositos uni verbo (*pro uno verbo, in compensatione unius verbi*) in mundo famam (*mihi*) obtinet, cum patientiâ (*expecto*) quòd hæc præstitio (*executio*) meæ (*promissionis*) causa submissionis docti (*doctorum ergà me*) efficiatur; quòd illa causa occursûs illius (*Radjah Djank*) fiat; et homines antè me etiam veniant.

Tùm *Darpat* dixit : *porschi*, qui in sole est, ego eum *Brahm* (*esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum (*de eo meditor*).

Radjah cum eo dixit : in (*super*) hac significatione, cum me disputationem non fac; ideò quòd *porsch* solis, cum magnitudine integrâ (*perfectâ*) sedentem, et quidquid ex [compositione [1]] elementorum simul provenit, (*hunc*) *porsch* solis regem magnæ (*sublimis*) dignitatis ut scivi, cum eo *maschghoul* sum, non *Brahm* (*eum esse*) sciens. Quicunque hujus modi *maschghouli* ostendit [exequitur], ei, cum magnitudine integrâ sedere facile eveniet (*erit*); et in illo quod è compositione elementorum simul provenit, rex summæ dignitatis sit (*erit*).

---

(1) A paginâ 155 ad 163, verba duobus uncis simpliciter inclusa, è fine XII. *Oupnek'hat*, ubi notam vide, desumpta sunt.

OUPNEK'HAT II. *Darpat* dixit : *porschi*, qui in lunâ est, ego eum *Brahm* (*esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum.

Radjah cum eo dixit : in hac significatione, cum me disputationem non fac ; ideò quòd, hunc *porsch* lunæ, magnum et albo vestimento, et regem vegetabilium (*esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum, non *Brahm* (*illum*) sciens. Quicunque hujusmodi *maschghouli* facit, die cum die (*de die in diem*) in domo ejus, in medio operum *djak'ha*, *kia soum* multum contritum fiat (*fiet*) ; id est, divitiæ ejus multæ fiant, *djak* multa faciat, et alimentum ejus minus (*deficiens*) non fiat, et quocunque tempore, quocunque loco quo velit, alimentum obtineat.

Suprà, *N.° XXIII*, *p.* 119.

Deindè *Darpat* dixit : *porschi*, qui in fulgure est, ego eum *Brahm* (*esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum.

Radjah cum eo dixit : in hac significatione, cum me disputationem non fac ; ideò quòd hunc *porsch* fulguris dominum violentiæ subitæ [1] ut scivi, cum eo *maschghoul* sum, non *Brahm* (*eum*) sciens. Quicunque hujusmodi *maschghouli* facit, is dominus violentiæ subitæ fiat, et liberi ejus etiam domini vis subitæ fiant.

Posteà *Darpat* dixit : *porschi*, qui in *bhout âkasch* est, ego eum *Brahm* esse ut scivi, cum eo *maschghoul* sum.

Radjah cum eo dixit : in hac significatione, cum me disputationem non fac ; ideò quòd hunc *porsch* τῷ *bhout âkasch*, in omni loco comprehendentem (*omnia comprehendentem*, *ubique extensum*), et motum non facientem è loco in locum, ut scivi, cum eo *maschghoul* sum, non *Brahm* (*eum*) sciens. Quicunque hujusmodi *maschghouli* facit, cum multitudine liberorum et animalium (*pecorum*, *etc.*) integra loca compre-

1. *Tehour* : legendo *Tehour* cum *primo hé*; *celeritatis*.

hendens fiat; unquàm progenies ejus ex hoc mundo resecta non fiat.

Deindè *Dorpat* dixit : *porschi*, qui in vento est, ego eum *Brahm* (*esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum.

Radjah cum eo dixit : in hac significatione, cum me disputationem non fac; ideò quòd, *porsch* venti, *andr*, id est, regem *behescht* (*paradisi*), et *biknatheh*, quód, ullo loco, super exercitum ejus aliquis victoriam non obtinuit, (*eum*) hoc modo ut scivi, cum eo *maschghoul* sum, non *Brahm* (*eum*) sciens. Quicunque hoc modo *maschghouli* facit, omnibus locis victoriam facit, et unquàm domitus (*ab*) aliquo non fiat, et super inimicos suos dominans et victor semper sit (*erit*).

Tùm *Darpat* dixit : *porschi*, qui in igne est, ego eum *Brahm* (*esse*) ut scivi, cum eo maschghoul sum.

Radjah cum eo dixit : in hac significatione, cum me disputationem non fac; ideò quód hunc *porsch* ignis, sumentem omne coquendum, qui, quoad cinerem illud non faciat, non præterit (*non deserit, talem*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum, non *Brahm* (*eum*) sciens. Quicunque hoc modo *maschghouli* facit, is sumens omne fiat coquendum, quoad non est (*annihilatum*) non faciat, non prætereat (*præteribit*), et liberi ejus etiam cum hac qualitate fiant.

Posteà *Darpat* dixit : *porschi*, qui in aquâ est, ego eum *Brahm* (*esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum.

Radjah cum eo dixit : in hac significatione, cum me disputationem non fac; ideò quod hunc *porsch* aquæ, quod *bran* sit (*est*), *mokel* (*præpositum*) sicut (*me*) ipsum ut scivi, cum eo *maschghoul* sum, non *Brahm* (*eum*) sciens : id est, quemadmodùm, in jussu meo, occupationes (*operationes*)

OUPNEK'HAT II. mundi cursum habent, cum jussu ejus aqua fluens est. Quicunque hujusmodi *maschghouli* facit, omnes res, congruenter ad volitionem ejus, cum eo (*ad eum*) perveniant, et ullus agens oppositus ei non sit (*non erit*); natus qui ex eo productus sit, conformis ei sit (*erit*).

Tùm *Darpat* dixit : *porschi*, qui in *djehat* (*atmospherâ*) est, ego eum *Brahm* (*esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum.

Radjah cum eo dixit : in hac significatione, cum me disputationem non fac; ideò quòd hunc *porschi* τȣ *djehat* ego in duabus mansionibus, id est, in duabus auribus, unum ut scivi, cum eo *maschghoul* sum, non *Brahm* eum sciens. Quicunque hujusmodi *maschghouli* facit, certè secundus (*alter*) productus sit (*erit*), qui cum eo concordans (*unanimis*) efficiatur; et familia (*ejus*) cum eo concordans facta, ab eo separata non fiat.

Deindè *Darpat* dixit : *porschi*, qui in speculo est, ego eum *Brahm* (*esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum.

Radjah cum eo dixit : in hac significatione, cum me disputationem non fac; ideò quòd hunc *porsch* speculi lucidum et lumen ut scivi, cum eo *maschghoul* sum, non *Brahm* (*eum*) sciens. Quicunque hujusmodi *maschghouli* facit, lucidus et lumen fiat, et liberi ejus etiam lucidi et lumen fiant; et in collectione (*cœtu*) quâ erit, ab eo lucidior et amabilior alius in illâ collectione non sit (*non erit*).

Posteà *Darpat* dixit : vox (*sonus*), quæ, in tempore motûs [respirationis], è naso super it (*exit*), *porschi* qui in eâ est, ego eum *Brahm* (*esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum.

Radjah cum eo dixit : in hac significatione, cum me disputationem non fac; ideò quòd, hunc *porsch*, *pran* (*esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum, non *Brahm* (*eum*) sciens.

Quicunque hujusmodi *maschghouli* facit, vitam naturalem (*naturalis longitudinis*) in hoc mundo obtineat (*obtinebit*), et illi mors subitanea non fiat.

Tùm *Darpat* dixit: *porschi*, quòd, is forma umbræ est, ego eum *Brahm* (*esse*) ut scivi, eum eo *maschghoul* sum.

Radjah cum eo dixit: in hac significatione, cum me disputationem non fac; [ideò quòd] hunc *porsch* umbræ, *mout* (*mortem esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum, non *Brahm* (*eum*) sciens. Quicunque hujusmodi *maschghouli* facit, in hoc mundo vitam naturalem (*naturalis longitudinis*) obtineat, [et] ei mors subitanea non sit (*non erit*).

Deinde *Darpat* dixit: *porschi*, qui in corpore est, ego eum *Brahm* (*esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum.

Radjah cum eo dixit: in hac significatione, cum me disputationem non fac; ideò quòd hunc *porsch* in corpore dominum electionis (*liberi arbitrii*, *esse*) ut scivi, cum eo *maschghoul* sum; id est, *djiw âtma*; non *Brahm* (*eum*) sciens. Quicunque hujusmodi *maschghouli* facit, cum (*in*) corpore dominus electionis (*suæ*) fiat, et filii ejus etiam domini electionis fiant (*fient*).

Tùm *Darpat* silentii electionem fecit.

Radjah cum eo dixit: præmissa (*præliminaria*) verificationis (*agnitionis pro vero*) τȣ̃ *Brahm*, in ipsâ hac quantitate (*quæstionum et responsionum*) comprehensa scivisti?

Darpat dixit: ego in ipsâ hac quantitate illa scivi.

Radjah dixit: ex his præmissis qualitates τȣ̃ *Brahm* scita non sunt.

Darpat dixit: à te directionem (*veritatem edoceri*) expecto.

Radjah dixit: venire τὸν *Brahman* cum respectu (*causâ*) petitionis (*cognitionis*) τȣ̃ *Brahm*, antè reges, contrarium

(*usui*) stabilito in (*temporibus*) præteritis est : attamen, ut in te constantia petitionis manifesta est, cum te è *Brahm* indicium dabo (*tibi τὸν Brahm indicabo*); et cum ratione (*eo modo*) explicatum faciam, quòd tranquillum (*contentum*) cor tuum fiat.

Deindè *Radjah* manum *Darpat* ut sumpsit, surrexit, et (*eum*) in locum tulit, quòd aliquis illo loco sopitus erat.

Ut venit, stans factus est (*substitit*); et illi personæ sopitæ, cum his nominibus, quæ nomina τȣ *pran* est, cùm clamorem (*exclamationem*) fecisset (*dicens*) : ô magne, et ô domine vestimenti albi, et ô luna, et ô rex! ab hac exclamatione ille sopitus experge non factus est.

Posteà, manum super eum transire fecit : adhuc experrectus redditus non est.

Illo tempore, cum manu ut (*eum*) molitavit (*conquassavit*), experge fecit.

Propositum (*meum*) illud (*est*), quòd, ô *Darpat!* ex omnibus colloquiis præcedentibus tuis, *maschghouli τȣ pran* apparens erat (*τῷ pran uni intentus visus fuisti*). Si *pran*, *pram âtma* foret, cum acclamatione (*per acclamationem*) nuncium habens (*monitus*) effectus fuisset; ideò quòd è τῷ venit et ivit halitus (*è respiratione*) manifestum est, quòd *pran* in corpore hoc est.

Et si hoc corpus, et illud quod cum eo est, *Brahm* esset, cum fricatione manûs, (*sopitus*) nuncium habens effectus esset.

Ut, cum τῷ conquassare (*eum solùm agitando*), experrectus redditus est, certum scito, quòd *Brahm* ab his ambobus (*pran et corpore*) liber (*diversus*) est.

Radjah dixit : in habitatione (*sede*), quâ hæc persona sopita erat, [qui,] post à τῷ transire facere (*relinquere*) illam

sedem, cum figurâ scientiæ [1] apparens factus est, et in hoc corpore occupationem (*operationes*) facit, in tempore somni, hæc persona quo loco erat, et quamnam figuram habebat, et è quo loco, cum quo loco (*in quem locum*) venit? OUPNEK'HAT II.

Darpat intentum τȢ *Radjah* non obtinuit (*non apprehendit*): et ex colloquio τȢ *Darpat* hoc manifestum erat, quòd *djiw âtma*, *Brahm* est.

Radjah voluit, quòd *barteheh* [2] (*oppositionem*, *disparilitatem*) τȢ *Brahm* à *djiw âtma*, explicatam faceret.

Tùm dixit: *porschi*, qui forma scientiæ est, tempore τȢ dormire, τȢς *pranha*, quòd explicatio à sensibus est (*qui sensus sunt*), vires uniuscujusque (*pran*) cum latere interiori (*ad intrà*) ut attraxit, in medio τȢ *âkaschi*, qui in intrà cor est, et ille *âkaschi* forma τȢ *Bram âtma* est, cùm (*eas*) deletas reddidit (*ad nihilum redegit*), quietem sumit.

Porrò, si occupatio (*operationes*) sensuum, ens ejus esset, in corde (*illud*) deletum non foret.

Et illos sensus tempore quo cum intrà corpus attrahit, ille *porsch*, *soupat* nomen obtinet; id est, sibi ipsi similis (*ipsemet existens*); ideò quòd [*sou*], cum significatione, ipse (*se*) est; *apat*, cum significatione, invenire (*possidere*) est: id est, in illo tempore seipsum invenit (*adipiscitur*, *possidet*).

Et τὸν *pran*, et sensum (*sensus*), et loquelam, in medium corporis ut attraxit, in seipso deleta facit (*ad nihilum redigit*).

Ipso hoc modo odoratum, et visum, et auditum, et cor etiam, ut cepit, in seipso deleta facit.

1. *Eelm*; *Oupnek'hat* 12, in *ms.* nat. et infrà. In meo *ms. aalem* (*figurâ*) *scientis*.

2. Samskreticè, *bàritam*, *oppositio*, *contrà*. *Oupnek'hat* 12: *keh beh razm ve ima az djiw àtma beïan konad*; *quòd cum enigmate et nutu* (*indicio*) *è djiw àtma explicationem faciat*.

OUPNEK'HAT II.

Et in tempore τȣ deorsùm ire in somnum, in mansione (*sede*) quà sit, illi mundi hujus *porsch* est (*sunt*). Porrò in illis mundis, modò similis regi fit; et modò similis *Brahman* magno; modò, in creatione sublimi (*in creaturis altioribus*), similis τῷ *fereschtah*; et modò, in creatione infimâ, similis colubri et scorpioni : cum imaginatione (*per imaginationem*) has figuras approbatas facit (*induit*).

Et, quemadmodùm rex magnus, homines regni sui ut (*firmâ autoritate*) retinuit, in loco suo, cum modo (*eâ ratione*) quòd volitio ejus est, sui (*suæ voluntatis*) cum arbitrio (*dominus*) est; ipso hoc modo, hic *porsch*, qui cum figurâ scientiæ est, sensus, qui, in vigiliâ, in locis suis (*propriis*) erant, (*eos*) in intrà corpus ut attraxit, conformis volitioni suæ (*propriæ*) sit (*est*).

Posteà, in tempore quod *sak'hepat* sit, in illo tempore quidquam absolutè non intelligit (*apprehendit*).

Cum viâ (*per viam*) *heta;* nomine venarum, quæ in numero septuaginta et duo millia sunt, et è corde egressæ totum corpus comprehensum (*circumdatum*) fecerunt; sensus in (*intrà*) corpus ut attulit, illa persona dormit.

Tùm, quemadmodùm parvulus qui absolutè cogitationem (*rationem*) non haberet; vel rex, quòd homines in comprehensione (*sub potestate*) ejus sint; aut *Brahman* magnus, (*qui*) in scientiâ gradum verificatum (*recognitum*) habuerit; sicuti ex τῷ auferre differentiam harum (*trium personarum*) cum concursu cordis (*dispositionum*) desiderant (*has tres personas unâ mente esse exoptant*) : ipso hoc modo, *djiw âtma*, cum *pram âtma*, qui forma scientiæ est, in *sak'hepat*, unus factus, quietem capit.

Et ipse hic *djiw âtma*, tempore quo cum corde unum fit, et in mundo somni *tamascha* (*spectaculum*) figurarum facit :

tempore quo (*homo*) experrectus fit; sicut aranea quæ, ut è seipsâ filum productum fecit, texit; et quemadmodùm scintillæ è carbone ardente superegressæ, diffusæ (*sparsæ*) fiunt: ipso hoc modo omnes sensus, quos cum intrà (*porsch*) tulerat, extrà ut superattulit, (*homo*) experrectus fit, et apparens (*exteriùs*) agit. OUPNEK'HAT II. *Infrà*, *N.° LXXX.*

Ipso hoc modo, è *pram âtmaï*, qui forma scientiæ est, in tempore magni *sak'hepat*, [quòd (*ubi*) *pram âtma*] cum figurâ [originali] suâ manserat, rursùs cum simul viâ (*comitatu*) τȢ *maïa*, à capite novo (*de novo*), post resurrectionem magnam, omnes sensus et omnes mundi, et omnes *mokelha* (*præpositi*), et omnia elementa; quòd significatio est, à *Brahma*[1] ad paleam, assurgunt,[2] et experrecta fiunt.

Et nomen illius *pram âtma*, *Oupnek'hat* est. Et ille *pram âtma*, *sat* τῶν *satha* est: id est, *pran* et elementa composita (*in compositione*), quod *Pradjapat* est; et elementa simplicia, quod *Haranguerbehah* est; omnes *sat*, is est. Is, cum principium horum sit, *sat* τῶν *satha* est.

Eum (*sic esse*) scito.

Porrò, à τῷ facere intelligere τὸν *Radjah* (*ex eo quòd Radjah intelligendum præbuit*), scitum fit, quòd, illum *Brahm* in uno apparentiæ loco (*objecto*) comprehensum non oportet scire: quin imò illum *âtma* comprehendentem omne, et formam omnis (*rei*), et superiorem (*altiorem*) ab omni (*re*), et liberum (*immunem*) ab omni, oportet scire [3].

Absolutum est, *Darpat Palak Brahmen* [4].

---

1. In meo *ms. Brahmand*, *orbis mundi. Suprà N.° II*, *p.* 12.
2. In margine: id est, τȢ *sak'hepat subactio* (*destructio*).
3. Præcipuum doctrinæ indicæ caput. Ens supremum tali vel tali objecto addictum non est: è contrà, absque limite, absque vinculo, absque defectu, supereminenter, omnibus constat, omnia refert, omnia replet, omnia comprehendit.
4. Nunc [ ] designant variantes lectiones è *ms. nat.* desumptas.

OUPNEK'HAT II.

[*Adhiaï quintum.*] *Schaschou Brahmen.*

XXVIII. Quisquis puerulum et domum ejus, et calefacientia ejus, et columnam et funem (*ligamen*) ejus, scit, septem inimicos malum recogitantes inutiles (*sine robore*) efficit.

Puerulus, ipse hic *djiw âtma* est, qui in corpore locum habet; et corpus, domus ejus; et caput, locus conventûs calefacientium; et *pran*, columna, quòd, cum robore ejus illa domus super pedem est (*stat*); et funis, alimentum, quòd per hoc columna (*domui*) alligata est.

Et *djiw âtma*, septem res causa τȣ custoditum habere (*eum*) est (*sunt*), in hac creaturâ crescente; quòd unaquæque in custodiâ studium absolutum habet (*summam operam ponit*).

Lineæ rubræ, quæ in oculo sunt; et *Roudr*, cum figurâ harum redditus (*sub earum figurâ*), in custodiâ hujus *pran* et *djiw âtma maschghoul* est (*huic rei, attentè meditans, incumbit*) : et aqua, quæ in oculo est; nubes cum figurâ ejus facta, custodiam agit : et visus (*potentia visûs*), qui in oculo est, sol, cum figurâ ejus factus, custodiam agit : et nigrum, quod in oculo est; ignis cum figurâ ejus factus, custodiam agit : et album, quod in oculo est; *andr*, cum figurâ ejus factus, custodiam agit; et palpebra, quæ deorsùm (*infrà*) oculum est (*inferior*); terra, cum figurâ ejus facta, custodiam agit : et palpebra, quæ sursùm (*suprà*) oculum est (*superior*); *behescht* (*paradisus*), cum figurâ ejus factus, custodiam agit.

Quisquis ab hac veritate (*hujus veritatis*) gnarus est, alimentum ejus unquàm minus (*deficiens*) non fiat (*non fiet*).

Confirmans hanc significationem hoc *mantr* τȣ *Beid* est.

Pyxis est, quòd in infrà os (*apertura*) ejus est; et extremitas (*pars inferior*) ejus, cum latere sursùm (*suprà erigitur*). OUPNEK'HAT II.

Quemadmodùm in pyxide *soum* custoditum habent, τὸν *pran* in illà (*pyxide*) custoditum habuerunt (*habent*). *Suprà, N.° XXIII, p. 118.*

Et ille *pran* cum figurâ omnis (*totius*) mundi est; et in simul umbrâ ejus septem *rek'heschir*, in septem mansionibus (*sedibus*), quæ cum eo propè sunt, locum sumpserunt: octava loquela est, quæ mentionem τȣ *Brahm* facit.

Pyxis, quòd os ejus, deorsùm; et infrà ejus, sursùm est; ipsum hoc caput est: ideò quòd, in hoc capite, os in deorsùm est, et infrà ejus, in sursùm.

Et τὸν *pran*, qui cum figurâ mundi est, et in eo (*capite*) custoditum habuerunt, ipse hic *pran* unicus est; quòd ille cum figurâ mundi est. In simul umbraculo ejus septem *rek'heschir*, ipsi hi οἱ *pranha* est (*sunt*), quòd unusquisque vim suam apparentem facit. Octava, loquela est, quæ mentionem τȣ *Brahm* facit, et, in tempore τȣ legere, cum (*libro*) *Beid*, qui *Brahm* est, unum fit.

Et illi septem *rek'heschir*: in aure dextrâ, *Goutam;* et in sinistrâ, *Bhardouadj;* et in oculo dextro, *Beischwamtr;* et in sinistro, *Djamdken*; et in alâ (*nari*) dextrâ nasi, *Beschast;* et in sinistrâ, *Kaschp;* et in ore, *Atr.* [1] *Infrà, N.° XLI, LXXX.*

Quisquis meditans repræsentatam (*sibi*) hanc significationem facit, sicut *pran* in medio (*hominum*) locum ut cepit, comedens omne fiat, et omne, alimentum ejus efficietur.

Absolutum est *Schaschou Brahmen.*

---

1. In margine: *explicatio.* " *Quemadmodùm pran in corpore hominis, cum (in) loco (vice) custodiæ est (illud custodit); ipso hoc modo, hi septem sensus super circùm pran sunt, in loco septem astrorum sunt, quæ super circà polum gyrant (volvuntur); quòd illa septem astra, Benat eul naas, et septem Rak'heh dicunt.* „

Hæc explicatio, in *ms. nat.*, pars et continuatio textûs, hoc ipso loco est.

OUPNEK'HAT II.

[*Adhiaï sextum.*] *Mourt amourt Brahmen.*

XXIX. Tȣ *Brahm* cum *aoudïa* duæ figuræ sunt, et sex (6) qualitates.

Illæ duæ figuræ, una, sine formâ (*vultu, specie, figurâ, schekl*); secunda, cum formâ.

Et sex (6) qualitates : corruptibile, et sine cessatione; terminatum, et non terminatum; magis apparens (*exterius*) à magis apparente, et magis interius ab interiore (*quovis*).

Suprà, N.° XX, p. 94. Porrò illud quod, præter ventum et *fezza* (*atmospheram*) est, formam (*speciem exteriorem*) habet : et illud quod formam habet, cum his tribus (3) qualitatibus, quod, corruptibile et terminatum et apparens (*exterius*) est, commendatum redditum (*descriptum est*).

Et illud [cum] formâ, quod cum qualitatibus suis memoratum est, oculus solaris, qui fulgens calefacit, principale (*præcipuum præditorum*) his quibusque tribus (3) (*qualitatibus*) est : ideò quòd, oculus solis præcipuum aliquid est, quod, cum convenienti suo (*secundùm quod ei convenit, juxtà naturam suam*) apparens est.

Et illud quod sine formâ est, cum his tribus (3) qualitatibus, quod, sine cessatione est, et complectens (*omnia*) et interius est, commendatum redditum (*est*).

Et illud sine formâ, quod cum qualitatibus memoratum fuit, præcipuum ejus *porschi* est, qui, in hoc oculo, fulgendo calefacientis solis possessionem habet (*eum possidet*); id est, *mokel* solis : ideò quòd ille *mokel* solis præcipuum aliquid est, quod cum convenienti suo (*secundùm quod illi convenit*) absconditum est; quid? (*quia*) hic *mokel* possidens est, et ille oculus aliquid est, quòd, in illo possessionem facit (*quod occupat, in quo operatur*).

Infrà, N.° XXXI, p. 176.

Divisiones (*portiones*, *species*), quæ in τᾶς *mokelan* formam habent, et non habent, dictæ sint (*sunt*). OUPNEK'HAT II.

Post ab hoc divisiones (*diversæ species*), quæ in corpore est (*sunt*), et formam habent et non habent, dictæ fiant.

Ipsum hoc corpus, quod, præter *pran* et *bhout âkaschi* (*eis exceptis*), qui in corpore est (*sunt*), formam habet; et ipsum hoc formatum (*speciem habens*) cum his tribus (3) qualitatibus, quod, corruptibile et terminatum, et apparens (*exterius*) est, commendatum factum.

Et hoc formatum, id est, corpus, cum qualitate quòd memoratum fuit, oculus, qui causa τȣ̃ videre est, præcipuum ejus est: ideò quòd, hic oculus præcipuum aliquid est, quod, cum convenienti suo apparens (*exterius*) est; id est, corpus. *Suprà*, *p.* 166.

Et illud quod sine formâ est, (*præter*) *pran* (*et*) *bhout-âkaschi*, qui intrà corpus sunt, ipsum hoc sine formâ, cum his tribus (3) qualitatibus, quòd, sine cessatione, et comprehendens (*omne*), et absconditum, est (*sunt*), commendatum redditum (*est*).

Et illud sine formâ, quòd qualitates ejus memoratæ sunt, præcipuum ejus *porschi* est, qui in hoc oculo possessionem habet: ideò quòd ille *porsch* præcipuum aliquid est, quod, cum convenienti suo, absconditum est.

Et figuræ hujus *porsch*, hoc modo est (*sunt*): quemadmodùm frustulum telæ subtilis, puræ, quod è (*cum*) flavo ligno colorem (*coloratum*) effecerint; et quemadmodùm pilus (*lana*), qui cum colore flavo sit; et quemadmodùm vermis ruber, qui in tempore pluviæ super it (*exit*), qui [etiam] flavescens[1] est; et quemadmodùm scintilla ignis; et quemadmodùm flos

1. *Ms. nat. Niz bhouti*; in meo, *bir bhouti* : *bhoud*, *flavescens*.

OUPNEK'HAT II. *niloufer* (τȣ *nenufar*); quemadmodùm repentè (*subitò*) lumen apparens fit.

Quisquis cum hoc *maschghouli* constantiam ostendit, repentè ei mundus (*opes mundi*) acquisitus fiat, et repentè purum nomen (*fama*) ejus in mundo diffusum efficiatur.

Deindè dico, quòd, hoc modo non est, et hoc modo non est.

Desiderium à negatione primâ (*quod designat negatio prima*), illud est, quòd ille *Brahm* formâ præditus (*cum formâ exteriori*), et sine formâ non est.

Desiderium à negatione secundâ, illud est, quòd, causa τȣ cum formâ et sine formâ, quod *maïa* est, *Brahm* ab eâ adhuc liber et immunis (*separatus*) est.

Et causa τȣ expositum (*facere*) illud cum phrasi (*hac significatione, hac ratione*): hoc modo non est, et hoc modo non est, illa est, quòd, phrasis melior ab hac, in figurâ confirmandi propter expositionem ejus (*cùm aliquid confirmandum est, ut rectè exponatur*), inventa non fiat; quòd cum eâ exposita facta fiat.

Tùm *sat sat*, quod nomen ejus est, *hak hak* (*verum verum*) est: ideò quòd, ut omne animans, in ordinatione existentiæ (*hasti*) suæ, indigens cum *pran* est (τῷ *pran opus habet*), *pran hak* est, id est, principium omnis (*rei*); et *pran*, in *hasti* suo (*existentiâ, substantiâ suâ*), indigens cum *Brahm* [qui] *hak hak* est, id est, principium principii omnis (*rei*).

Absolutum est *Mourt amourt Brahmen.*

[*Adhiaï septimum.*] *Meitri Brahmen.*

XXX. *Djaknoulak* cum uxore suâ, *Meitri* nomine, dixit: ô *Meitri!* ego ratum propositum feci, quòd, derelictionem

bonorum mobilium (*supellectilis domesticæ*) ut egerim, τὸ *sanias* sumam (*amplectar*), et utensilia domûs inter te et subjectos tuos (*eos qui sub te sunt*), divisionem faciam.

Meitri hoc ut audivit, in responsum dixit; quòd, ô sanctitas! si capite (*ad*) caput vultum terræ è bonis super bona cùm feceris (*superficiem terræ opibus operueris*), cum me (*mihi*) des; verùm ego, cum τῷ dare illud aurum cum merentibus (*dignis*), vitam æternam (*an*) obtineam?

Djaknoulak præcepit (*dixit*) : non, ô *Meitri!* quemadmodùm homo opes habens, cum desidiâ (*ad otium*) vitæ caput fert; tu etiam, illo modo, es futura : et cum τῷ dare opes et utensilia mundi, vita æterna quomodò cum manu (*ad manum*) veniat?

Meitri dixit : bona et utensilia, quæ à τῷ corruptibilem fieri (*perire*) liberationem non largiuntur, (*de iis*) quid faciam? O sanctitas! ex quâcunque re vita æterna fiat, illud mecum dic.

Djaknoulak dixit : ô mulier, beneplacitum quærens meum! conforme cum voto meo desiderium fecisti : antè (*me*) veni, et sede; et quidquid cum te dicam, aurem fac, et in corde firmum habe.

Meitri dixit : impera (*loquere*), ô sanctitas!

Djaknoulak dixit : non hoc modo est, ô *Meitri!* quòd maritum uxor propter maritum amicum habeat (*amet*); quin imò (*potiùs*), propter actionem suam (*voluptatem et proprium negotium, commodum*) amicum habet. Et non hoc modo est, ô *Meitri!* quòd maritus uxorem propter uxorem amicam habeat (*diligat*); quin imò, propter actionem suam amicam habet. Et non hoc modo est, ô *Meitri!* quòd natum propter natum amicum habeant; quin imò, propter actionem suam amicum habent. Et non hoc modo est, ô *Meitri!* quòd aurum propter aurum

amicum habeant; quin imò, propter actionem suam (*quidquid illius ope efficitur*) amicum habent. Et non hoc modo est, ô *Meitri!* (*quòd*) τὸν *Brahman*, propter *Brahman* amicum habeant; quin imò, propter actionem suam amicum habent. Et non hoc modo est, ô *Meitri!* quòd regem propter regem amicum habeant; quin imò, propter actionem suam amicum habent. Et non hoc modo est, ô *Meitri!* quòd mundos propter mundos amicos habeant; quin imò, propter actionem suam amicos habent. Et non hoc modo est, ô *Meitri!* quod *fereschtehha* propter *fereschtehha* amicos habeant; quin imò, propter actionem suam amicos habent. Et non hoc modo est, ô *Meitri!* (*quòd*) elementa propter elementa amica habeant; quin imò, propter actionem suam amica habent. Et non hoc modo est, ô *Meitri!* quòd omne (*omnia*) propter omne amicum habeant; quin imò, propter actionem suam [1] amicum habent.

O *Meitri!* *âtma* videndus est, et audiendus est, et intelligendus est, et in corde firmus faciundus est. O *Meitri!* cum τῷ videre (*illum*), et audire, et intelligere, et in corde firmum facere, hæc omnia evidentia (*manifesta*, *indubitata*) fiunt.

Et quid? (*nam*) species (*genus*) τῶν *Brahman* illum longè projicit (*à se rejicit*), qui genus τῶν *Brahman* præter (*diversum esse ab*) *âtma* scit.

Species regum eum longè projicit, qui speciem regum præter *âtma* (*esse*) scit.

Omnes [homines [2]] illum longè projiciunt, qui omnes homines præter *âtma* (*esse*) scit.

---

1. *Ms.* nat. *Baraiè khod*, *propter seipsum*.

2. In meo *ms. Hameh âtma anra dour konad* : *omnis âtma illum longè facit*. In *ms.* nat. *Homeh mardom âtmara dour konad* : *omnis homo* τὸν *âtma longè facit*. Pro *âtmara*, lego *anra*, scribæ incuriâ in *âtmara* mutatum.

Elementa illum longè projiciunt, qui elementa præter *âtma* (*esse*) scit.

Et omne (*omnia*) illum longè projicit (*projiciunt*), qui omne præter *âtma* (*esse*) scit.

O *Meitri! fereschtehha*, et elementa, et omne illud, quod super te (*tibi*) annumeravi, forma τȣ̃ *âtma* est (*sunt*).

Porrò, quemadmodùm, in tempore quo *nakarah* pulsatum fit, soni qui, ex illis causis (*hac pulsatione*), in *nakarah* apparentes fiunt, et methodus (*ludendi*), et artes (*artis perfectio*), et celeritas, quas τȣ̃ *nakarah* dominus, in τῷ pulsare facit (*adhibet*); quantùmvis hæ in estimatione (*prætio*, *merito*) à voce (*sono*) τȣ̃ *nakarah* separatæ sint, attamen, cùm in substantiâ (*dzat*) ab illo separatæ non sint, absque voce (*sono*) τȣ̃ *nakarah*, auditæ (*cognitæ*) non fiunt; et quovis tempore auditæ fiunt, cum voce τȣ̃ *nakarah* auditæ fiunt.

Quemadmodùm in tempore quo τῷ *sankhah* lusum fit, voces (*soni*) quæ ex illis causis in *sank'hah* apparentes fiunt, et methodus, et artes, quas ludens τȣ̃ *sank'hah* in τῷ ludere facit; quantùmvis hæ, in æstimatione, à voce τȣ̃ *sank'hah* separatæ sint, attamen, cùm, in substantiâ, ab illâ separatæ non sint, absque voce τȣ̃ *sank'hah* auditæ non fiunt: quovis tempore auditæ fiunt, cum voce τȣ̃ *sank'hah* auditæ fiunt.

Quemadmodùm, in tempore quo τῷ *bin* [1] lusum fit, voces (*soni*), quæ ab illis causis in *bin* apparentes fiunt, methodus, et artes, et celeritas, quas ludens τȣ̃ *bin* in τῷ ludere facit; quantùmvis hæ in æstimatione [à] voce τȣ̃ *bin* separatæ sint, attamen, cùm, in substantiâ ab illâ separatæ non sint, sine voce

---

1. *Bin*, *weena* τȣ *heetopad*; *p.* 113. Instrumentum, cordis metallicis instructum, cujus descriptionem dat *Wilkins*, *not.* 148, *p.* 311. Vide et *Bagavad. Tr. Fr.* (1788), *p.* 332. *Vinet*, espèce de guitare.

OUPNEK'HAT II.

τῶ *bin* auditæ non fiunt : quovis tempore auditæ fiunt, cum voce τῶ *bin* auditæ fiunt.

Porrò, aliquid, quod sine aliquâ re alterâ inventum (*obtentum, acquisitum, visum*) non fit, illud formam ejus (*aaïn o, quod illum monstrat, refert*) oportet scire.

Suprà, N.° XVI, p. 57, not. 1.

Quemadmodùm ignis, quòd illum cum lignis viridibus (*humidis*) accenderint, et fumi diversi in colore et formâ (*figurâ*), ex lateribus ejus superveniunt (*assurgunt*).

Ipso hoc modo, ô *Meitri!* ex illo *mahabhout*, sicut halitus sine libertate (*respiratio naturaliter, ex se, exiens*), hic (*liber*) *Rak Beid*, et *Djedjr*, et *Sam Beid*, et *Oupnek'hat*, et aliud omne extrà supervenit (*egressa sunt*).

Unum esse causam (*et*) causatum (*causâ productum*); et τὸ sine simili, et similitudo, ab hac comparatione manifestum est : (*scilicet*) unum esse lutum cum vase; quòd, lutum causa est, et vas, quod ex eo productum est, causatum.

Id est, quemadmodùm ante creationem omnis (*totus*) mundus in scientiâ τῶ *Brahm* fuit : post à creatione adhuc omnis mundus cum figurâ τῶ *Brahm* est.

Quemadmodùm mansio (*sedes*) omnium aquarum una, mare comprehendens (*oceanus*) est; et omnibus tactibus pellis una mansio est; et omnibus formis (*imaginibus*), oculus una mansio; et omnibus sonis, auris una mansio est; et omnibus sensibus, cor una mansio est; et omnibus custodientibus, *hardiâkasch* una mansio est; et omnibus carnalibus actibus, membrum proprium una mansio est; et, (*quò*) inferiùs propulsa (*fiunt*) omnia redundantia, podex (*et quidquid ad eum pertinet*) una mansio est; et omnibus scientiis, loquela una mansio est : ipso hoc modo, quælibet res, quæ à principio suo separata facta (*est*), (*in*) fine cum principio suo conjungitur.

Et quemadmodùm frustum petræ salis, quod illud intrà et extrà omne (*totum*) sal est; cùm, in principio, figuram aquæ haberet, et post τὸ ligatum (*concretum*) esse, figuram salis obtinuerit; rursùs cum figurâ suâ (*figuræ suæ*) redditum, aqua fit: ipso hoc modo cum veritate certâ (*certum est*), ô *Meitri!* quòd ille *âtma*, quod ab intrà et extrà forma scientiæ est; cum ipsis his elementis, quod cum figurâ corporis, et sensûs, et illius quod per sensum sentitum est, apparens redditus; rursùs simul viâ (*comitibus*) ipsis illis elementis, cum figurâ scientiæ puræ [appareat]. OUPNEK'HAT II.

Et in hoc statu nomen separatum propter se non habet; quod (*cujus rei*) cum te indicium dabo.

Cùm omnes figuræ, in hoc statu, in eo deletæ redditæ sint, nomina quæ in opposito (*relatione ad*) qualitates fuerunt, illa etiam in eo deleta fiunt.

Cùm *Djaknoulak* hæc verba super linguam pronunciasset, *Meitri* dixit: ô sanctitas! aliquid non jube, quòd cum eo (*ad illud*) pedem non feram, et (*illud*) apprehensum non faciam (*ea dic mihi quæ possim intelligere*).

Quemadmodùm jussisti (*dixisti*), quod forma scientiæ est; et dicis: nomen non habet. Quidquid existit, ei nomen est: cum existentiâ *hasti* (*cum ens ipsum existat, sit*), quarè ei nomen non sit? Me in dubium projecisti.

Djaknoulak dixit: unquàm aliquid, quòd, cum eo (*ad illud*) pedem non feras, et (*illud*) apprehensum non facias, cum te (*tibi*) non dicam. A doctis hæc consuetudo (*hic agendi modus*) impossibilis est, quòd aliquid dicant (*per*) quod aliquis in dubium cadat.

O *Meitri!* cùm *âtma* corruptibilitatis capax non sit, cum certâ veritate (*certum est*), de loco in locum (*passim, hîc illîc*)

OUPNEK'HAT II. quòd in apparet (*apparentiâ*) cum figurâ dualitatis (*douganegui*); et differentiam monstrans est : unus alterum videt, et ab uno altero odorem capit, et ab uno altero gustum capit; et unus cum altero litteram percutit (*verbum facit*), et ab (*de*) uno altero litteram percutit, et ab uno altero audit; et unus in (*de*) altero cogitationem facit; et unus alterum scit (*cognoscit*); et unus alteri tactum facit.

Et locus, quo *âtmai* occupatus est (*operatur*, *mutationem experitur*), et porrò ille *âtma* [cum quâ re quam rem videt], (*et*) cum quâ re cui rei odorem facit (*rem odoratur*), et cum quâ re et cum quo litteram (*verbum*) facit, et cum quâ re quam rem audit, et cum quâ re quam rem scit : et ille, quòd hæ omnes res cum eo (*per eum*) scitæ fiant, ille, forma scientiæ, cum quâ re scitus fiat?

O *Meitri!* is (*ille âtma*) à differentiâ originis (*derivationis*) liber est. Cùm à sensibus intelligendus non sit, unquàm non est (*nullus*) non fit : et cùm, cum uno simul viâ (*comes*) faciendus non sit, ullo tempore cum aliquo simul viâ (*socius*) non fit : et cùm, cum aliquo et cum aliquâ re addictionem non habeat, unquàm malum patiens (*æger*) non fit : tempore quo solus sit [1], ô *Meitri*, cum quâ re scitus fiat? cum ratione (*eo modo*), quòd tibi dixi, in corde firmum habe.

Suprà, N.° XXVII, p. 163, not. 3.

Meitri Brahmen absolutum est.

Medah Brahmen.

XXXI. IPSA hæc terra omnibus animantibus testis (*schehed*) est : et omnia animantia huic terræ testes (*sunt*).

---

1. *Atma* unus est : errore, *dualitas* in naturâ videtur. Nullum *ens*, ab eo diversum, ejus notitiam, indicium potest præbere; nullum nomen, ejus essentiam exprimere. Per seipsum, ut omnium causa, omnium fulcrum, omnium receptaculum, aut potiùs, ut ens absolutum, universale, unicum, apprehendi potest.

Et *porschi*, qui in terrâ est, forma lucis et permanentiæ est.

Et *porschi*, qui in corpore subtili est, is etiam forma lucis et permanentiæ est.

Et *porschi*, qui cum *porsch* primo unum est, ipse ille, *âtmai* tuus est; ipse ille, sine cessatione est; ipse ille, *Brahm* est; ipse ille, omne est [1].

Et ipsa hæc aqua omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic aquæ testes (*sunt*).

Et *porschi*, qui in aquâ est, et forma lucis et permanentiæ est.

Et *porschi*, qui in guttâ (*seminali* [2]) est, is etiam forma lucis et permanentiæ est; cum *porsch* primo unum est; ipse ille, *âtmaï* tuus est; ipse ille, sine cessatione est; et ipse ille *Brahm* est; et ipse ille omne est.

Et ipse hic ignis omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic igni testes (*sunt*).

Et *porschi*, qui in igne est, et forma lucis et permanentiæ est.

Et *porschi*, qui in loquelâ est, is etiam forma lucis et permanentiæ est : et cum *porsch* primo unum est; et ipse ille, *âtmai* tuus est; ipse ille, sine cessatione est; ipse ille, *Brahm* est; et ipse ille, omne est.

Et ipse hic *bhout âkasch* omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic *bhout akasch* testes (*sunt*).

Et *porschi*, qui in *bhout âkasch* est, et forma lucis et permanentiæ est.

Et *porschi*, qui in *hardi âkasch* est, is etiam forma lucis et

1. Omnia animantia, omnia entia, mutuum sibi reddunt testimonium; scilicet, quælibet ab uno prodire, in uno existere, in unum resolvi.

2. *Ms.* nat. *Dar lattifeh*, *in subtili.*

OUPNEK'HAT II. permanentiæ est : et cum *porsch* primo unum est ; ipse ille, *âtmai*, tuus est; ipse ille, sine cessatione est; ipse ille, *Brahm* est; ipse ille, omne est.

Et ipse hic ventus omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic vento testes (*sunt*).

[*Porschi*, qui in vento est, forma lucis et permanentiæ est. Et] *porschi*, qui in *pran* est, is etiam forma lucis et permanentiæ est : et cum *porsch* primo unum est ; ipse ille, *âtmaï* tuus est; ipse ille sine cessatione est; ipse ille, *Brahm* est; ipse ille, omne est.

Et ipse hic sol omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic soli testes (*sunt*).

Suprà, N.° XXIX, p. 166. Et *porschi*, qui in sole est, et forma lucis et permanentiæ est.

Et *porschi*, qui in oculo est, is etiam forma lucis et permanentiæ est : et cum *porsch* primo unum est; et ipse ille, *âtmaï* tuus est; et ipse, *Brahm* est; ipse ille, omne est.

Et ipsa hæc luna omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic lunæ testes (*sunt*).

Et *porschi*, qui in lunâ est, forma lucis (*et*) permanentiæ est.

Et *porschi*, qui in corde est, is etiam forma lucis et permanentiæ est : et cum *porsch* primo unum est ; ipse ille, *âtmaï* tuus est ; et ipse ille, sine cessatione est; et ipse ille, *Brahm* est; et ipse ille, omne est.

Et ipse hic *djehat* omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic *djehat* testes (*sunt*).

Et *porschi*, qui in *djehat* est, et forma lucis et permanentiæ est.

Et *porschi*, qui in *gosch* (*aure*) est, quòd is etiam forma lucis

et permanentiæ est : et cum *porsch* primo unum est ; ipse ille, *âtmaï* tuus est; ipse ille, sine cessatione est; et ipse ille, *Brahm* est, et ipse ille, omne est.

Et ipsum hoc fulgur omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic fulguri testes (*sunt*).

Et *porschi*, qui in fulgure est, forma lucis et permanentiæ est.

Et *porschi*, qui in calore naturali est, is etiam forma lucis et permanentiæ est : cum *porsch* primo unum est ; ipse ille, *âtmaï* tuus est; ipse ille, sine cessatione est; ipse ille, *Brahm* est; ipse ille, omne est.

Et ipsa hæc nubes omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic nubi testes (*sunt*).

Et *porschi*, qui in nube est, is forma lucis et permanentiæ est.

Porschi, qui in voce est, is etiam forma lucis et permanentiæ est : cum *porsch* primo unum est; ipse ille, *âtmai* tuus est; ipse ille, sine cessatione est; ipse ille, *Brahm* est; ipse ille, omne est.

Et ipsa hæc pura actio omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic puræ actioni testes (*sunt*).

Porschi, qui in purâ actione est, forma lucis et permanentiæ est.

Et *porschi*, qui in merito (*consequentiâ*) puræ actionis est, is etiam forma lucis et permanentiæ est : cum *porsch* primo unum est ; ipse ille, *âtmai* tuus est; ipse ille, sine cessatione est; ipse ille, *Brahm* est; ipse ille, omne est.

Ipsa hæc rectitudo (*justitia*, *fides*) omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic rectitudini testes (*sunt*).

Et *porschi*, qui in rectitudine est, et forma lucis et permanentiæ est.

Et *porschi*, qui in merito (*consequentiâ*, *remuneratione*) rectitudinis est, is etiam forma lucis et permanentiæ est : cum *porsch* primo unum est ; ipse ille, *âtmaï* tuus est ; ipse ille, sine cessatione est ; et ipse ille, *Brahm* est ; ipse ille, omne est.

Et ipse hic homo omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic homini testes (*sunt*).

Et *porschi*, qui in homine est, (*forma lucis et permanentiæ est*).

Et *porschi*, qui in virilitate (*humanitate*, *beneficentiâ*) est, is etiam forma lucis et permanentiæ est : cum *porsch* primo unum est ; ipse ille, *âtmaï* tuus est ; ipse ille, sine cessatione est ; ipse ille, *Brahm* est ; ipse ille, omne est.

Ipse hic *djiw âtma* omnibus animantibus testis est : et omnia animantia huic *djiw âtma* testes (*sunt*).

Et *porschi*, qui in *djiw âtma est*, et forma lucis et permanentiæ est : et cum *âtma* [primo unum est ; ipse ille, *âtmaï* tuus est] ; et ipse ille, sine cessatione est ; et ipse ille, *Brahm* est ; ipse ille, omne est.

Et hic *âtma*, absque dubio, in collectis (*omnibus*) elementis est ; et in omnibus elementis apparens ; et dominus omnis (*rei*), et rex omnis (*entis*).

Quemadmodùm ligna alia (*reliqua*, *radii*), cum umbilico
Infrà, N.° CX.
(*modiolo*) pedis (*partis inferioris*, *rotæ*) currûs, firmiter constricta sunt, ipso hoc modo, decem *pran*, et omnes mundi, et omnes *fereschtehha*, et omnia elementa, cum hoc (*per hunc*) *âtma* stabilia sunt.

Nunc *Djahnoulah*, τȣ̃ *hessah Douin*, quod è *mantrhaï* τȣ̃ *Beid* sectum fit, propter (*relativè ad*) *schehadat* (*testimonium*, *id quod oportet profiteri*, *agnoscere*), expositionem facit.

Schehadat primum [1] illud quòd, *schehed* aliquid est, quòd, ex hoc significatio (*parabola*, *phrasis*), quæ venit (*provenit*), intellecta (*apprehensa*) fit; (*hoc schehadat*) illud opus (*facinus*) durum et formidabile, quod vos illud tectum feceratis, ego manifestum (*apertum*) facio (*illud revelo*) : et illud quod, post ab eo è voce (*locutione*, *verbo*) equi audiverunt, cum causâ utilitatis hominis, apparens facio; similis nubi, quæ pluviâ seipsam apparentem facit (*beneficentiam suam ostendit*). OUPNEK'HAT II.

Significatio præcedens (*parabola antiqua*), dependens (*stabilita*) super hoc *kessah* est, quòd; *Andr* cum *Douïn rek'heschir* τὸ *kian* (*scientiam eum*) docuerat, prohibitionem cùm fecisset, quòd cum aliquo non es dicturus (*ne cuiquam revelaret*), et si dicas caput tuum sum amputaturus.

Et *Douïn* cum *Aschnikamar* promissum (*conventum*) fecerat, quòd ego illud *tohid* (*illam unificationem*), quod *Andr* cum me edocuit, cum vobis sum dicturus. *Infrà, N.° LXXXVII.*

Aschnikamar, quantumvis in hoc capite cum *Douïn* cum conatu fierent (*studium et operam darent*), quòd cognitionem cum his (*earum rerum*) edoceret, et (*ipsi*) mentis applicationem monstrarent, lucrum non fecit (*nihil profecit*), donec *Aschikamar* caput ejus à corpore separatum effecerunt, et caput equi abscissum super corpus ejus portionem (*fatum*) fecerant (*corpori imposuerunt*): illo tempore, cum *dehen* (*ore*) equi *tohid* (*unificationis*) expositionem ostendit.

Et in parabolâ altâ (*in figurâ*), quod sermo cum *aschnikamar* est, et opus durum et formidabile, (*horum*) indicium cum τῷ caput abscindere τοῦ *rekheschir* (*Douïn*) est.

---

1. Ut *unificationis* apprimè cognoscendæ momentum et difficultatem ostendat, auctor omnes historiæ vel fabulæ *Douïn* circumstantias recenset, tanquàm totidem fidei capita, quæ homo expressè profiteri debet.

OUPNEK'HAT II. *Schehadat* secundum, illud *schehedi* est (*testimonium professio τȣ tohid est*), quod ipse ille *Douïn* nomine *rek'heschir* illis ambobus (*τοῖς Aschnikamar* [1]), cum linguâ equi dixit.

Schehadat [tertium], illud *schehedi* est, quod ab illo (*per illum*) *Douïn rek'heschir* vos ambo, cum locutione equi dicere faciunt (*fecistis*).

Schehadat quartum, illud *schehedi* est, quod *Douïn* propter rectitudinem, et sinceritatem (*persolutionem*) pacti sui, propter *Aschnikamar* expositum ostendit.

Schehadat quintum (5), illud *schehedi* est, quod hæc parabola super id probationem facit (*eò conducit*) quòd : ô *Aschnikamar!* caput *Douïn rek'heschir* amputastis, et caput equi super eum portionem fecistis (*collo adjunxistis*) : et ille *Douïn τὸ schehedi*, id est, scientiam cognitionis et *τὸ kian*, quæ à sole assecutus fuerat, super vos manifesta reddidit : quamvis apparens faciendum non esset (*non forent revelanda*); attamen, quoniam promissum fecerat, à vobis hoc opus (*facinus*) vidit (*expertus est*), cum necessitate (*vos*) edocuit, et super vos (*τὸ tohid*) apparens fecit.

O *Aschnikamar!* vos, ipso hoc modo (*sic*) fortes (*robusti*) producti estis, quòd vis alia ante robur vestrum domita (*victa*) est (*sit*); et cum illo robore, (*in*) fine, quæsitum vestrum apparens faciatis.

Schehadat sextum (6), illud *schehedi* est, quòd *rek'heschir* (*Douïn*) cum *Aschnikamar* apparens fecit (*ei revelavit*).

Illo tempore *Djaknoulak* dixit, quòd, post ab apparenti existentiâ elementorum, et commistione illorum, cum uno alterius, primum corpus speciei quæ duos pedes habet, creatum fecit : post ab illo speciem quadrupedum.

---

1. *Aschnikamar*, vel *Astounikamar*, sub nomine unius *deïouta*, duo filii solis octavi.

Illo tempore, cum figurâ volantis (*volatilis*), id est, corpus subtile (*leve*) cùm sumpsisset, in omnia corpora intravit. Et (*illud ens*) *porsch* dicunt. OUPNEK'HAT II.

Et hoc corpus adhuc ipse ille *porsch* est.

Porsch, ex illo (*indè*) dicunt, quòd *por*, in vocabulariis, mansio (*sedes*) est; et *s* (*sin*), illud quod intrà mansionem sedet, et in eâ occupationem (*operationem*) facit.

Et ille *porsch* in omni (*re*) plenus est (*omnia implet*), et ullus locus ab eo vacuus non est.

Proindè in creaturis, cum investigare (*inquirendo*) non potestas invenit (*non possunt invenire*) aliquid quod, in exteriori et intùs ejus, *âtma* non sit.

Et *schehed* (*testis*, *testimonium*) hæc scientia est; quòd cum certâ scientiâ scis, quòd ipse ille *âtma*, cum his figuris egressus, et ipsum hoc est figuræ ejus in apparentiâ (*hæ figuræ formam τȣ̃ âtma apparentem constituunt*).

Et ille *pormesir*, causâ τȣ̃ *maïa*, cum figuris plurimis et sine numero apparet: et cum unàquâque ex his figuris sensus plurimos, ut, decem, centum, et mille, et alios (*etc.*) ad suum finem perductos habet (*illorum objectum adimplet*).

Certum (*est*) quòd hi sensus, adhuc is est: et quidquid super eum, hoc et illud, addictum potestas facit (*quidquid ei possunt attribuere*), illud *Brahm* est.

Et porrò, qui, antè eum aliquis non fuit, et post eum aliquis non est futurus, intrà et extrà impedimentum et velamen non est; et ab eo aliquid extrà non est.

Et hic *âtmaï* memoratus *Brahm* est, qui in omni apparens est, et in omni magnifestus (*visibilis*). *Infrà*, N.° XLIII.

Hoc *anbhou* edocendum est.

OUPNEK'HAT II. Tῶ *anbhou* significatio est è scientiâ infusâ [1] et *kian* τῶ *ast* (*Entis existentis*).

Et sciens (*illud*), forma scientiæ est, non moriens, non timens : et hanc scientiam à *Brahma* omnes *rek'heschiran* adepti sunt.

Absolutum est *Schadeh* [2] *bedeh* (*Medah*) *Brahmen*.

Adhiaï quintum (5) [3]. *Aschval Brahmen.*

XXXII. E natis *Dadzbeh*, *Radjah* fuit, *Djank* nomine : *djaki* (*sacrificium*) quod constans super (*ex*) operibus (*peculiariter*) misericordiæ copiosis est, quod *djak aschomideh* sit, instructum dedit (*ordinavit*).

Et in illo *djak* (*ad illud djak*) è regno *Kroupanhal*, id est, *Gorg'hetpanhal*, id est, *Kanoudj*, quòd collectio copiosa (*maxima*) è *Brahmanan* simul venerunt.

Djank multos *Brahmanan* cùm vidisset, voluit, ut quæstiones tot (*multas*) è (*de*) cognitione (*entis*) ostenderet.

Proindè dixit : in medio vestrûm magnorum quis est, qui quæstionibus meis, è vultu verificationis (*certitudinis*) responsum possit dare ?

Illo tempore, in loco (*spatio*), quòd locus τῶ *djak* super eo (*illi*) proximus erat, unum mille bovium collectos fecit : et super unumquodque è cornu (*cornibus*) bovis (*bovium*), quinque (5) forcipes aureos ligavit; et publicatum fecit, quòd : hoc *nadzer* (*donum*) quisquis dominus cognitionis sit, sumat.

---

1. *Eelm ladani. Ms.* nat. *Eelm ledzati; scientiâ voluptatis*, *voluptariâ.*
2. *Schadeh* deest in *ms.* nat.
3. Scribi debet, *adhiaï octavum*, et sic deinceps numerus τῶν *adhiaï* augeri.

Ullus unus ausum super τῷ auferre illud non fecit (*nullus arripere ausus est*), nisi *Djaknoulak*, qui *Maschamroua Brahmtschari*, discipulum suum, cum vociferatione magnâ petiit; et dixit : ô legens (*librum*) *Sam* (*Beid*) ! boves aufer (*abducas*). Is (*discipulus*) hoc modo fecit.

Ex hac significatione (*hoc facto*), omnes *Brahmanan* in irâ [1] facti (*irâ accensi*), dixerunt, quòd nisi (*fortassè*) in medio nostrûm ipse hic tu dominus cognitionis es?

Tùm in hoc rei medio (*in hoc rerum statu*), *Aschval* nomine *Ratouh* (*dux è primariis*), qui in illo *djak houta* erat, cum *Djaknoulak* dixit : in his omnibus *Brahmanan* dominus cognitionis cum quânam perfectione [2] ebrius es? [quid] scis, [quòd] (*te*) ipsum doctum arbitratus (*sis*)? *Infrà, N.° CXXVIII, CLXIV.*

Djaknoulak dixit : ego congregationi (*consessui*) hominum cognitionis (*cognitione præditorum*) τὸ humilis submissio facio (*humilem et submissum me præbeo*) : et boves in opus habebam (*bovibus mihi opus erat*).

Aschval quæstionem fecit, quòd quidquid vides, corruptionis (*pereundi*) capax est, et junctum (*proximum*) corruptioni : proindè, cum quânam re, τὸ *djak* faciens à *mout* (*à morte*) liberationem obtineat?

Djaknoulak dixit : ex opere *houta*, et igne, et loquela.

Djak, forma ignis est; et ignis, forma agentis est; et agens, forma loquelæ. *Suprà, N.° XXX, p. 176.*

Ipsa hæc scientia, quæ hæc quæque tria (3) unum (*esse*) scit, causa liberationis et salutis (*felicitatis*) perfectæ est.

Rursùs interrogavit (*petiit*), quòd; quidquid existit in noctudie (*die et noctu*) creatum redditum, et in vinculo ipsius

1. *Ms.* nat. *Dar ghazzab.* In meo *ms. Dar aazzab*, *in probro* (*probro affecti*).
2. *Masti* legi potest *hasti*, *es?* ut, in *ms.* nat.

hujus noctu-diei est : proindè, cum quânam re τὸ *djak* faciens è vinculo hujus noctu-diei liberationem obtineat?

Dixit : ex τῷ operari τὸ *adhouradj*, et oculo, et sole.

Quòd *adhouradj djak*, forma oculi est; et oculus, forma solis; et sol, forma τȣ̃ *adhouradj*.

Ipsa hæc scientia, unum scire hæc quæque tria (3), causa liberationis et salutis perfectæ est.

Et rursùs petiit, quòd, quidquid vides, in comprehensione dierum augmenti et deficientiæ (*diminutionis*) lunæ est.

Proindè, cum quânam re *djak* faciens è vinculo horum dierum liberationem obtineat?

Dixit : ex operari τὸ (*djak*) *Brahma*, et corde, et lunâ.

Quòd *Brahma*, forma cordis est; et cor, forma lunæ; et luna, forma τȣ̃ *Brahma*.

Ipsa hæc scientia, unum scire hæc quæque tria (3), causa liberationis et salutis perfectæ est.

Rursùs quæstionem fecit, quòd, in hoc *fezza* (*hac atmospherâ*), quod spatium sine scalâ et fune (*filo*), cum quânam re *djak* faciens, ex hac viâ (*per hanc viam*) cum *behescht* (*ad paradisum*) vadat?

Dixit : ex scire (*ex facere*) τὸ *adkata* (*djak*), vento et *pran*.

Quòd, facere [1] *adkata*, forma τȣ̃ *pran* est ; et *pran*, forma venti ; et ventus, forma τȣ̃ *adkata*.

Ipsa hæc scientia, unum scire hæc quæque tria (3), causa liberationis et salutis perfectæ est.

Rursùs petiit, quod negotia τȣ̃ *djak* quid est, quòd meritum (*merces*) τȣ̃ *djak* acquisitum fiat? Et operans (*djak*) *houta*, cum quot *mantr* in *djak* opus facit?

---

1. In meo *ms.* scribæ incuriâ legitur : *quòd scire adkata, forma τȣ̃ pran est; et pran; quòd facere adkata, forma τȣ̃ pran est, et pran, forma venti; et ventus, forma τȣ̃ adkata.* Juxtà *ms.* nat. restitui.

Dixit : cum his tribus (3) *mantr*.

Dixit (*petiit*) : illa tria *mantr*, quodnam est?

Dixit : *proun* et *akia*, et *djadjba*, et *sasba*.

Petiit, quòd ex auxilio horum, *djak* faciens super quodnam petitum (*objectum*) victoriam obtineat?

Dixit : super *bhoulok* (*mundum terræ*), è *proun* et *akia*; super *antrdjehteh lok*, quod significatio à *fezza* (*designat fezza*) inter cœlum et terram est, è *djadjba*; super *sourlok*, quod *behescht* est, è *sasba*.

Aschval rursùs petiit, quòd, hodiè (*in*) *adhouradj*, cum quot *ahout* (*aïets*) in *djak houm* faciunt?

Dixit : cum tribus (3).

Petiit : illa tria (3) quodnam est?

Dixit : *atschel*, et *atnid*, et *anschir*.

Petiit : ex his quibusque tribus (3) *djak* [faciens] super quodnam petitum (*objectum*) victoriam obtineat?

Dixit : ex *atschel*, super *diwlok*, quod lumen est, et mundus *malkout* (*angelorum, et somni*) est, victoriam obtinet; et, ex *atnid*, super *manslok*, id est, mundum hominis victoriam obtinet; et, ex *anschir*, super *petrlok*, quod mundus animarum sit, victoriam obtinet.

Rursùs petiit, quòd (*in djak*) *Brahma*, latere dextro ut (*homo*) sedit, *mantr* legit, cum quot τῶν *fereschteh* custodiâ (*protectione*) *djak* facit?

Dixit : cum uno *fereschtah*.

Dixit : ille quisnam est?

Dixit : cor; quid? (*nam*) undæ cordis sine extremitate (*immensæ*) sunt : et *fereschtehha* etiam sine extremitate : ex hoc respectu (*idcircò*) super mundos sine extremitate victoriam obtinet.

Rursùs petiit: hodiè, (*in*) *adkata*, cum quot *mantr* elogium τȣ̃ *fereschtah* facit ?

Dixit : cum tribus (3).

Petiit : illud quodnam est ?

Dixit : cum tribus (3) *mantr* cum harmoniâ (*pronunciatis*), quòd, quæque tria (3) *mantr* cum figurâ harmoniæ supervenerunt (*egressa sunt*, *apparuerunt*), et rursùs hæc quæque tria (3) cum figurâ *pran* et *apan*, *et bian*, apparentia reddita sunt.

Petiit, quòd, ex his, super quid victoriam obtineat ?

Dixit : super collecta (*omnia entia*) respirantia.

Hoc tempore quæstiones faciens, cum debilitate (*per debilitatem*, *victus*), silentium fecit.

Aschval Brahmen absolutum est.

Artbahak Brahmen.

XXXIII. Post ab illo, in ipso illo cœtu (*conventu*), *Art bahak*, nomine, è stirpe *Tscharankar*, à *Djaknoulak* petiit, quòd; *kreh* quot sunt; et *ankreh*, quot ?

Dixit : *kreh* octo est (*sunt*); et *ankreh* adhuc octo.

Is dixit : ô *Djaknoulak!* expôsitionem (*illorum*) fac.

Djaknoulak dixit : *pran*, *kreh* est; id est, halitus, qui, è viâ nasi, extrà venit (*exit; respiratio*) : et *apan*, *ankreh* τȣ̀ *kreh* est; id est, halitus qui, è viâ nasi, intrà venit (*aspiratio*). Odorem capere (*odorari*) cum *apan* addictionem habet (τȣ̃ *apan ope efficitur*).

Et gustus (*activus*, *sensus gustûs*), *kreh* est; et ille (*kreh*) cum gustu (*passivo*, *sapore*), qui *ankreh* est, addictionem

habet : quòd? (*nam*) cum gustu activo, gustus passivus cognitus fit. OUPNEK'HAT II.

Loquela *kreh* est; et ille cum vocabulis, quæ *ankreh* : *kreh* et *ankreh*, id est, sensus et sensum cognita efficiuntur : quid? (*nam*) cum loquelâ vocabula dicta fiunt.

Visus *kreh* est; et ille, per imagines, quod *ankreh* est, cognitus efficitur : quid? (*nam*) cum visu imagines (*formæ, figuræ*) visæ fiunt.

Et auditus *kreh* est, et ille cum voce (*sono*), quod *ankreh* est, cognitus efficitur. Quid? (*nam*) cum auditu voces (*soni*) auditi fiunt.

Cor *kreh* est; et ille (*kreh*) cum desiderio, quod *ankreh* est, cognitus efficitur. Quid? (*nam*) cum corde (*per cor*) desiderium factum fit.

Duæ manus, *kreh* est; et ille (*kreh*) cum operibus (*per opera*), quæ è manu veniunt, (*et*) *ankreh* (*sunt*), cognitus efficitur : quid? (*nam*) cum manu actio facta fit.

Pellis *kreh* est; et ille cum tacto (*palpato*), quod *ankreh* est, cognitus efficitur : quid? (*nam*) cum sensu pellis (*tactu*), tactiones (*palpationes*) scitæ fiunt (*per tactum activum, pellem, sensa, quæ constituunt tactum passivum, apprehenduntur*).

Rursùs petiit, quòd, ô *Djaknoulak!* quidquid vides, alimentum mortis est : ille *mokel* (*præpositus*) quisnam est, quòd mors alimentum ejus est?

Dixit : ignis mors est : et illa alimentum aquæ est. Quid? (*nam*) in libro *Beid* stabilitum redditum (*est*), quòd aqua causa vitæ est, cum vi suâ semper super mortem victor (*domitor*). Quisquis hoc scit, super mortem victoriam obtineat.

Rursùs petiit : tempore quo homo moritur, illud quid est, quod mortuum non deserit (*non relinquit*)?

OUPNEK'HAT II.

Dixit : nomen. Quid? (*nam*) nomen aliquem mortuum non præterit (*relinquit*) : quemadmodùm nomina sine fine sunt; *fereschtehha* etiam sine fine sunt. Quisquis hoc scit, super mundos sine fine victoriam obtineat.

Rursùs petiit : aliquis qui moritur, *pran* ejus supervenit (*exit*), vel non?

Dixit : si *kiani* sit, id est, doctus, *pran* ejus non exit : in *âtma*, quod *Brahm* [1] est, deletus (*extinctus*) fit, et corpus ejus inflationem facit (*intumescit*) : ideò quòd, ventus exterior in illud corpus intrat; et plenum (*vento*) fit : et à τῷ plenum esse illo vento exteriori, corpus sine sensu et motu efficitur, et lapsum fit (*cadit*).

Rursùs petiit : ô *Djaknoulak! akiani* qui moritur, et *pran* ejus, in vento; et visus ejus, in sole; et cor ejus, in lunâ; et auditus, in *djehat;* et corpus, in terrâ; et *djiw âtma*, in *bhout âkasch;* et pili corporis, in vegetabilibus parvis (*herbis*); et pili longi (*capilli*), in arboribus; et sanguis et semen genitale, in aquâ, deleta fiunt : hæc persona (*tunc*) quo loco est?

Djaknoulak dixit : ô *Artbahak!* soli ego et tu (*semoti*) hoc sumus intellecturi; hoc loco homines pleni edulio et pravis suggestionibus plurimi sunt.

Deindè manum simul alter (*alterius*) ut cepit, surrexerunt, et in loco alio sederunt.

[Illud quod] in illo loco memoratum fecit; opus purum et malum fuit : et adhuc cum simul altero (*alter alteri*) dixerunt, quòd purum faciens, ligatus cum operibus puris sit; et malum agens, ligatus (*cum*) operibus malis : ambo figuram operum suorum sumunt. Tùm [*Artbahak* silens factus est].

Artbahak Brahmen absolutum est.

---

1. *Ms.* nat. *pram âtma.*

[*Nahadj Brahmen.*]

Nahadj nomine rek'heschir cum Djaknoulak dixit : cum quantùm (*quam multis vicibus*) in regno *Bedr*, cum petitione scientiæ (*quærens scientiam*) circuivi. *Tantschel* nomine *Brahmani*, in illo loco (*illic*) residentiam (*mansionem*) habebat. Juxtà casum (*casu*) in mansione ejus transitus accidens factus est (*per locum ubi manebat, transivi*). XXXIV.

Filiam habebat, quæ *kand'herpi* (*erat*); similem τῷ *Djen* eam sumpsisset (*præ similitudine illam Djen esse credidissent*).

Ab eâ petii, quòd tu quænam es?

Respondit : *Soudhena* nomine *Kandherp* sum.

Ab eâ petii, quod fines (*extremitates*) mundorum usquequò est (*sunt*)? et *aschmideh djak* facientes quò perveniunt?

Tùm *Nahadj* dixit : ô *Djaknoulak!* anteriorem partem quam illa *Kandherp*, in hoc capite explicatam dedit, omnem memoriâ teneo. A te peto : dic, quod ea cum me quid dixerit.

Djaknoulak dixit : illa *Kandherp* primùm, in responso et quæstione tuâ (*respondens quæstioni tuæ*), super linguam duxit (*dixit*) : quòd (*in*) hunc locum (*ad quem locum*) *aschmideh djak* facientes præcedentes iverunt.

Rursùs dixit : mundus est, quòd, circulus circumdans illum mundum, triginta et duabus (*vicibus*) æqualis circulo motûs noctu-diei solis est.

Et extrà illum, terra est, quòd, circulus circumdans illam terram, duabus (*vicibus*) quantus (*tam extensus ac*) circulus circumdans illum mundum est.

Et in extrà illam terram, mare est, quòd, circulus illud circumdans, duabus (*vicibus*) æqualis est circulo circumdanti illam terram est : quod termini mundi est.

Ab illo loco (*illinc*), æqualis (*similis*) acuto acumini (*aciei*) cultri, et subtilis (*tenuis*, *arcta*) plena muscis (*insectis*) via est, cum mundo (*ad mundum ducens*) sine limite.

Deindè *andr*, cum figurâ τȣ *guêrer*, quod animal conscensum (*equus*) τȣ *Beschn* est, figuratus factus, *aschmideh djak* facientes cum extremitatibus (*ad extremitates*) mundi ut tulit, cum vento (*illos vento*) remittit.

Ventus illos in seipsum ut attulit, ex illâ viâ (*per illam viam angustam*) transire facit, et cum loco (*ad locum*) quò *aschmideh* facientes præcedentes iverunt, pervenire facit.

Desiderium è vento hoc loco (*significatio hìc venti*) *Haranguerbehah* est. Quid? (*nam*) ventus omnes figuras separatim, separatim approbatas fecit (*recepit*): rursùs ipsas illas omnes figuras in universitate suâ uno loco (*esse*) facit.

Ex hoc loco (*indè*) scitum fac, quòd simplex et compositum, omne ventus est: et alia elementa è mutatione venti figuræ simul provenerunt: et hic ventus à causis mortis in tuto (*securus*) est.

Hujus modi [elogium venti] fecit illa *Kandherp* antè te.

Quisquis hunc ventum scit, et cum eo (*illi*) adhæret, ipso hoc modo (*sicut*) is à morte tutus factus est, et (*ille*) vitam æternam obtinet.

A responso (*per responsum*) *Djaknoulak*, *Nahadj* silentium servavit.

[*Nahadj*] *Brahmen* absolutum est.

Aschasht Brahmen.

XXXV. Post ab illo, *Aschascht* nomine *Brahman*, è natis *Tschekraïn*, à *Djaknoulak* petiit: *Brahmi* qui forma τȣ *âtma* est, et cùm

imperio possidens omnia sæcula, et omni loco apparens et præsens est, illius cum me (*mihi*) indicium da.

Djaknoulak vultum cum latere ejus (*versùs eum*) fecit, et dixit : ipse hic *âtmaï* tuus, *atmaï* omnis (*rei*) est.

Rursùs petiit, quòd, quisnam *âtma* ille qui cum figurâ hujus oculi est, vel cum figurâ τȣ̃ *lang scherir*, vel *djiw âtma* est?

Dixit : ille qui τῷ *pran* motum dat, et forma τȣ̃ *pran* factus, actionem τȣ̃ *pran* facit; ipse hic *atmaï* tuus, *âtmaï* omnium existentium rerum est.

Et ille qui τῷ *apan* motum dat, is forma τȣ̃ *apan* factus, actionem τȣ̃ *apan* facit; ipse hic *âtmaï* tuus, *âtmaï* omnium existentium rerum est.

Et ille qui τῷ *bian* motum dat, et forma τȣ̃ *bian* factus, actionem τȣ̃ *bian* facit; ipse hic *âtmaï* tuus, *âtmaï* omnium existentium rerum *est*.

Et ille qui τῷ *aodvan* motùm dat, et [forma τȣ̃] *aodvan* factus, actionem τȣ̃ *aodvan* facit; ipse hic *âtmaï* tuus, *atmaï* omnium existentium rerum est.

Et ille qui τῷ *saman* motum dat, et forma τȣ̃ *saman* factus, actionem τȣ̃ *saman* facit; ipse hic *âtmaï* tuus, *âtmaï* omnium existentium rerum est.

Aschescht dixit : ô *Djaknoulak!* ego aliquid aliud peto, et tu aliquid aliud dicis : quemadmodùm aliquis primùm dicat, quòd ego bovem [et] equum cum te (*tibi*) ostendam. Illo tempore (*tunc*), ut non monstravit, dicit : quòd unus iens (*gradiens*), bos est; et unus iens, equus : et ut (*etsi*) non ostendit, cum ipso hoc verbo (*per hoc verbum*) à capite (*suo*) extractum facit (*educit*). *Brahmi* qui forma τȣ̃ *âtma* est, et cum imperio possidens omnia sæcula, omni loco apparens et præsens est, illum cum me (*mihi*) dic.

Djaknoulak dixit : omnes res cum visu potest videt (*possunt videre*) : quovis tempore (*cùm*) is visus visuum sit, eum cum visu quomodò potestas videt (*videre*) ?

Et omnes res cum auditu potest audit (*possunt audire*) : is qui auditus omnium audituum est, illum quomodò potestas audit (*possunt audire*) ?

Et cum recogitatione cordis omnes res potest intelligit (*possunt intelligere*) : et is qui recogitatio recogitationum est, (*de*) illo cum quâ re (*per quam rem*) potest recogitare (*eum possunt apprehendere*) ?

Et cum scientià omnis res scita fit : is, qui scientia omnium scientiarum est, eum cum quâ scientià potestas scire (*possunt cognoscere*) ?

Proindè, cum certitudine scias, [quòd] hujus modi *âtma*, cujus expositio facta est, qui cum imperio possidens omne est, et ipse hic *âtmaï* tuus est, et, præter hunc, omnia corruptionis (*τȣ̃ perire*) capacia.

Illo tempore, *Aschascht* silens factus est.

Aschascht Brahmen absolutum est.

---

*K'*HOUD *Brahmen.*

XXXVI. POST ab illo, *K'houd Brahman*, è natis *τȣ̃ Kaschtbak*, quæstionem fecit, et dixit : ô *Djaknoulak! âtmaï*, [qui] apparens et præsens est, et cum imperio (*operans*) in omnibus sæculis, dic, quisnam est ?

Dixit : ille, quòd ei fame et siti impressum (*impressio*) non fiat, et mœror, et senectus, et mors super eum supervenientia non efficiantur; et *Brahmenan* ipsum hunc *âtma*

cùm cognoverint, è desiderio natorum, et cupiditate opum, et spe finis (*posteritatis*, *successûs*, *præmii*, *alterius vitæ*) egressi, *saniasi* fiunt : quid? (*nam*) desiderium natorum, ipsum illud cupiditas opum est; et cupiditas opum forma spei finis.

Deindè desiderium hujus mundi est, vel illius mundi : oportet, quòd mundos ambos ut reliquit, et è scientiâ supervenit (*supergressus*), (*librum*) *Beid* ex (*ore*) directoris ut audivit, illum cum ratiocinatione verificatum monstravit (*certum sibi fecit*); illo tempore, omnis actionis derelictionem ut fecit, in memoriâ veri (*entis*) semper (*homo*) submersus (*absorptus*) fiat : illo tempore, *Brahman* efficitur, qui dominus hujus statûs sit.

Petiit : ô *Djaknoulak!* hujus modi *Brahman*, è quânam re (*talis*) fiat?

Djaknoulak responsum dedit, quòd, quisquis fit, ex ipsis his tribus (3) rebus (*talis*) fit : [*quisquis has tres res scit*, *is Brahman fit*].

Tùm *K'houd* silens factus est.

K'houd Brahmen absolutum est.

KARK Brahmen.

ILLO tempore (*tunc*) *Kark*, filia τȣ *Vadjkin*, dixit : ô *Djaknoulak!* hoc omne quod vides, cum stamine tramæ (*subtegminis*) aquæ, in uno alterum, textum factum (*est*). Dic (*mihi*) : aqua [cùm] stamine subtegminis quo, in uno alterum, texta facta (*est*)? XXXVII.

Dixit : [in (*cum*) stamine subtegminis venti.

OUPNEK'HAT II. Petiit, quòd, ventus in (*cum*) quo textus factus est? dixit:] in (*cum*) *bhout âkasch*.

Dixit : *bhout âkasch* in (*cum*) quo textus factus est?

Dixit : in (*cum*) *antrdjehteh lok*, qui mundus *fezza* est, textus factus.

Petiit : *antrdjehteh lok* in (*cum*) quo textus factus?

Dixit : [1] in (*cum*) *adat lok* textus factus.

Petiit : *adat lok* in (*cum*) quo textus factus ?

Dixit : in (*cum*) *tschandr lok*.

Dixit : *tschandr lok* cum quo textus factus?

Dixit : in (*cum*) *nadjhetr lok* , quod mundus stellarum fixarum est.

Petiit : *nadjhetr lok* in (*cum*) quo textus factus ?

Dixit : in (*cum*) *diw lok*.

Petiit : *diw lok* in (*cum*) quo textus factus?

Dixit : in (*cum*) *kandherp lok*, qui *mokelan* (*præpositi*) suavis concentûs sunt.

Petiit : quòd *kandherp lok* in (*cum*) quo textus factus?

Dixit : in (*cum*) *Pradjapat lok*.

Petiit : quòd *Pradjapat lok* in (*cum*) quo textus factus ?

Dixit : in (*cum*) *Brahma lok*.

Dixit : *Brahma lok* in (*cum*) quo textus factus?

Djaknoulak dixit : ô *Kark!* in quæstione à termino excessum (*transgressionem*) non fac (*ultrà limites non eas*); quòd, (*ut*) caput tuum à corpore separatum non fiat : ideò quòd *fereschtehha*, in quæstione, excessum [è termino] non fece-

---

1. In meo *ms. in (cum) diw lok. Dixit : Diw lok in (cum) quo textus factus ? dixit : in (cum) adat lok........* deest in *ms.* nat. et videtur esse mera transpositio.

runt; tu, qui è specie hominis es, hæc portio (*hoc genus*) quæstionis cum te non convenit (*te non decet*). OUPNEK'HAT II.

Posteà *Kark* silentium servavit.

Kark Brahmen absolutum est.

Adalak Brahmen.

Illo tempore (*tunc*) *Adalak*, è natis τȣ *Arn* à *Djaknoulak* petiit. Cum quantùm in regno *Bedr* in mansione τȣ *Tantschel* nomine *Brahmani*, in acquirere (*ad acquirendum*) scientiam τȣ *djak*, *maschghoul* (*meditatione in id intenti*) fuimus! XXXVIII.

Suprà, p. 189.

Tantschel uxorem habebat, quod eam *kandherpi* similem τῷ *Djen* cepissent (*quæ*, *cùm kandherpi esset*, *similis* τῷ *Djen apparebat*).

Ab eâ petii : tu quænam es?

Dixit : *Kanideh*, è natis τȣ *Athrvaz rek'heschir*.

Rursùs *Kandherp* dixit : ô *Tantschel*, et ô legentes (*discentes*) scientiam τȣ *djak!* illum funem, quòd, hic mundus, et ille mundus, et omnia elementa cum eo (*per eum*) firmiter constrictum est (*constricta sunt*), scitis?

Dixi : non scio, ô magna!

Iterùm dixit : ô *Tantschel*, et ô legentes scientiam τȣ *djak!* ex (*de*) aliquo, qui in omnibus interioribus est, et actionem jubens (*injungens*, *imperator*) hujus mundi et illius mundi, et omnium elementorum, et animantium est, notitiam habetis (*illud ens apprimè nostis*)?

Responsum dedimus, quòd ab hoc (*illud*) etiam clarè noscentes non sumus.

OUPNEK'HAT II. *Kandherp* dixit : quisquis hunc funem, quòd omne cum eo (*per eum*) firmiter constrictum est, et illud (*ens*), quod in interioribus est, scit; is est sciens *Brahm*, et cognoscens mundos, et cognoscens *fereschtehha*, et cognoscens (*libros*) *Beidha*, et cognoscens *korbanha* (*sacrificia*), et cognoscens elementa, et cognoscens seipsum, et cognoscens omne.

Tùm *Adalak* dixit : ô *Djaknoulak!* illud quod nos ab eâ audivimus, unum cum uno (*singulatim*) in corde habemus. Nunc veritatem hujus funis, quòd omne cum eo firmiter constrictum est, et illud (*ens*) quod in omnibus interioribus est, si scis, super nos evidens fac : et si non (*scis*), cum causâ boum (*propter boves*), qui attributi (*proprii*) doctis cùm essent, et tu abstulisti, caput tuum est casurum.

Djaknoulak dixit : ille funis, quòd omne cum eo firmiter constrictum est, et illud (*ens*) quod in omnibus interioribus est, illud scio.

Adalak dixit : super (*secundùm*) consuetudinem mendacium loquentis, usquè quot scio, scio, super linguam ducis (*quot vicibus, scio, scio, linguâ dices*)? si scis, expositum fac.

Djaknoulak dixit : ô *Adalak!* cum fune venti hic mundus, et ille mundus, et omnia elementa firmiter constrictum est (*constricta sunt*). Quid? (*nam*) post mortem omnia membra à simul (*ab invicem*) separata fiunt. Cum fune venti, qui forma τỡ *pran* est, firmiter constricta sunt, unita et concordantia sunt. Tempore quo halitus in homine non sit, dicunt : mortuus est; et in illo mortuo motus non remanet.

Adalak dixit : quemadmodùm hunc (*funem*) explicatum dedisti, ipso hoc modo, illud (*ens*) quod in omnibus interioribus est, expositum fac.

Djaknoulak dixit : illud (*ens*), quod in terrâ est, et in

interiori terræ adhuc id cum imperio possessionem facit (*operatur*), et cum hac terrâ, ex eo (*ad id*) minimè attentus (*est*, *homo de eo*, *propter terram*, *quæ sola apparet*, *non cogitat*, *illud ignorat*); et, ut terra corpus ejus reddita (*est*), in intrà terram (*introrsùm*) factum, actiones particulares (*proprias*) terræ facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est, et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in *ab* (*aquâ*) est, et in interiori aquæ adhuc id cum imperio possessionem facit, cum hac aquâ, ex eo minimè attentus (*homo est*); et, ut aqua corpus ejus reddita (*est*), in intrà aquam factum, actiones particulares aquæ facit : ipsum illud (*ens*) est *atmaï* tuus; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in igne est, in interiori ignis adhuc id cum imperio possessionem facit, et cum hoc igne, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut ignis corpus ejus redditus (*est*), in intrà ignem factum, actiones particulares (*proprias*) ignis facit : ipsum illud (*ens*) est *âmaï* tuus; in omni (*re*) est, et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in *bhout âkasch* est, in interiori τȣ *bhout âkasch* adhuc id cum imperio possessionem facit, et cum hoc *bhout âkasch*, ex eo minimè attentus (*homo est*); et, ut *bhout âkasch* corpus ejus redditum (*est*), in intrà *bhout âkasch* factum, actiones peculiares τȣ *bhout âkasch* facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est, et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in vento est, et in interiori venti adhuc id cum imperio possessionem facit, et cum hoc vento, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut ventus corpus ejus redditus (*est*), in intrà ventum ingressum, actiones particulares venti

OUPNEK'HAT II. facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus ; in omni (*re*) est ; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in sole est, et in interiori solis adhuc id cum imperio possessionem facit, et cum hoc sole, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut sol corpus ejus redditus (*est*), in intrà solem factum, actiones particulares solis facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus ; in omni (*re*) est ; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in lunâ et stellis est, et in exteriori lunæ et stellarum adhuc id cum imperio possessionem facit, et cum hac lunâ, et (*his*) stellis, ex eo minimè attentus (*homo est*); et, ut luna et stellæ corpus ejus redditæ (*sunt*), in intrà lunam et stellas redditum, actiones particulares lunæ et stellarum facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmai* tuus ; in omni (*re*) est ; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in *djehat* est, in interiori τȣ *djehat* adhuc id cum imperio possessionem facit, et cum hoc *djehat*, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut *djehat* corpus ejus redditus (*est*), in intrà *djehat* ingressum actiones particulares τȣ *djehat* facit : ipsum illud (*ens*) *âtmaï* tuus est ; in omni (*re*) est ; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in fulgure est, in interiori fulguris adhuc id cum imperio occupationem facit, et cum hoc fulgure, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut fulgur corpus ejus redditum (*est*), in intrà fulgur ingressum actiones particulares fulguris facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus ; in omni (*re*) est ; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in nube est, et in interiori nubis adhuc id cum imperio occupationem facit, et cum hac nube, ex eo minimè attentus (*homo est*); et, ut nubes corpus ejus reddita (*est*), in intrà nubem factum, actiones particulares nubis facit ;

ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est; et sine cessatione est. OUPNEK'HAT II.

Et illud (*ens*), quod in mundis (*creaturis*) est, et in interiori mundorum adhuc id cum imperio occupationem facit, et cum his mundis, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut mundi corpus ejus redditi (*sunt*), in intrà mundos factum, actiones particulares mundorum facit : ipsum illud (*ens*) *âtmaï* tuus est; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in (*libris*) *Beidha* est, et in interiori τῶν *Beidha* adhuc id cum imperio possessionem facit, et cum his *Beidha*, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut (*libri*) *Beidha* corpus [ejus] redditi (*sunt*), in intrà *Beidha* factum, actiones particulares (*libri*) *Beid* facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in (*sacrificio*) *djak* est, et in interiori τȣ̃ *djak* id adhuc cum imperio possessionem facit, et cum hoc *djak*, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut *djak* corpus ejus redditum (*est*), in intrà τὰ *djakha* factum, actiones particulares τȣ̃ *djak* facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in mundo elementorum compositorum est, et in interiori elementorum adhuc id cum imperio occupationem facit, et cum his elementis, ex eo minimè attentus (*homo est*); et, ut elementa corpus ejus reddita (*sunt*), in intrà elementa factum actiones particulares elementorum facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in *pran* est, et in interiori τȣ̃ *pran* id (*adhuc*) cum imperio possessionem facit, et cum hoc *pran*, ex eo minimè attentus (*homo est*); et, ut *pran* corpus

ejus redditus (*est*), in intrà *pran* factum, actiones particulares τῶ *pran* facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in loquelâ est, et in interiori loquelæ adhuc id cum imperio possessionem facit, et cum hac loquelâ, ex eo minimè attentus (*homo est*); et, ut loquela corpus ejus reddita (*est*), in intrà loquelam factum, actiones particulares loquelæ facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in visu est, et in interiori visûs adhuc id cum imperio possessionem facit, et cum hoc visu, ex eo minimè attentus (*homo est*); et, ut visus corpus ejus redditus (*est*), in intrà (*visum*) factum, actiones particulares visûs facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in auditu est, et in interiori auditûs id adhuc cum imperio possessionem facit, et cum hoc auditu, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut auditus corpus ejus redditus (*est*), in intrà auditum ingressum, actiones particulares auditûs facit : ipsum illud (*ens*) *âtmaï* tuus est; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in corde est, et in interiori cordis id (*adhuc*) cum imperio possessionem facit, et cum hoc corde, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut cor corpus ejus redditum (*est*), in intrà cor factum, actiones particulares cordis facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in pelle est, et in interiori pellis adhuc id cum imperio possessionem habet, et cum hac pelle ex eo minimè attentus (*homo est*); ut pellis corpus ejus red-

dita (*est*), in intrà pellem factum, actiones particulares pellis facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in lumine est, et in interiori luminis adhuc id cum imperio possessionem facit, et cum hoc lumine, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut lumen corpus ejus redditum (*est*), in intrà lumen factum, actiones particulares ejus (*luminis*) facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est, et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in obscuritate (*tenebris*) est, et in interiori obscuritatis id (*adhuc*) cum imperio possessionem facit, et cum hac obscuritate, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut obscuritas corpus ejus reddita (*est*), in intrà obscuritatem factum, actiones particulares obscuritatis facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus ; in omni (*re*) est ; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in guttâ (*seminali hominis, spermate*) est, et in interiori guttæ adhuc id cum imperio possessionem facit, et cum hac guttâ, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut gutta corpus ejus reddita (*est*), in intrà guttam factum, operationes particulares guttæ facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Et illud (*ens*), quod in *djiw âtma* est, et in interiori τȣ *djiw âtma* adhuc (*id*) cum imperio possessionem facit, cum hoc *djiw âtma*, ex eo minimè attentus (*homo est*); ut *djiw âtma* corpus ejus redditus (*est*), in intrà *djiw âtma* factum, actiones particulares (τȣ *djiw âtma*) facit : ipsum illud (*ens*) est *âtmaï* tuus; in omni (*re*) est; et sine cessatione est.

Id videndum non est; omnia videt : et id audiendum non est; omnia audit : sciendum non est; omnia scit : et intelligen-

OUPNEK'HAT II. dum non est; omnia intelligit : præter id, videns et sciens, et audiens, et intelligens, (*ens aliud*) non est.

Atmaï tuus in omni (*re*) est; et sine cessatione est; et præter id quidquid est, corruptionis (τȣ̃ *perire*) capax est.

Tùm *Adalak* silens redditus est.

Absolutum est *Adalak Brahmen.*

Vatschakpouï Brahmen.

XXXIX. Illo tempore, *Kark* [1], filia τȣ̃ *Vatschakpouï*, dixit : ô *Brahmanan*, et ô magni, digni veneratione! in præsentiâ omnium vestrûm, copiam (*licentiam*, *facultatem*) peto, quòd duas quæstiones ab hoc (*huic*) *Djaknoulak* faciam. Si quæstionibus meis responsum cum recto (*rectum*) dat, certum sciatis, quòd doctus magister est; ex vobis ullus unus (*quisquam*) in viâ cognitionis super hunc victoriam non obtinebit : et si quemadmodùm (*oportet*) expositionem illarum non facit, caput hujus est casurum.

Oi *Brahmanan* veniam dederunt.

Kark dixit : ô *Djaknoulak!* quemadmodùm *Bahaderi* cum fortitudine (*magnanimitate*) cognitus, vel miles è stirpe *Badieh*, qui cum virilitate (*strenuitate*) celebres sunt, arcum è nervo infrà allatum (*detensum*) rursùs fragore (*illius tendendo*) facto, cum bello (*ad bellum*) affert, et cum duabus sagittis oppositus hosti fit; ipso hoc modo, cum duabus quæstionibus cum (*contrà*) te, facie cum facie (*ad faciem*) sto. Si potes, cum responso à te repulsas fac.

---

1. *Kark*, filia *Vatschakpouï*, videtur eadem esse ac *Kark*, filia *Vadjkin* (*Suprà N.° XXXVII, p.* 193). Differentia in nomine patris, è punctuatione, et ultimis consonantibus, orta : cæterùm quæstio eodem collimat, seu potiùs prioris extensio est. *Kark*, jam locuta, veniam pro secundâ quæstione à præsentibus postulat.

Djaknoulak dixit : pete.

Kark petiit, quòd, quidquid suprà *Brahmand* est, et quidquid infrà *Brahmand* est, et quidquid in medio τš *Brahmand* est, et quidquid fuit, et quidquid est, et quidquid est futurum; in quonam stamine subtegiminis textum factum est?

Djaknoulak dixit : ô *Kark!* quidquid suprà *Brahmand* est, et quidquid infrà *Brahmand* est, et quidquid in medio τš *Brahmand* est, et illud quod factum (*fuit*), et quidquid est, et illud quod est futurum, in stamine subtegminis τš *âkasch* textum factum est.

Kark dixit : humilis submissio tibi quòd, ô *Djaknoulak!* quòd huic quæstioni meæ responsum rectum dedisti : sed cogitationem (*de*) responso secundo fac (*illud attentè recogita*).

Djaknoulak dixit : pete.

Kark petiit, quòd, quidquid suprà *Brahmand* est, et illud quod infrà *Brahmand* est, et quidquid in medio τš *Brahmand* est, et aliquid (*omne*) quod fuit, et illud quod est, et quidquid est futurum, cum stamine subtegminis quo textum factum est, ipsum illud stamen subtegminis dic quòd quid est.

Dixit : quidquid suprà *Brahmand* est, (*et quidquid infrà Brahmand est*), et quidquid in medio τš *Brahmand* est, et aliquid quod fuit, (*et illud quod est, et*) quidquid est futurum, cum stamine subtegminis ipsius hujus *âkasch*, qui *Brahm maïa* est, textum factum (*est*).

Kark petiit, quòd hic *âkasch*, qui *Brahm maïa* [1] est, in quo textus factus?

Dixit : illud *hasti* (*ens*) est, quòd docti id hoc modo expositum faciunt, quòd, magnum (*altum*) non est; et parvum non est; et largum non est; et longum non est; et coloratum non est; pingue non est; umbram non habet; obscuritas

1. *Ms.* nat. *Brahm ba maïa ast; Brahm cum maïa* est.

OUPNEK'HAT II.

(*obscurum*) non est; ventus non est; *bhout âkasch* non est; simul viâ (*comes*) alicui non est; et conjunctum cum ullo uno non (*addictum*, *adhærens cuiquam non est*).

Odor non est; gustus (*sapor*) non est; oculum non habet; aurem non habet; linguam non habet; cor non habet; et lumen simile (*lumini*) solis et lunæ non habet; τὸν *pra*[illegible] non habet; os non habet; nomen non habet; natos non habet; senectutem non habet; mortem non habet; et timorem non habet; sine cessatione est; qualitatem inveniendi (*producendi*) non habet; vocem non habet; et contractionem et dilatationem non habet; absconditum non est; primum (*principium*) non habet; postremum (*finem*) non habet; intrà (*introrsùm*) non habet; extrà non habet; id aliquid (*quidquam*) non comedit; et aliquid id non comedit.

Cum jussu ipsius hujus *hast* (*entis*), ô *Kark!* terra et cœlum super (*in*) loco est (*sunt*); et cum jussu ipsius hujus *hast*, ô *Kark!* sol et luna, et nox et dies, in motu sunt. Et cum jussu ipsius hujus *hast*, ô *Kark!* nox et dies, dies augmenti et diminutionis lunæ, et menses et portiones (*tempestates anni*), et anni, in motu particulari suo, in gyratione sunt (*cum proprio motu revolutiones suas peragunt*); cum jussu ipsius hujus *hast*, ô *Kark!* maria, è monte nivis egressa, nonnulla cum oriente (*ad orientem*), et nonnulla cum occidente (*ad occidentem*), et nonnulla cum lateribus aliis (*ad alia latera*) currentia sunt.

Cum jussu ipsius hujus *hast*, ô *Kark!* homo opera misericordiæ, et desiderium super opera misericordiæ accensum facit (*ejus jussu opera misericordiæ incitat*).

Et cum jussu ipsius hujus *hast*, ô *Kark! Malaek* (*angeli*) præconium domini τȣ̃ *djak* faciunt.

Et cum jussu ipsius hujus *hast*, ô *Kark! Petran*, quod animæ patrum est, elogium opera misericordiæ facientis faciunt. OUPNEK'HAT II.
Quilibet, qui hoc *hast* (*ens*) ut [non] cognovit, in hoc mundo τὸ *houm* facit, et dona misericordiæ largitur, et (*per*) mille annos mortificationem trahit (*agit*), cum fine horum operum, in mundo qui finem habet, locum obtinet : extrà non potest ire.

Quicunque hoc *hast* ut non cognovit, ex hoc mundo abit, semper in vinculo existentiæ apparentis est.

Quisquis hoc *hast* ut cognovit, ex hoc mundo abit, is doctus et principium (*scientiæ*), et liberatus (*salvus*), et forma veri fit.

O *Kark!* hoc *hast* videns (*quod omnia videt*), non potestas videt (*non possunt videre*) : et hoc *hast* audiens, non potestas audire : et hoc *hast* sciens, non potestas scire : et hoc *hast* recogitans, non potestas recogitare (*illius essentiam non possunt sibi repræsentare*). *Suprà*, p. 201, 202.

Non aliud (*ab*) eo videns; et nonnisi id audiens; et non præter id sciens; et non extrà (*præter*) id intelligens.

O *Kark!* ille *âkasch* ex hoc *hast* textus factus est. Deindè *Kark* dixit : ô *Brahmanan* magni ! multum lucrum reputetis, quòd (*vos*) ipsos, cum humili submissione, è manu hujus *Djaknoulak* liberos potestis efficere : ut certum cognoscant (*sciatis*), quòd in medio vestrûm aliquis non est, qui, in hac scientiâ super eum prævalentiam faciat (*eum superet*).

Absolutum est *Vatschakpouï Brahmen*.

[Doukdeh] Schakl *Brahmen.*

Illo tempore (*tùm*) *Doukdeh Schakl* à *Djaknoulak* petiit, quòd *deioutaï* quot sunt? XL.

OUPNEK'HAT II.

Dixit : hæc quantitas, quæ in *mantr noda* lecta fit.

Petiit : numerus *mokel* (*præfectorum*) illorum, quot (*quantus*) est ?

Dixit : tre (3) centi et tres (3) cum tribus (3) millibus et tribus (3): (3306).

Is τὸ *pranou* ut pronunciavit, approbatum fecit (*assensum dedit*).

Et hæc via (*consuetudo*) hominis (*libri*) *Beid* est, quòd, quovis tempore (*quotiescunque*) aliquis responsum dicit, *pranou* ut prononciavit, approbatum faciat ; id est, in responsum dicunt *oum*.

Rursùs petiit ; necessarius quot est (*necessarii quot sunt*) ?

Dixit : triginta et tres (3) (*mokelan*).

Is *pranou* ut pronunciavit, approbatum fecit.

Rursùs petiit : ex his magis necessarius (*necessarii*) quot ?

Dixit : sex.

Is *pranou* ut pronunciavit, approbatum fecit.

Rursùs petiit : ex his magis necessarius (*necessarii*) quot ?

Dixit : tres (3).

Is *pranou* ut pronunciavit, approbatum fecit.

Rursùs petiit : ex his magis necessarius (*necessarii*) quot ?

Dixit : duo.

Is *pranou* ut pronunciavit, approbatum fecit.

Rursùs petiit : ex his duobus, quisnam magis necessarius ?

Dixit : unus et *katsri* (*multitudo*, *abundantia*, *multum*).

Is *pranou* ut pronunciavit, approbatum fecit.

Rursùm petiit, quod (*ens*) magis necessarium, quòd ex eo remedium non sit (*quo carere*, *quod effugere nequeant*), quodnam ?

Dixit : unum.

Is *pranou* ut pronunciavit, approbatum fecit. OUPNEK'HAT II.

Petiit, quòd, illud quod dixisti, trecenti (3), et tres, et tria (3) millia, et tres (3) (*mokelan*), distributionem illius expositam fac.

Djaknoulak dixit: quamvis cognoscendum dederint (*determinaverint*, *edocuerint*), quòd *mokelan* magni tria (3) millia et tres (3), cum trecentis et tribus (3) sunt; tamen ipsi hi triginta et tres (3) (*solùm cognitu*) necessarii sunt.

Petiit: hi triginta et tres, quodnam est?

Dixit: octo (8) *Beschn*, et undecim (11) *Roudr;* duodecim (12) *Adat;* quod triginta et unum (31) fiat; et alii (*ampliùs*), *Andr* et *Pradjapat:* summa triginta et tres (33) (*necessarii*) fit.

Petiit: [octo] *Beschn*, qui sunt?

Dixit: ignis; et terra; et ventus; et *antrdjehteh lok*, id est, *fezza* (*atmosphera*), inter cœlum et terram; et sol; et *behescht* (*paradisus*); et luna; et *nadjhetr mandel:* hoc est octo *vas* (*Beschn*). Suprà, N.° XXXVIII, p. 194.

Petiit: hos quarè *vas* dicunt?

[Dixit:] *vas*, in vocabulariis, petitum est, id est, petitum et fertilitas omnis (*totius*) mundi in his transita sunt (*translata sunt*, *per hæc cursum habent*).

Petiit: undecim (11) *Roudr*, quod est?

Dixit: decem venti, qui in corpore hominis stabiliti sunt: quod, quinque (5) ex illâ summâ causa τȣ *kian* (*scientiæ*) interioris; et quinque (5) causa τȣ *karm* (*garm*, *caloris*) interioris sunt: undecimus, (11), *djiw âtma;* ipsum hoc est undecim (11) *Roudr*.

Petiit, quòd hos quarè *Roudr* dicunt?

Dixit: *Roudr*, lacrimari facientem dicunt. Tempore quo

homo moritur, causâ separationis mortui, hominem lacrimari faciunt.

Rursùs petiit : duodecim soles (*adat*), quodnam est ?

Dixit : duodecim (12) annus et mensis [1] : quòd, quoque mense sol in *bordj* (*signo*) fiat.

Dixit : *adat* quomodò (*quarè*) dicunt ?

Dixit : *aodan* [2], in vocabulariis, capere est ; cum significatione : capiens vitas hominis.

Petiit : *andr* qui est ; et, *Pradjapat*, quisnam ?

Dixit : *andr*, nubes est ; et *Pradjapat*, *djak*.

Dixit : *andr*, quomodò nubes fiat ?

Dixit : τῷ *andr* instrumentum bellicum, quòd, id *bedjr* dicunt, proprium est : et *bedjr* ipsum hoc, fulgur (*fulmen*) est, quod instrumentum bellicum nubis est : cum hoc modo nubes *andr* fiat.

Petiit : *djak*, quid est ?

Dixit : animal quod in opere *korban* (*sacrificii*) occisum fit.

Rursùs petiit : illud quod dixisti : sex (6) *mokel* est (*sunt*), illud expositum fac.

Dixit : ignis, et terra, et ventus, et *fezza*, et *sol*, et *behescht*, qui necessarii (*mokelan*) in his triginta et tribus (33), ipsum hoc est.

Rursùs petiit : tres (3) *mokel*, illos explicatos fac.

Dixit : tres (3) mundi. Quid ? (*nam*) quisquis *mokel* qui existit, in his tribus (3) mundis est.

Rursùs petiit : illi duo *mokel*, quodnam est ?

Dixit : fruges (*proventus terræ*, *legumina*), et *pran*.

Rursùs petiit : ille unus (*mokel*), et *katsri* (*multitudo*) quodnam est ?

---

1. *Ms.* nat. *douazdeh mah sal*, *duodecim menses anni*.
2. *Ms.* nat. *Adat*.

Dixit : ventus qui sufflat.

Petiit : ventus unus (*est*); ampliùs non est : quomodò eum unum et *katsri* (*multitudinem*) potestas dicit (*possunt dicere*)?

Djaknoulak dixit : desiderium à *katsri* (*quod designat τὸ katsri*), motus venti est : quòd, è motu ipsius hujus venti omnia animantia aucta fuerunt (*multiplicantur*).

Rursùs petiit : illud unum (*ens*), quod ex omni magis remedium (*magis necessarium*, *præstantius*) dixisti, quodnam est?

Dixit : ipse hic *pran* est, quod ille *Brahm* est : *fereschtehha*, in explicatione, cum vocabulo *nast*, quod, cum significatione *Hou dad* (*Dei justi*) est, expositionem ejus faciunt.

Rursùs petiit : *porschi*, quòd, terra corpus ejus, et lumen visus ejus, et lux quæ causa acquisivit (*apprehendendi*, *videndi*) est, cor ejus est; quisquis hunc *porsch* memoratum hoc modo scit, quòd omnia corpora, subtilia et crassa, cum vi (*virtute*) ejus in loco est (*sunt*), et cum eo super pedem (*stant*), cum certitudine (*certè*) illa persona docta et *kiani* est : ô *Djaknoulak!* tu illum scis?

Dixit : ô *Schakl!* scio illum *porsch*, quòd, omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo super pedem (*stant*) : ipse ille *porschi* est, qui in existentiâ apparenti corporis est.

Post ab illo, *Djaknoulak* dixit : ô *schakl!* in hac mansione (*statione*) aliquid aliud etiam mansit : si tu scis, à me pete.

Schakl petiit, quòd, causa productionis ejus, quid est?

Dixit : [causa] productionis ejus, femina est.

Rursùs *Schakl* petiit : *porschi*, [quòd] imago corpus ejus; lumen et visus ejus est; et lux, quæ causa acquirendi est, cor ejus est; et quilibet, qui *porsch* memoratum

OUPNEK'HAT II. hoc modo scit, quòd omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo super pedem (*stant*), cum certitudine illa persona docta et *kiani* est : ô *Djaknoulak!* tu illum scis?

Djaknoulak dixit : scio illum *porsch*, quòd omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo super pedem (*stant*) : ipse ille *porschi* est, qui in existentiâ apparenti solis est.

Post ab illo, *Djaknoulak* dixit : ô *Schakl!* in hoc loco (*hîc*) aliquid aliud etiam existit : si scis, (*à me*) pete.

Petiit : causa productionis ejus, quid est?

Dixit : visus.

Rursùs petiit : *porschi*, quòd *bhout âkasch* corpus ejus, et lumen visus ejus, et lux, quòd ea causa acquirendi est, cor ejus est; quisquis hunc *porsch* memoratum hoc modo scit, quòd omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo super pedem (*stant*), cum certitudine illa persona docta et *kiani* est : ô *Djaknoulak!* tu illum scis?

Dixit : scio, ô *Schakl!* illum *porsch*, quòd, omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo super pedem (*stant*) : is ipse ille *porsch* est, qui in existentiâ apparenti auditûs est.

Post ab illo, *Djaknoulak* dixit : ô *schakl!* in hoc loco aliquid aliud etiam existit : si scis, (*à me*) pete.

Petiit : causa productionis ejus, quid est?

Dixit : *djehat*.

Rursùs petiit : *porschi*, quòd, *schahavat* (*appetitus carnalis*) corpus ejus, et lumen visus ejus, et lux, quæ causa acquirendi est, cor ejus; quilibet, qui hunc *porsch* hoc modo scit, quòd omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco

sunt, et cum eo super pedem (*stant*), cum certitudine illa persona docta et *kiani* est : ô *Djaknoulak!* tu illum scis? OUPNEK'HAT II.

Dixit : scio, ô *Schakl!* illum *porsch*, quòd, omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo super pedem (*stant*) : et is ipse ille *porsch*, qui in existentiâ apparenti lunæ est.

Post ab illo, *Djaknoulak* dixit : in hoc loco aliquid aliud etiam existit : si scis, (*à me*) pete.

Dixit : causa productionis ejus, quid est?

Dixit : cor.

Rursùs petiit : *porschi;* quòd, lumen corpus ejus, et lumen visus ejus, et lux, quæ causa acquirendi est, cor ejus; quilibet, qui hunc *porsch* hoc modo scit, quòd omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt et cum eo super pedem (*stant*), cum certitudine, illa persona docta et *kiani* est : ô *Djaknoulak!* tu illum scis?

Dixit : scio, ô *Schakl!* illum *porsch*, quòd, omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo super pedem (*stant*) : is ipse ille *porsch* est, qui in existentiâ apparenti ignis est.

Post ab illo *Djaknoulak* dixit : in hoc loco aliquid aliud etiam existit : si scis, (*à me*) pete.

Dixit : causa productionis ejus quid est?

Dixit : loquela.

Rursùs petiit : *porschi*, quòd, obscuritas corpus ejus, et lumen visus ejus, et lux, quæ causa acquirendi est, cor ejus; quilibet, qui hunc *porsch* hoc modo scit, quòd omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo super pedem (*stant*), cum certitudine, illa persona docta et *kiani* est : ô *Djaknoulak!* tu illum scis?

OUPNEK'HAT II.

Dixit : scio, ô *Schakl!* illum *porsch*, quòd, omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo super pedem (*stant*) : ipse ille *porsch* est, qui in existentiâ apparenti umbræ est.

Post ab illo, *Djaknoulak* dixit : in hoc loco aliquid aliud etiam existit : si scis, (*à me*) pete.

Dixit : causa productionis ejus, quid est?

Dixit : *mout*, id est, non scientia.

Rursùs petiit : *porschi*, quòd, aqua corpus ejus, et lumen visus ejus, et lux quæ causa acquirendi est, cor ejus; et quilibet qui hunc *porsch* memoratum hoc modo scit, quòd omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo super pedem (*stant*), cum certitudine, illa persona docta et *kiani* est : ô *Djaknoulak!* tu illum scis?

Dixit : scio, ô *Schakl!* illum *porsch*, quòd, omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo super pedem (*stant*) : is ipse ille *porsch* est, qui in existentiâ apparenti aquæ est.

Post ab illo, *Djaknoulak* dixit, quòd, in hoc loco aliquid aliud etiam existit : si scis, (*à me*) pete.

Petiit, quòd causa productionis ejus, quid est?

Dixit : *bran*, qui *mokel* (*præfectus*) aquæ est.

Rursùs petiit : *porschi*, [quòd] gutta (*seminalis, sperma*) corpus ejus, et lumen visus ejus, lux, quæ causa acquirendi est, cor ejus est; quilibet, qui hunc *porsch* hoc modo scit, quòd omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo super pedem (*stant*), cum certitudine, illa persona docta et *kiani* est : ô *Djaknoulak!* tu illum scis?

Dixit : scio, ô *schakl!* illum *porsch*, quòd omnia corpora, subtilia et crassa, cum virtute ejus in loco sunt, et cum eo

super pedem (*stant*) : ipse ille *porsch* est, qui in existentiâ apparenti filii est. OUPNEK'HAT II.

Djaknoulak dixit : in hoc loco aliquid aliud etiam existit : si scis, (*à me*) pete.

Petiit, quòd, causa productionis ejus, quid est?

Dixit : *Pradjapat*. Desiderium è *Pradjapat* (*quod Pradjapat significat*) hoc loco pater est.

Illo tempore, *Djaknoulak* dixit : ô *Schakl* ! scio quòd hi *Brahmanan* te aurum non depurgatum igne fecerunt, quod in ignem iræ meæ projiciunt.

Schakl dixit : ô *Djaknoulak* ! in medio hujus quantitatis (*numeri*) τῶν *Brahmanan* τοῦ *Keroupanhal*, te ipsum quarè *Brahmdan* (τὸν *Brahm scientem*) scivisti ? si tu *Brahmdan* et *kiani* existis, dic, quòd mundus omnis (*totus*) in *djehet* contingens factus (*existit*) ; τὸν *djehat*, cum *mokel* (*præfecto*) ejus, et mansionem τοῦ esse illum (*ubi est*), in (*te*) ipso ostende.

Djaknoulak dixit : ego τὸν *djehat* et *mokel* illius, et mansionem τοῦ esse illum, in (*me*) ipso scio.

Petiit : in *djehet* (*latere*, *tractu*) orientis, cum figurâ cujusnam *mokel* existis ?

Dixit : cum figurâ solis.

Petiit : quòd, mansio τοῦ esse solem, quodnam est ?

Dixit : oculus.

Petiit : oculus in quânam mansione sit ?

Dixit : in figurâ ; quid ? (*nam*) figura cum oculo visa fit.

Petiit : figuræ in quânam mansione sint ?

Dixit : in corde ; quid ? (*nam*) figuræ cum corde scitæ fiunt, et in ipso hoc corde stabilitatem (*fixitatem*) sumunt.

Et *Schakl* dixit : ipso hoc modo est, ô *Djaknoulak* ! sed dic : in *djehet* meridiei, cum figurâ cujusnam *mokel* existis ?

Dixit : cum figurâ τϩ *djam.*

Petiit : *djam* in mansione quânam sit ?

Dixit : in medio operum misericordiæ ; quòd (*quia*) in medio temporis τϩ *djak* facere, cum latere meridionali factus (*in latere meridionali stantes*) dant (*dona faciunt*).

Petiit : opera misericordiæ in quânam mansione sint ?

Dixit : in *tofik* (*gratiâ Dei*) ; quid ? (*nam*) in (*libro*) *Beid* stabilitum redditum, quòd, quovis tempore gratia Dei adjutrix (*rafik*) efficitur, largitiones misericordiæ dant.

Petiit : gratia Dei in quânam mansione sit ?

Dixit : in corde ; quid ? (*nam*) gratia Dei è corde surgit, et in ipso hoc corde sit (*est*).

Schakl dixit : ipso hoc modo est, ô *Djaknoulak !* verùm, dic : in *djehet* occidentis, cum figurâ cujusnam *mokel* existis ?

Dixit : cum figurâ τϩ *bran.*

Petiit : is in quânam mansione sit ?

Dixit : in aquâ.

Petiit : aquæ in quânam mansione sint ?

Dixit : in guttâ (*seminali*, *spermate hominis*).

Petiit : gutta, in quânam mansione sit ?

Dixit : in corde ; quid ? (*nam*) filius similis cordi patris sit ; cum causâ illâ, quòd (*ideò quòd*), cùm è volitione cordis is productus factus (*sit*), cum figurâ cordis redditus est : cum hac causâ (*idcircò*), gutta in corde est.

Dixit : ipso hoc modo est, ô *Djaknoulak !* verùm, dic : in *djehet* septentrionis, cum figurâ cujusnam *mokel* existis ?

Dixit : cum figurâ lunæ.

Petiit, quòd luna in quânam mansione sit ?

Dixit : in animi proposito (*intentione*), quod tempore initii τϩ *djak* (*sacrificii*) faciunt (*habent*).

Petiit : animi propositum in quânam mansione sit?

Dixit : in rectitudine; quid? (*nam*) propositum facientem, figuram rectitudinis dicunt : proindè animi propositum in rectitudine mansionem habet.

[Dixit : rectitudo in quânam mansione sit?

Dixit : in corde.]

Schakl dixit : ipso hoc modo est, ô *Djaknoulak!* verùm, dic : in *djehet* (*latere*) sursùm, cum figurâ cujusnam *mokel* existis?

Dixit : cum figurâ ignis.

Petiit : ignis in quânam mansione sit?

Dixit : in loquelâ.

Dixit : loquela in quânam mansione sit?

Dixit : in corde.

Petiit : cor in quânam mansione sit?

Dixit : in *hardi*, id est, pectore; quòd in eo intellectus est (*virtus apprehensiva*).

Dixit : intellectus in quânam mansione sit?

Djaknoulak dixit : ô mortue! quid petis? Intellectus in mansione quâ existit, existit. Si intellectus, secùs ab hoc corpore, in mansione aliâ sit, hoc corpus canes et *karguessan*, frustum faciunt, et comedunt.

Rursùs *schakl* petiit, quòd mansio corporis subtilis et crassi tui, quodnam est?

Djaknoulak dixit : mansio horum amborum corporum, *pran* est.

Petiit : *pran*, in quânam mansione sit?

Dixit : in *apan*.

Petiit : *apan*, in quânam mansione sit?

Dixit : in *bian*.

OUPNEK'HAT II.

Petiit : *bian*, in quânam mansione sit?

Dixit : in *advan*.

Petiit : *advan*, in quânam mansione sit?

Dixit : in *saman*.

[Petiit : *saman*, in quânam mansione sit?

Dixit :] errorem non fac (*ne erres, cogitando*), quòd *saman âtma* est : quid ? (*nam*) *âtma* (*naturâ*) capiendus non est (*prehendendus non est*) ; proindè unquàm captus non fiat : cùm (*naturâ*) minor (*deficiens*) faciendus non sit, cum ullâ re (*per ullam rem*) minor non fit : et cùm capacitatem (*aptitudinem*) ejusdem viæ (*societatis*) non habeat, cum ullo uno ejusdem viæ (*comes, socius*) non efficitur : cùm obnoxius malo (*physico*) non sit, cum modo è modo (*quoquo modo*) malo affectus non fit.

Deindè *Djaknoulak* dixit : hæc octo mansiones, et octo mundi, et octo *porschi*, quæ (*tu*) ipse petiisti.

Ens, quod sine articulis (*juncturis*) cum (*in*) eo simul involutis (*convolutis, complicatis*), et super stabile sunt (*est*), à te illum *porschi* [unicum], quod, secùs ab *Oupnek'hat* τȣ *Beid* eum aliquis non scit, nunc peto. Si indicium (*illius*) non sis daturus, caput tuum est casurum ; et turpitudo alia etiam est futura.

Schakl verborum *Djaknoulak* reverentiam non transire fecit (*rationem non habuit*), et responsum etiam non potuit dare. Caput ejus à corpore separatum factum cecidit.

Discipuli, in locum alium cùm tulissent, ossa ejus, post à τῷ comburere, in loculum ex corio (*sarcinarium culeum*) projecissent, profecti (*ad*) *Gang* (*Gangem*) facti sunt.

Latrones in viâ, in hoc dubio (*in hac opinione*) quòd aurum in *djak Radjah djang* inventum (*acquisitum*) cum domibus

(*ad domos suas*) ferrent, illum culeum sarcinarium cum latrocinio tulerunt (*furto abstulerunt*). OUPNEK'HAT II.

Illud quod *Djaknoulak* dixerat, quòd turpitudo alia est futura, ipsà hæc turpitudo facta (*fuit*), quòd ossa ejus cum *Gang* non perventum (*ad Gangem non pervenerunt*).

Illo tempore, *Djaknoulak* dixit : ô *Brahmanan*, et ô magni (*proceres*)*!* si unus ex vobis vult quòd à me aliquid petat, licentia est : et si omnes vos vultis, quòd aliquid petatis, adhuc facultas (*permissum*) est : et si vultis quòd ego cum (*ab*) uno è vobis petam, præparatus quæstioni (*faciendæ*) sum : et si vultis quòd ab omnibus vobis petam, dispositus et præsens sum.

A τῷ audire hoc verbum, ullus unus non potuit, quòd, cum audaciam fecisset, responsum daret (*respondere nullus ausus est*).

Tùm *Djaknoulak* cum explicatione viæ propriæ (*ut suam doctrinam explicaret*), petiit (*dixit*), quòd, quemadmodùm quòd [arbor] sine flore fructum dat; et (*sic*) hæc persona (*homo*) : ambo ex unâ divisione (*specie*) sunt. Et hoc mendacium non est; ideò quòd fructus corporis (*unius*) personæ in loco foliorum sunt; et pellis et corpus (*corporis unius*) personæ, in loco pellis exterioris arboris; et sanguis corporis (*unius*) personæ, in loco aquæ, quæ in ambabus pellibus arboris est.

Quemadmodùm cum vulnere è pelle personæ sanguis iens (*fluens*) efficitur; è pelle extrà et intrà (*exteriori et interiori*) arboris etiam [plena aqua] fluens fit.

Caro personæ in loco pellis interioris arboris (*est*)*;* et articularii nervi (*tendones*), in loco veli simul (*in se*) texti, quod inter pellem interiorem et fustem (*lignum, partem duram*

 arboris) est : et lignum, in loco ossium : et medulla ossium, in loco medullæ teneris, quæ intrà lignum firmiter constricta est.

Porrò, tempore quo arborem cædunt, è radice rursùs crescit.

Ipso hoc modo, aliquem tempore quo (*falx*) mortis cædit, illa radix quænam est, quòd ex illâ caput super percutiat (*extollat*, *reviviscat*)?

Si dicunt : è guttâ (*seminali*), caput sursùm affert (*erigit*), probatum (*rationi consentaneum*) non est : quid? (*nam*) aqua seminalis è personâ vivente simul provenit : quolibet tempore principium (*vitæ*) abiit, aqua seminalis è quâ (*re*) et è quo simul proveniret?

Et si dicunt, sicut arbor novella *schàli* [1], quam è loco in locum super sedere faciunt (*transferunt*), crescens fit; illud etiam rationi consentaneum non est : quid? (*nam*) radix ejus simul viâ est (*eam comitatur*) : et (*verùm*) si arbor cæsa sit, quòd radix ejus in terrâ mansit, si cùm loco alio sedere faciunt, rursùs virescens non fiat.

Proindè, aliquem quocunque tempore (*falx*) mortis cædit, quænam est illa radix, quòd ex illâ rursùs caput super afferat (*extollat*)? *Brahmi* (*est*), qui forma *hasti* (*entis*, *existentiæ*), et virtutis (*potentiæ*), et scientiæ est, et congregans qualitates oppositas unam alteri, et procul faciens omnia jurgia est (*omnia dissidia*, *omnes differentias expellit*).

Ille qui semper in illo *Brahm* deletus (*absorptus*) est, sciens hanc existentiam est : alteri, cum hoc cognoscit (*alteri*, *ad hoc cognoscendum*), via non est.

Absolutum est *Schakl Brahmen.*

---

1. Fortè *gossypium*, è quo *schal* vel telas texunt; vel *schani*, arbor *procera*, vel *è seminario arborum extracta*; vel, juxtà *ms.* nat. *sali*, *arbor anni*.

Aabiaï sextum (nonum) Kouradj Brahmen.

Historia τȣ̃ *Radjah* DJANK *et* τȣ̃ DJAKNOULAK.

Radjah Djank, cùm in domo suâ conventum fecisset, sedens erat : *Djaknoulak* ad residentiam τȣ̃ *Radjah* venit. XLI.

Post à τῷ in locum afferre legem (*normam obsequii*) et humilem submissionem, quod stabilitum est, *Radjah* petiit, quòd venire vos quomodò contingens factum? Rursùs ne bobus in actione (*opus*) est; vel cum causâ petiti subtilis (*gratiâ*), passum (*gressum*, *pedem*) contristantem (*affligentem hùc*) jussistis (*tulistis*)?

Dixit : cum causâ amborum, ô *Aalemguir* (*mundum capiens, tenens*) : verum, de facto, desiderans illud sum, quòd, illud quod alii cum te dixerunt, audiam.

Tùm *Djank* dixit : *Tschetva*, filius τȣ̃ *Schil*, cum me dixit, quòd loquela *Brahm* est. Quemadmodùm pater et mater, et *ostad* (*præceptor*), è vultu benevolentiæ, et viam rectam edocent, me edocuit, quòd ipsa hæc loquela *Brahm* est : quid? (*nam*), ab aliquo, qui loquelam non habet, quidquam non venit.

Djaknoulak dixit : corpus ejus, et locum τȣ̃ esse illam (*ubi est*), indicium dedit?

Dixit : non.

Djaknoulak dixit : hoc quarta pars τȣ̃ *maschghouli* est, ô *Aalemguir!*

Djank dixit : ô *Djaknoulak!* totum (*integrum*) illum tu cum me dic.

Dixit : ipsa hæc loquela corpus est; loquelæ, et *âkasch*

OUPNEK'HAT II.

locus τȣ̃ esse eam (*ubi est*). Loquelam intellectum purum (*esse*) ut sciveris, cum eâ (*illi*) *maschghoul* oportet esse.

Djank petiit : in loquelâ, intellectus quid est ?

Dixit : ipsa hæc loquela intellectus est : quid ? (*nam*) in (*libro*) *Beid* etiam stabilitum redditum (*est*), quòd loquela etiam vinculum intellectûs est, et etiam forma intellectûs est. Cui rei (*quarè ? propterea*) quòd (*libri*) *Rak Beid*, et *Djedjr Beid*, et *Sam Beid*, et *Athrban Beid*, et *Oupnek'hat*, et alii ; hoc omne, præter loquelam, quidquam aliud non est, ô *Aalemguir !*

Proindè, ipsa hæc loquela *Pram Brahm* [1] est.

Quisquis cum hac ratione *maschghouli* ostendit (*facit*), loquela ab eo unquàm separationem non facit : et omnia animantia semper in custodiâ ejus sunt (*illum custodiunt*) ; et, post à τῷ mori, cum τῷ acquisitam facere virtutem (*qualitatem*) *molki* (*angelicam*), is qui pervenit (*ad*) *malaiek* (*angelos*) efficitur ille doctus, qui cum hac ratione *maschghoul* fit (*ille doctus qualitates angelicas induit, ipse angelus fit*).

Djank dixit : valdè benè dixistis : mille boves altos sicut elephantes cum vobis *nadzer* (*donum*) feci (*facio*).

Djaknoulak dixit : modus (*mos*) patris mei hic est, quòd, discipulus quoad scientiam perfectam acquisitam non fecit, ab eo aliquid non oportet sumere. Nunc, dic, alius cum te (*tibi*) quid dixit ?

Radjah Djank dixit, quòd *Aodak*, è natis (*stirpe*) *Sokenaïn*, cum me dixit, quòd, ipse hic *pran*, *Brahm* est. Quemadmodùm mater, et pater, et *ostad*, è vultu benevolentiæ, viam rectam edocent, me edocuit, quòd, ipse hic *pran*, *Brahm* est :

1. *Ms. Pra Brahm. Ms.* nat. *Pram Brahm.*

quid ? (*nam*), aliquis qui *pran* non habet, ab eo quidquam non venit. OUPNEK'HAT II.

Petiit : corpus et locum τȣ esse illum, expositionem monstravit ?

Djank dixit : non.

Djaknoulak dixit : ô *Aalemguir !* hoc etiam quarta pars τȣ *maschghouli* est.

Djank dixit : integrum illum cum me (*mihi*) dic.

Djaknoulak dixit : ipse hic *pran* corpus est ; τῷ *pran*, et *âkasch* locus τȣ esse eum (*ubi est*). (*Illum*) dilectum ut sciveris, cum *pran maschghouli* oportet facere.

Djank petiit : dilectus in *pran*, quodnam est ?

Dixit : ipse hic *pran* dilectus est, ô *Aalemguir !* quid ? (*nam*), cum causâ τȣ *pran* (τȣ *pran gratiâ*), ab aliquo, quòd quæstionem non oportet facere (*qui interrogandus non est*), faciunt ; et ab aliquo, quòd non oportet capere (*audire quæstionem*), capiunt ; et propter *pran*, cum locis terrificis (*in loca terrifica*) eunt : et hoc omne cum causâ (*gratiâ*) τȣ *pran* est.

Proindè scias, quòd ipse hic *pran*, *Pram Brahm* est.

Quisquis hunc *maschghouli* (*sibi*) convenientem sumit, *pran* ab eo separationem non eligit (*non facit*) ; et omnia animantia in custodiâ ejus sunt ; et, post à τῷ mori, cum τῷ acquisitam facere virtutem *molki*, is qui pervenit (*ad*) *malaiek* efficitur ille doctus, qui hunc *maschghouli* exequitur, et cum opere (*in opus*) adducit.

Djank dixit : mille boves alii, similes bovibus præcedentibus, *nadzer* (*donum*) vestrum est.

Djaknoulak dixit : mos patris mei hic est ; quòd, quoad discipulo scientia perfecta acquisita non fit, ab eo quidquam non oportet capere. Nunc dic ; alius cum te (*tibi*) quid dixit ?

Djank dixit : *Brouk*, filius τῦ *Barsch*, cum me dixit : ipse hic visus *Brahm* est. Quemadmodùm pater, et mater, et *ostad*, è vultu benevolentiæ et viam rectam edocent, me edocuit, quòd ipse hic visus *Brahm* est : quid? (*nam*) alicui quòd visus non sit, ab eo quidquam non venit.

Djaknoulak petiit, quòd corpus, et locum τῦ esse eum (*ubi est*), cum te dixit?

Djank dixit : non.

Djaknoulak dixit : ô *Aalemguir!* hoc etiam quarta pars τῦ *maschghouli* est.

Djank dixit : integrum illum cum me dic.

Djaknoulak dixit : ipse hic visus corpus est : visui, et *âkasch* locus τῦ esse eum, est. Rectitudinem puram (*esse*) ut sciveris, cum eo *maschghoul* oportet fit (*esse*).

Djank dixit : rectitudo in illo loco (*illic*), quodnam est?

Dixit : ipse hic visus forma rectitudinis est. Quarè? Quòd homo aliquid qui videt, è rectitudine purâ (*cum veritate*) cum alio (*alii*) potest nuncium dat (*dare*); et audiens, adhuc, post à τῷ videre, dicit, quòd, rectum est, et ego etiam hoc modo vidi. Proindè rectitudo pura est.

Et ex hoc ipso scitum fac, quòd visus *Pram Brahm* est.

Quisquis in hoc *maschghouli* stabilitatem ostendit, visus ejus ab eo separationem non facit; et omnia animantia in custodiâ ejus sunt; et, post à τῷ mori, virtutem *molki* (*angelicam*) acquisitam ut monstravit, is qui pervenit (*ad*) *malaïek* efficitur et ille doctus, qui in hoc *maschghouli* perseverantiam ostendit.

Djank dixit : mille boves alii, similes bovibus præcedentibus, *nadzer* vestrum est.

Djaknoulak dixit : modus patris mei hic est; quòd, quoad

discipulo cognitio perfecta acquisita non fit, ab eo aliquid non oportet sumere. Nunc dic : alius cum te quid dixit ? OUPNEK'HAT II.

Djank dixit : *Kard behi malast* nomine, filius τȣ *Bhardouadj kotri*, dixit : auditus *Brahm* est. Quemadmodùm mater, et pater, et *ostad*, è vultu benovolentiæ et viam rectam edocent, me edocuit, quòd auditus *Brahm* est : *quid?* (*nam*) ab aliquo, qui auditum non habuerit, quidquam non venit. *Suprà, N.° XXVIII.*

Djaknoulak dixit : corpus et locum τȣ esse illum (*ubi est*), dixit?

Djank dixit : non.

Djaknoulak dixit : hoc etiam quarta pars τȣ *maschghouli* est, ô *Aalemguir !*

Djank dixit : tu integrum illum cum me dic.

Dixit : ipse hic auditus corpus est : auditui, et *âkasch* locus τȣ esse eum, est. Sine fine (*illum*) ut sciveris, cum hoc *maschghoul* oportet esse.

Djank dixit : sine fine, in hoc loco, quid est?

Dixit : ipse hic *djehat*, ô *Aalemguir !* quid? (*nam*) aliquis in quodcunque latus quòd eat, cum finibus (*ad fines*) non pervenit; cum causâ illâ, quòd *djehat* (*spatium*) fines non habet.

Proindè ipse hic auditus, qui forma τȣ *djehat* est, *Pram Brahm* est.

Quisquis hunc *maschghouli* convenientem (*sibi*) sumit, auditus ab eo separationem non eligit; et omnia animantia in custodiâ ejus sunt; et post, à τῷ mori, virtutem *molki* (*angelicam*) acquisitam ut ostendit, is qui pervenit (*ad*) *malaïek* efficitur ille doctus, qui cum (*in*) hoc *maschghouli* stabilitatem ostendit.

Djank dixit : mille boves alii, similes bovibus præcedentibus, *nadzer* vestrum est.

OUPNEK'HAT II. *Djaknoulak* dixit : modus patris mei hic est; quòd, quoad discipulo scientia perfecta acquisita non fiat, ab eo quidquam non sumat (*non sumant*). Nunc dic : alius cum te (*tibi*) quid dixit?

Suprà, N.° XI; p. 32, 33. *Djank* dixit : *Satkam*, filius mulieris, quæ *Djapala* nomen habebat, dixit : ipsum hoc cor *Brahm* est. Quemadmodùm pater, et mater, et *ostad*, è vultu benevolentiæ, et viam rectam edocent, me edocuit, quòd ipsum hoc cor *Brahm* est : quid? (*nam*) ab aliquo, qui cor non habet, quidquam non venit.

Djaknoulak dixit : corpus et locum τȣ esse id (*ubi est*), dixit?

Djank dixit : non.

Djaknoulak dixit : hoc etiam quarta pars τȣ̃ *maschghouli* est, ô *Aalemguir!*

Djank dixit : integrum illum tu cum me (*mihi*) dic.

Dixit : ô *Aalemguir!* ipsum hoc cor corpus est : cordi, et Suprà, N.° XII, p. 37. *âkasch* locus τȣ esse id, est. Formam (*esse*) τȣ *anand* et jucunditatis (*animi contenti*, *voluptatis*, *boni statûs*) ut sciveris, cum hoc *maschghouli* oportet facere.

Djank petiit : jucunditas [et *anand*] in hoc loco (*hîc*), quid est?

Dixit : ipsum hoc cor, ô *Aalemguir!* quid? (*nam*) cum ipso hoc corde feminam cum se (*homo*) trahit (*uxorem sumit*), et ex illâ cum figurâ suâ natum adducit : hoc est perfecta jucunditas.

Proindè ab hoc scitum redditum, quòd cor *Pram Brahm* est, ô *Aalemguir!*

Quisquis cum hoc modo τὸν *maschghouli* facit, cor ab eo separationem non facit; et omnia animantia in custodiâ ejus sunt; et, post à τῷ mori, virtutem *molki* (*angelicam*) ut

acquisitam ostendit, is qui pervenit (*ad*) *malaïek* efficitur ille doctus, qui hunc *maschghouli* ad perfectionem adducit. OUPNEK'HAT II.

Djank dixit : mille boves alii, similes bovibus præcedentibus, *nadzer* vestrum est.

Djaknoulak dixit : modus patris mei hic est, quòd, quoad discipulus scientiam perfectam acquisitam non facit, quidquam ab eo non oportet capere. Nunc dic : alius cum te quid dixit?

Djank dixit, quòd *Doukdeh Schakl* dixit : ipse hic *hardi âkasch*, id est, *fezzaï*, qui in medio cordis est, *Pram Brahm* est. Quemadmodùm pater, et mater, et *ostad*, è vultu benevolentiæ viam rectam edocent, me edocuit, (*quòd*) ipse hic *hardi âkasch*, id est, *fezzaï*, qui in medio cordis est, *Brahm* est : quid? (*nam*) ab aliquo qui firmitatem cordis non habet, quidquam non venit. Suprà, N.° XL, p. 205.

Djaknoulak petiit, quòd, corpus et locum τȣ̃ esse eum dixit?

Djank dixit : non.

Dixit : ô *Aalemguir* ! hoc etiam quarta pars τȣ̃ *maschghouli* est.

Djank dixit : integrum illum tu cum me dic.

Dixit : ipse hic *hardi âkasch* corpus est; τῷ *hardi âkasch*, et *âkasch* locus τȣ̃ esse eum (*ubi est*); firmitatem puram (*eum esse*) ut sciveris, cum hoc *maschghoul* oportet esse.

Djank petiit : in hoc loco (*hîc*) firmitas quid est?

Djaknoulak dixit : [ipse hic *hardi âkasch* est :] ipse hic *hardi âkasch* forma firmitatis est, ô *Aalemguir* ! ipse hic *hardi âkasch* omnibus animantibus locus τȣ̃ esse (*ubi sunt*) est, et locus τȣ̃ esse (*ubi ipse est*) omnia animantia ipsi huic *hardi âkasch* est (*sunt*).

Cum certitudine ipse hic *hardi âkasch Pram Brahm* est, ô *Aalemguir* !

OUPNEK'HAT II. Quisquis cum (*in*) hoc *maschghouli* firmus redditus, unquàm ab eo *hardi âkasch* separationem non facit; et omnia animantia in custodiâ ejus sunt; et, post à τῷ mori, virtutem *molki* (*angelicam*) ut acquisivit, is qui pervenit (*ad*) *malaïek* efficitur dominus τȣ̃ *hardi âkaschi*, qui cum (*in*) hoc *maschghouli* firmus redditus (*est*).

Djank dixit : mille boves alii, similes bovibus præcedentibus, *nadzer* vestrum est.

Djaknoulak dixit : modus patris mei hic est, quòd, quoad discipulus scientiam perfectam acquisitam non faciat, ab eo quidquam non oportet sumere.

Absolutum est *Kouradj Brahmen.*

Djank Brahmen.

XLII. Radjah *Djank*, è solio deorsùm ut venit (*cùm descendisset*), antè *Djaknoulak* directè sedit, et dixit : (*à me*) humilis submissio tibi, ô *Djaknoulak!* me in viam rectam ductum fac.

Djaknoulak dixit : ô *Aalemguir!* quemadmodùm aliquis cum (*in*) viâ longinquâ et longâ iens factus, et necessarium itineris sicci et humidi (*terrâ vel aquâ*) ex (*in*) curru et nave, cum se simul viâ sumit (*secum fert*); ipso hoc modo, negotia itineris finalis cum te (*tibi*) omninò præparata sunt : quid? (*nam*) in *âtmaï* tuo *Oupnekh'at* collectum est; et cùm *tohid* (*unificationi*) fidem habes; tu magnus es; et omnis res tibi facilis (*acquisita*) est; et ex ullâ re cogitationem (*sollicitudinem*) non habes; et (*librum*) *Beid*, quemadmodùm oportet, ut legisti, productum τῶν *Oupnek'hata* (*quod ex Oupnek'hat consequitur*) ab *ostad* (*documentis præceptoris*) verificatum (*confirmatum*) ut fecisti, et scis, et cum aliis (*alios*) scire

fecisti; et cum his occupationibus et dispositionibus præparatoriis quas tu habes, tempore quo ex hoc mundo iter facis (*facturus es*), cum certitudine scis quòd (*ad*) quem locum es iturus. OUPNEK'HAT II.

Djank dixit : ô magne! non scio locum quòd (*ad*) illum locum oportet ire.

Djaknoulak dixit : ego indicium dabo loci, quòd, post à separatione corporis tui, (*illuc*) es iturus.

Djank dixit : jube (*loquere*), ô digne veneratione!

Djaknoulak dixit : *porschi*, qui in pupillâ oculi dextri est, quòd nomen ejus *andeh* est; quòd in *loghot* (*vocabulariis*) lumen est; et illum *andr* dicunt; et cum existentiâ excessûs proximitatis in præsentiâ, cum causâ illius, [τȣ̃ abscondere [1]] (*hunc porschi*) præcepto facto, cum verbo ejus, quod propriè absconditum est, expositionem feci (*cum proximus oculo sit, et illum abscondere jussum, verbo proprio subobscuro eum enonciavi*) : quam *fereschtehha* expositionem τȣ̃ videre desiderium (*cupiditatem*) amicum habent : quid? (*nam*) manifestum efficere cum sine velo, audicia, et durè (*excessivè*) sine reverentiâ est.

Et *porschi*, qui in oculo sinistro locum habet; nomen ejus *vrat* est : et uxor illius *andr* est, qui in oculo dextro est : et locus secessûs τȣ̃ copulatos esse (*ubi copulantur*) hi duo (*porschi*), *hardi âkasch* est, quod in eo copulati et unum fiunt. *Suprà, N.° II, p. 9.*

Et frustum pellis (*carnis*) rubrum, rotundum, quod cor est, in corpore alimentum horum amborum est.

Et venæ in (*se*) ipsis textæ, quod in *hardi âkasch* est, operimentum horum amborum (*est*).

Et his ambobus, propter τὸ ire, via est : et illa vena

1. *Ms. ghaïet, excessus. Ms. nat. ghaib, abscondere.*

est, quæ è corde cum latere (*versùs*) sursùm progressa est (*ivit*).

Et nomen illius (*venæ*) *sak'hemna* est : et cum hac venâ omnes venæ, quòd nomen illarum venarum *heta* est, junctæ sunt (*ei adhærent*) : et subtilitas (*tenuitas*) illarum venarum cum quantitate millesimæ partis *kandli* [1] unius capilli est.

Et ex illo quòd, ex his venis (*per has venas*) cum omni corpore (*in omne corpus*) advenit, cum vi illa persona in statu manet (*robore et integrâ pollet valetudine*).

Ex illo alimento, illud quod subtile est, cum corpore subtili (*ad corpus subtile*) pervenit ; et illud quod crassum est, cum corpore crasso.

Huic *porschi* τὰ *pranha* est (*sunt*) : qui in latere orientis, cum figurâ orientis est : et in latere occidentis, cum figurâ occidentis : in latere meridiei, cum figurâ meridiei : et in latere septentrionis, cum figurâ septentrionis : et in latere sursùm, cum figurâ τοῦ sursùm : in latere deorsùm, cum figurâ τοῦ deorsùm.

Proindè collecta (*omnia*) latera, in veritate cum figurâ τοῦ *pran* (*illud*) est.

Et hi omnes *pran*, non *âtmaï* purus est ; ideò quòd, cum is capiendus (*prehendendus naturâ*) non sit, unquàm captus non fiat :

Cùm minor faciendus (*naturâ*) non sit, ullo modo minor non fiat.

Et cùm aptitudinem (*dispositionem ad*) τὸ simul viâ (*societatem*) non habeat, cum uno alio simul viâ (*comes*) non fiat.

Cum capax mali (*physici*) non sit, ullo tempore malo affectus non fiat.

---

1. Id est, millesima divisio ; à *khandanam*, *dividere*, samskreticè.

Djaknoulak dixit : ô *Djank!* tu nunc noviter sine timore et sine sollicitudine (*tranquillus*) factus es. OUPNEK'HAT II.

Djank dixit : humilis submissio tibi, ô *Djaknoulak!* cum te etiam (*esse*) sine sollicitudine sors (*pars tua*) sit : quid? (*nam*) *Brahmi*, qui forma *imani* (τȣ̃ *esse sine sollicitudine*) est, super me manifestum effecisti (*mihi manifestum reddidisti*).

Hæc omnis familia mea, quod nati τȣ̃ *Badieh* sunt, et ego et regnum meum, cum quâlibet re cui jussum faciam, præsentia sumus; (*tu jubeas*).

Absolutum est *Djank Brahmen*.

Djoutr Brahmen; quod, in id quod præcessit responsum (τῶ) Djank, est.

Djaknoulak, tempore alio, antè *Djank* ivit : et cum se fixum fecit, quòd, sine sciscitatione τȣ̃ *Djank* litteram (*verbum*) non percutiat (*pronunciaret*). XLIII.

Causa hujus (*propositi*) hæc fuit, quòd anteà in consessu (*colloquio*) τȣ̃ *djak aguen houtr*, super caput (*in principio*) explicationis claræ quæstionis (*quæstionum*) è vultu contenti animi cum *Djank* dixerat; quòd, quidquid cor tuum desiderium facit, à me pete. *Djank* in præsentiâ τȣ̃ *Djaknoulak* precationem fecerat; quòd, quidquid sum voliturus, tempore alio sum petiturus.

Djaknoulak, hoc præcedens (*quod præcesserat*) in visu (*ob oculos*) ut habuit, cum expectatione petitionis τȣ̃ *Djank* (*expectans quid Djank postularet*), silentium fecit (*observavit*).

Djank, è silentio (*quod*) *Djaknoulak* stabilitum dedit (*dederat*)

anteà, cum corde ut attulit (*animo versans fixum propositum, quod Djaknoulak anteà emiserat, silentium servandi*), initium in quæstione fecit (*interrogare cœpit*), et petiit : ô *Djaknoulak!* *porschi*, qui, ex existentiâ apparenti illius entis cum (*sub*) figurâ corporis et τꙋ̃ *djiw âtma*, et (*ex*) τῷ unum esse hæc ambo, manifestus redditus (*est*), causa motuum et operationum illius *porsch*, quodnam lumen est ?

Dixit : lumen solis, ô *Aalemguir!* quid? (*nam*) illud ens cum figurâ luminis solis apparens redditum, causa omnium motuum et operationum hujus *porschi* efficitur : quemadmodùm cum ipso hoc lumine solis aliquis sedet, et cum actione (*ad actionem*) quam propositum (*intentum*) τꙋ̃ facere est, vadit : post à τῷ absolutam (*esse*) actionem, rursùs redit.

Djank dixit : hoc modo est, ô *Djaknoulak!*

Rursùs petiit : tempore quo sol occidens efficitur, in illo tempore, causa motuum et operationum hujus personæ, cum quonam lumine est?

Dixit : lumen (*est*) lunæ, ô *Aalemguir!* quid? (*nam*) apparens (*esse*) ens [cum] (*figurâ*) luminis lunæ etiam causa motuum et operationum (*hujus*) personæ est. Quemadmodùm, cum ipso hoc lumine lunæ aliquis sedet, et cum actione (*ad actionem*) cujus propositum fecit, vadit; post à τῷ absolutam esse actionen, rursùs redit.

Djank dixit : hoc modo est, ô *Djaknoulak!*

Rursùs petiit : tempore quo occasum fecit sol, et deorsùm ivit luna, in illo tempore, causa motuum et operationum hujus personæ, quodnam lumen est?

Dixit : cum lumine (*lumen est*) ignis, ô *Aalemguir!* quid? (*nam*) apparens (*esse*) ens cum figurâ luminis ignis, adhuc causa motuum et operationum hujus personæ est : quemad-

modùm, cum ipso hoc lumine ignis aliquis sedet, et cum actione (*ad actionem*) cujus propositum fecit, vadit; post à τῷ absolutam (*esse*) actionem, rursùs redit.

Djank dixit : hoc modo est, ô *Djaknoulak!*

Rursùs petiit : tempore quo occasum fecit sol, et deorsùm ivit luna, et deorsùm sedit (*extinctus est*) ignis, in illo tempore, causa motuum et operationum illius personæ, quodnam lumen est?

Dixit : lumen vocis, ô *Aalemguir!* quid? (*nam*) apparens (*esse*) ens cum figurâ vocis, etiam causa motuum et operationum hujus personæ est : quemadmodùm, cum ipso hoc lumine ejus persona sedet, et cum actione (*ad actionem*), quòd ex illâ intentum habet, vadit; post à τῷ absolutam (*esse*) actionem, rursùs redit.

Cum ipso hoc lumine vocis, è loco, quo, ab obscuritate, manus propria visa non fiat, aliquo in antè vocem faciente, vadit.

Djank dixit : hoc modo est, ô *Djaknoulak!*

Rursùs petiit : tempore quo occasum fecit sol, et deorsùm ivit luna, et infrà sedit (*extinctus est*) ignis, absoluta est (*cessavit*) vox, in illo tempore causa motuum et operationum illius personæ, quodnam est lumen?

Dixit : lumen τȣ̃ *âtmaï*, ô *Aalemguir!* quid? (*nam*) in illo tempore, *âtma* cum lumine suo (*proprio*) sit : et hoc lumen causa principium est et motuum et operationum illius personæ.

Djank petiit : quisnam *âtma?*

Dixit : ille qui forma scientiæ est, et cum *prani*, qui in medio cordis est, cum figurâ luminis apparens, et immunis ab omni defectu (*est*).

Cùm ille *âtma* ab omni (*re*) separatus sit, modus τȣ̃ possessionem (*facere*) eum cum imperio in mundo (*modus quo operatur in*

OUPNEK'HAT II. *mundo*), hic est, quòd, cum figurâ scientiæ factus, cum omnibus figuris præcipuis æqualis redditus, in mundo τȣ̃ apparere possessionem cum imperio facit (*apparet*) : cum (*in*) quâlibet guttâ et (*re*) sensibili, quod sit forma ejus, cum figurâ ejus factus, in ambobus mundis actionem facit.

Ideò quòd omnes motus *djedah*, id est, alii (*diversi*) à domino scientiæ (*scilicet à sole*, *lunâ*, *igne*, *voce procedentes*), cum auxilio talis magistri scientiæ, faciles efficiuntur (*peraguntur*).

Quemadmodùm, quocunque tempore (*homo*) cum *adhian* conjunctus (*τοῖς adhiaï familiaris*) meditans fit, arbitratur (*cogitat*, *imaginatur*) quòd meditationem facit : et, cum verificatione (*in veritate*), meditationem non fecit.

Suprà, N.° II, p. 9.

Et cum ipsâ hac imaginatione, ut cùm *pran* unum fit, arbitratur (*quòd*) motus est ; quamvis in ente suo motum non fecerit.

Et quotiescunque (*homo*) imaginans, forma τȣ̃ *sak'hepat* fit, hanc scientiam transit (*relinquit*).

Ex hoc loco (*indè*) scitum fac, quòd possessio ejus (τȣ̃ *âtma*) cùm imperio in hoc mundo, ens non est [1] (*non est substantia*) : et mixtura ejus cum puro et malo tempore est, quo, cum imaginatione (*per imaginationem*) seipsum in corpore scivit.

Huic personæ, post à τῷ absoluta (*esse*) opera, quod in scientiâ (*per scientiam*) fixum erat, quòd in hac existentiâ apparenti ab eâ contingentia venirent (*efficerentur*) ; anima ejus ascensionem (*sursùm*) facit.

Hoc corpus, et hæc opera, et hæc ignorantia (*insipientia*),

---

1. *Dzati nist.*

et sui ipsius (*esse*), quod causæ aptitudinis (*præparationis ad*) mortem est, in loco (*hîc deorsùm*) manent.

Et huic personæ præter duas mansiones (*duo loca diversorii*), locus τȣ esse (*ubi sit*) non (*est*); (*scilicet*) hunc mundum, vel illum mundum.

Et mansio tertia (*est*), quòd locus τȣ conjungere (*se*) ambos mundos est : et illud, mundus somni est, qui inter mundum vigiliæ (*quo expergefactus homo est*) et mortem est.

Quòd quid? (*nam*) aliquis, in illo mundo, qui (*est*) medius, sit, modò amborum mundorum uno loco, et modò unius mundi solus *tamascha* facit (*spectaculum facit, hæc omnia sibi repræsentat*); ideò quòd, locus somni et corporis, locus est, quod in illo ambos mundos in somno videt.

Et quin etiam, opera quæ causa mercedis finalis sunt futura, cum se simul viâ (*comitantia*) ut cepit, puri et mali secretionem facit (*optimè illa discernit*).

Si qualitatem *malaïek* (*angelicam*) habet, cum *malaïek* (*angelis*) societatem habet, et lætus fit.

Et si opera mala habet, cum illis, qui opera mala faciunt, societatem habet, et mœrens efficitur.

Et adhuc illa persona, in illo somno, è rebus quas in vigiliâ viderat, in cogitatione (*has res*) fortiter constrictas habet (*iis fortiter occupata est*); cum se ut (*illas*) assumpsit, et corpus præteriit, cum fundo (*copiâ, summâ capitali*) ipsarum illarum rerum, corpus aliud, cum vi suâ (*propriâ*), simile corpori elementari præcedenti, simul provenire facit (*assumit, induit*); et figuras, quæ in cogitatione ejus erant, cum lumine entis sui (*proprii*), in somno videt. Quid? (*nam*) soli et lunæ, et aliis in illo loco existentia non est (*in hac mansione non sunt*): et sensus, qui vehicula (*gradus*) τȣ pervenire cor sunt

OUPNEK'HAT II. cum sensibilibus (*ad sensibilia*), etiam in intrà cor deleti ut redditi (*sunt*), et cor, quod principium est, in hac actione figuram mundi somni ut assumpsit : proindè præter lumen τῦ *âtma*, in illo loco (*illic*) lumen aliud non est; et exceptione (*factâ*) ab *âtma*, *tamaschagueri* (*spectaculi actio*, *ostensio*) altera non (*est. Solus âtma spectaculum exhibet*).

Et cùm in illo loco (*illâ mansione*), simile currui, et quod convenit currui non sit, et via non sit, cum existentiâ hujus (*quamvis hæc omnia deficiant*), in somno omne præsens facit (*contemplatur*).

Proindè certum scias, quòd, in illo mundo, res quas videt, (*âtma*) à seipso productas facit.

Quemadmodùm (*sic*), voluptates parvæ, et mediæ, et magnæ, quæ deliciæ sensuum (*sunt*), et τὸ venire natum (*productio liberi*), et desiderium mundi (*hujus*) et alterius, in illo loco (*illic*) existentiam non habet : et cum hoc (*hoc omne*) quandò in illo loco videt (*considerat*), certum scias, quòd in illo mundo à seipso productum ut fuit, præsens facit.

Et adhuc aquis puris, stantibus, fluentibus in illo loco (*illic*) existentia non est : et cum his (*illas*) quandò in somno præsentes facit (*contemplatur*), certum scias, quòd in illo loco à seipso productas fecit.

Et cum verificatione (*certitudine*) creator hujus omnis, quod in somno visum fiat, *djiw âtma* est.

Et ille *djiw âtma*, in statu somni, proprium corpori negotium executus, et hoc corpus sine sensu et motu ut fecit, præterit (*relinquit*).

Quantumvis ipse à somno immunis sit, attamen, ut, cum imaginatione (*existimatione*) forma somni redditus (*est*), existentias apparentes et figuras mundi somni cum lumine suo (*proprio*) videt.

Et in statu τȣ redire (*ad se, expergescere*), cum vi, quâ hoc corpus cum convenienti ejus ut præteriit (*reliquit*), has res secum tulerat; cum ipsâ illâ vi (*virtute*) ipsas illas res cum seipso ut sumpsit, rursùs in hunc mundum venit; et ex illo quod dixi, ignorans fit (*et illud de quo locutus sum ignorat, illi attentum animum non præbet*).

Infrà, N.° XLIII.

Scias quòd illud principium summum cum (*ex*) ente suo lumen et subtile est.

Cum illo quòd (*etsi*) unum est (*unum existens*), in ambobus mundis, et inter ambos mundos, in omnibus motibus iens illud est (*operatur*), et corpus personæ, in statu τȣ *sak'hepat*, cum ipso hoc *pran* custoditum habet.

Et ex illâ præsumptione (*speculatione*), quâ seipsum formam corporis sciverat, cum imaginatione ex illo egressum, cum existentiâ formæ (*quamvis sit forma*) sine cessatione, cum quâcunque cogitatione, quæ ex imaginatione acquisita fuerat, quidquid desiderium facit, cum imaginatione seipsum cum eo (*ad illud*) pervenire facit.

Et in illo loco (*statu*), ille qui à τῷ mori immunis est, omnes delicias sumit; ab illo quod dixi (*de quo locutus sum*) ignorans fit (*illi attentum animum non præbet*).

Scias quòd illud principium summum, cum ente suo (*proprio*) lumen et subtile est.

Et cum illo quòd unum est, in quibuslibet tribus locis (*statibus*); in omnibus motibus iens (*operans*) id est.

Et etiam in somno, existentiæ apparentes subtiles, sicut *fereschteh*, et crassæ, sicut coluber et scorpio, cum imaginatione (*per imaginationem*) ipsum fit.

Et cum ipsâ hac imaginatione, imagines multas videt; et rursùs cum illis voluptates facit (*illis delectatur*); et cum amico

OUPNEK'HAT II. et fratre ridens (*est*); et lætitiam (*animum contentum*) naturalem in medium affert (*præ se fert*), et timores varios : quemadmodùm dicas (*ità ut dixeris quòd*) : ipsum leo, vel elephas redditum ; vel unum ex his (*animalibus*) vult quòd illud capiat. Præter illud (*mille*) species formidinum præsentes facit.

Et commonefactus sis (*apprimè scias*), quòd, in hoc mundo, quidquid visum fit, ludus ejus est.

Figuræ et existentiæ apparentes hujus mundi, quæ antè te cum rectitudine et *hasti* (*existentiâ*) splendentes sunt (*quæ tibi veræ et existentes apparent*), non sunt : mutationes et exempla (*figuræ*) pura sunt.

Illud ens, cum dexteritate (*præstantiâ, subtilitate*) principii, omnes res videt : ulla persona id non videt ; illud quod videt, omne indicium et apparentia ejus est.

Et turba medicorum (*plurimi medici*), in capite τȣ̃ prohibere subitò τȣ̃ expergefacere (*in prohibitionem subitò expergefaciendi*) aliquem, qui in somno gravi sit, curam integram (*absolutam*) habent : cum causâ illâ, quòd (*propterea quòd*) persona, tempore requiei, totam vim sensuum ut attraxit, et in corde collectam fecit, ligata requiei fit.

Et si, post à τῷ absolutam factam (*esse*) requiem, cum modo suo (*per seipsam*) expergefacta fiat, virtutes illorum sensuum cum lentitudine (*paulatim*) cum illis sensibus (*ad illos sensus*) pervenire facit.

Et si unâ vice (*subitò*) expergefaciunt, aliquandò fiat, quòd virtutem unius è sensibus cum perfectione (*integrè*) in locum ejus non possit facere pervenire.

Quemadmodùm (*sic*), in pluribus temporibus, aliquem expergefaciunt ; et quidquid dicunt non audit, vel hominem (*expergefacientem*) in somno non cognoscit : causa ejus (*rei*)

hæc est, quòd, vis illius sensûs adhuc in medio cordis est, et in locum suum non venit. OUPNEK'HAT II.

Et aliquandò fiat, quòd vim sensûs, in τῷ subitò expergefacere, absolutè in locum suum non potest (*non possunt*) pervenire facit (*facere*).

Tùm illud membrum è virtute (*suâ*) cadit, quemadmodùm (*ità ut*) medici non possunt sanatum facere.

Et multitudo hoc modo dicunt, quòd, in mundo somni, creatio figurarum non est: illud quod in vigiliâ vidit, è regno (*possessione*, *dominio*) suo quod in cogitatione mansit, imaginatio hoc facit, quòd in illo statu (*in somno*) has figuras videat.

In veritate (*in facto*), in illo loco (*illic*) inventio (*creatio*) non est, et non figura: quin imò, *djiw âtma*, cum lumine suo, è cogitatione quòd cum figurâ (*figuræ*) possessio facta (*est*), cum modo imaginationis (*per imaginationem*) figurarum ipsius hujus mundi *tamaschaï* facit (*illas repræsentat*).

Djank dixit: quòd, is ego sum, id est, *âtma*, ô magne! cum causâ documenti (*propter documentum*), quod, cum explicatione absolutâ super me manifestum effecisti; (*scilicet*,) quòd ille *âtma* ab hoc mundo et mundo somni immunis est (*independens*, *liber est*), et quidquam ens ejus non est (*nihil ens ejus est*), tibi mille boves dono.

Post ab hoc, quidquid (*omne*) meritum (*merces*) [æquale] τῷ *makt* et liberationi (*beatitudini*), fuit (*est*), me edoctum fac.

Djaknoûlak dixit: cum verificatione (*certitudine*), ille *djiw âtma* cum statu (*ad statum*) principii sui ut (*etsi*) pervenit, et in hoc statu læto statu (*benè habens*) factus (*est*); attamen, cùm hic status sine cessatione ejus non sit, qui tempore τȣ̃ *sak'hepat* est, rursùs discretionem boni et mali, quod possessio ejus fuit, simul viâ (*in comitatu*) ut sumpsit, contrà (*quàm*

in) itinere priore, in mansionem suam, quod locus somni est, cum causâ *tamaschaï* (*propter spectaculum*) illius somni venit.

Et figuræ et existentiæ apparentes, quas in illo statu videt, ut ens ejus non sunt, cum illis mixtus non efficitur; ideò quòd, cùm ille *âtma* à τῷ simul viâ (*socium*) fieri cum aliquâ re immunis sit, ullo loco cum aliquâ re simul viâ (*comes*) non fiat.

Djank dixit: hoc modo est, ô *Djaknoulak!* is quòd ego sum, et omne ego sum, ô magne! cum causâ documenti, quod cum me fecisti, quòd ille *âtma* ab hoc mundo τοῦ *sak'-hepat* separatus est, et hæc mansio ens ejus non est, tibi mille boves alios do.

Post ab hoc, quidquid (*omne*) meritum par (*æquale*) τῷ *makt* et liberationi est, super me manifestum fac (*mihi clarum effice*).

Djaknoulak dixit: quòd hic *âtma*, cum verificatione (*certitudine*), in hanc mansionem somni, cum figuris hujus somni, ut pervenit, et ex illis figuris somni læto statu redditus (*est*); attamen, cùm ens ejus non sit, rursùs discretionem boni et mali, quod in possessione ejus fuit, simul viâ (*in comitatu*) ut sumpsit, contrà (*quàm in*) itinere priore, in mansionem suam quæ vigilia est, cum causâ *tamaschaï* (*propter spectaculum*) hujus mundi vigiliæ venit.

Et existentiæ apparentes (*hujus*) statûs, quas in hoc mundo videt, cum ens ejus non sit, in ullo tempore cum ullâ unâ mixtus non efficitur; ideò quòd, cùm ille *âtma* à τῷ simul viâ (*socium*) fieri cum aliquâ re immunis sit, unquàm cum aliquo simul viâ (*comes*) non fiat.

Djank dixit: hoc modo est, ô *Djaknoulak!* is quòd ego sum, et omne ego sum, ô magne! cum causâ documenti quod cum

me fecisti, quòd ille *âtma* ab hoc mundo somni separatus (*differens*) est, et hic mundus ens ejus non (*est*), tibi mille boves alios do.

Post ab hoc, adhuc quidquid meritum æquale τῷ *makt* et liberationi est, cum me dic.

Tùm *Djaknoulak* dixit: quòd, cum verificatione (*certitudine*), *âtma* in hanc vigiliam cum figuris et existentiis apparentibus vigiliæ ut pervenit, ab illis figuris et existentiis apparentibus læto statu redditus: attamen, cum ens ejus non sit, rursùs discretionem boni et mali, quod in possessione ejus fuit, simul viâ (*in comitatu*) ut sumpsit, contrà (*quàm in*) itinere priore, in mansionem suam, quæ status somni est, vadit (*redit*), et cum causâ *tamachaï* (*propter spectaculum*) somni, in illam ingreditur.

Quemadmodùm piscis magnus, cum (*pro*) volitione et desiderio suo, inter duo latera maris, in mari iter facit, et modò ex hoc littore in illud littus vadit, et modò ex illo in hoc venit; ipso hoc modo, hæc persona, inter ambo littora, quod status somni et mundus vigiliæ est, in itinere est: et quemadmodùm hic piscis cum ullo littore vinculum et addictionem non habet; ipso hoc modo, ille *âtma* in vinculo unius ex his duabus mansionibus, quod somnus et vigilia sit, non est.

Quemadmodùm in *bhout âkasch* (*aere*), aquila vel falco in locis altum volatum ut ostendit (*fecit*), et fessus factus, et ambos lacertos ut collectos fecit (*ambabus alis contractis*), cum nido suo (*ad nidum suum*) venit: ipso hoc modo, huic personæ (*est*) mansio τȣ̃ *sak'hepat*, quod quietis locus excellens et nidus ejus est, [et] forma τȣ̃ *Brahm* est, à τῷ videre figuras somni et vigiliæ fessa facta, et cum (*ad*) *sak'hepat* currit.

Et quid? (*nam*) hic *sak'hepat* mansio est, quòd, post à τῷ

OUPNEK'HAT II. pervenire in hanc mansionem, aliquid non vult, et non aliquid videt, et non desiderium τȣ̃ videre aliquid habet.

Huic personæ manifestum redditum (*est*), quòd huic personæ, nomine *heta* venæ plurimæ sunt; quòd tenuitas illorum millesima pars unius capilli est : et illæ venæ cum quibusdam rebus, albâ, et nigrâ, et flavâ, et viridi, et rubrâ, quod negotium (*utensilia*) τȣ̃ *aoudia* (*ignorantiæ*) est, plenæ sunt.

Et *aoudia*, cum ipsis his utensilibus, in corpore personæ cum imperio possessionem ut fecit (*operatur*), illi personæ figuras et contingentias (*status*, *modalitates*) colore cum colore (*diversi coloris*, *diversæ speciei*) in somno ostendit.

Quemadmodùm, in tempore (*quo*) persona in somno videt, quòd, dicas eam percutiant; et, dicas, cum latere suo (*ad latus suum*) trahant; et dicas, elephas in ponè eam (*post tergum ejus*) lapsus, eam fugere faciat; et, dicas, (*illa*) persona in locum fossarum ceciderit : ipso hoc modo, figuras diversas terrificas videt.

Et illa persona, à figuris, quòd (*à quibus*) in vigiliâ timet; in somno etiam, ex *aoudiâ* pavida fit (*eas extimescit*), et corde capta (*mœrens*, *afflicta*) efficitur.

Et seipsam cum figuris malis videre, ex *aoudiâ* (*est*), quod *adheramroup* est; id est, opera mala.

Et, ut hoc adhuc ens ejus non est, ab hoc ut transivit, ex *aoudiâ*, usque ad *dehramroup*, quod opera bona est; videt, quòd, dicas, rex facta, vel *fereschteh* reddita est; et læto statu fiat.

Et ex hoc (*statu*) adhuc, cum ens ejus non sit, ut transiit, in formâ somni, cum statu (*ad statum*) pervenit, quòd ille status, super rectitudine (*cum veritate*) statuum (*statûs*) ejus testimonium dat (*quis sit status ejus testatur*).

Et ille status hic est, quòd scit, quòd ipse hic ego sum, [et alius à me alter non est, et quidquid existit, omne ego sum]. OUPNEK'HAT II.

Et in statu somni, quòd in eo seipsam videt, huic personæ *pram lok* est; id est, mundus magnus est.

Ut in vigiliâ semper possessionem fecit (*operata est*), et omne formam suam (*esse*) ut scivit, in somno adhuc hoc modo videt.

Attamen, in hoc gradu, etiam videns et visum reliqua ut non manent; et in statu τȣ̃ *sak'hepat*, ex his tribus (3) statibus, quòd in somno videbat, quòd, ex opere puro læto statu, et ex opere malo corde capto (*presso*, *tristis*, *mœrens*) est, et tertio (*statu*) videbat quòd omne ego sum, liberata fit, et in *Brahm* deleta (*absorpta*) efficitur.

Et, ut persona cum tali *Brahm* unum reddita, præter à cognitione (*cognitionem*) non cum ente ex omni re (*non existentiæ omnis rei*), et scientiâ (*intelligentiam*) ab existentiâ propriâ (*existentiæ propriæ*) cognitionem aliam non habet: et in hoc statu, cum existentiâ illâ quòd (*quanquàm*) *âtma* cum lumine suo est, quòd illud lumen causa τȣ̃ videre figuras somni est, ab extrà et intrà, nisi cognitionem existentiæ suæ, et cognitionem non existentiæ illius quod extrà est, cognitionem aliam non habet.

Quemadmodùm [homo] robustus (*potens*) cupiditate carnali, in statu amplexûs mulieris, quæ dilecta ejus est, non recogitationem exteriorem habet, et non recogitationem interiorem (*nulli rei mente fixus*), et forma voluptatis factus (*sic*) manet: ipso hoc modo, illa persona, quæ in statu τȣ̃ *sak'hepat* est, cum *âtma* unum facta, (*in hoc statu*) manens est; quòd non è delectationibus (*voluptatibus*) mundi vigiliæ nuncium habet,

OUPNEK'HAT II.

et non è delectationibus mundi somni ; et præter *âtma* aliquid non intelligit (*apprehendit*).

Et hic status τȣ *sak'hepat*, huic personæ status est ; quòd in eo, cum omnibus desideriis (*ad omnia desideria*) [pervenit : quid ? (*nam*) omnes delectationes et (*omnia*) desideria] in *âtma* est (*sunt*).

Et hic status, status sine volitione est ; et status est, quòd in eo à mœrore et irâ, et omnibus sollicitudinibus (*molestiis*) libera reddita (*est*).

Quisquis hoc nomen scit, et cum eo (*ei*) *maschghouli* facit, mala sua opera longè efficit, et τὸ non est facit : id est, oportet quòd homo sciat, quòd, hic qui : ego : dicit, is est (*porsch*), qui : ego : dicit.

Et pupillam oculi quòd cum hoc nomine vocant, propter illud est, quòd lumen efficiens, (*et*) procul agens obscuritatem est.

Brahmen absolutum fit.

---

1. Sic *ms.* vel *illa omnia*, *illud omne*. *Ms.* nat. *aham*, *ego sum*.

Sextum Brahmen.

Forma cordis est ille *porsch*, et lumen est : et ipsum illud lumen [verum (*ens*) est, et illud lumen], quod in intrà cor est, et cum quantitate grani *schali* est, vel simile grano hordei in quantitate, id dominus omnis (*rei*) est, et omne in possessione ejus est, et omni rex justus est, et omne (*ens*), (*quod*) decorum (*est*) edocet. LI.

Suprà, N.° VI, p. 23, et not. 1.

Quisquis cum eo (*ei*) *maschghouli* facit, is etiam cum qualitatibus ejus auctus (*commendabilis*) fit, et peccata ejus ab eo longè fiunt.

Brahmen absolutum est.

Septimum Brahmen.

Fulgur *Brahm* est : ipso hoc modo dicunt; ideò quòd, quemadmodùm fulgur obscuritatem nubis longè facit; ipso hoc modo, *Brahm* obscuritatem peccati longè facit : quemadmodùm fulgur obscuritatem nubis longè facit; ipso hoc modo, dominus hujus imaginationis (*cogitationis repræsentativæ*), qui fulgur formam τȣ̃ *Brahm* (*esse*) scit, peccatum suum longè facit; cum causâ illâ (*propterea*) quòd fulgur *Brahm* est. LII.

Septimum *Brahmen* absolutum est.

Octavum (8) Brahmen.

(*Liber*) *Beid*, qui forma loquelæ est, illum matrem bovem (*vaccam*), pullum habentem (*esse*) ut sciveris, imagi- LIII.

OUPNEK'HAT II. nari (*tibi repræsentare*) oportet : et quatuor mammas ejus, *savahâkar*, et *satkar*, et *henstkar*, et *soudhâkar*, oportet scire.

Ex illis quatuor mammis, duæ mammæ, quòd cum figurâ τȣ *satkar* et τȣ *savahâkar* est, οἱ *fereschtehha* cum illis viventes sunt.

Et illa mamma, quòd cum figurâ τȣ *henstkar* est, *admian* (*homines*) cum illâ viventes sunt.

Et illa mamma, quòd cum figurâ τȣ *soudhâkar* est, animæ patrum cum eâ viventes sunt.

Et adhuc huic matri bovi et loquelæ bos mas, quod par (*maritus subjugalis*, *socius*) ejus est, *pran* est.

Ipsum hoc cor vitulum lac comedentem ejus imaginari oportet (*sibi repræsentatum oportet facere*).

Nonum (9) *Brahmen.*

LIV. Hɪᴄ *âtma aguen roup*, quod *beischvanr* est; id est, calor naturalis qui in aminantibus est, et alimentum digestum facit; et in tempore τȣ digestum fieri alimentum, ex illo igne sonus simul provenit similis sono ebullitionis (*æstûs*) cacabi (*lebetis*), quòd, post à τῷ ligare (*claudere*) foramen (*orificium*) ambarum aurium, ille sonus auditus fit.

Personæ cùm tempus τȣ relinquere corpus propè advenit, alimentum in stomacho coctum non fit; id est alimentum digestum non efficitur, et pars corporis non fit; et illum sonum non audit.

Infrà, N.° LXIX, init. Hic sonus est, qui, propè cum τῷ mori, auditus non fit, et non vox *anahed schid.*

Nonum *Brahmen* absolutum est.

Brahmen decimum (10.)

CUM certitudine, in tempore quo persona ex hoc mundo migrationem facit, non docta (τȣ̃ *Brahm ignara*), antè ventum vadit. LV.

Et ventus cum causâ illius personæ (*propter eam*) in seipso in globo (*orbe*) suo foramen facit, simile foramini (*in*) medio infimæ (*partis*) (*modioli*) currûs.

Deindè, ex illo foramine illa persona quandò transiit, cum sursùm vadit, ut ante lunam vadat (*perveniat*).

Et luna, cum causâ illius personæ, in disco suo foramen facit simile foramini buccinæ.

Tùm illa persona in illud intrat, ut antè solem vadat.[1]

Sol, cum causâ illius personæ, in disco suo foramen facit simile foramini τȣ̃ *dehdeh*[2], quod *Dehâdeïan* (*Pagani*) tractant (*eo ludunt*).

Posteà illa persona ex illo foramine ut transiit, cum latere (*ad latus*) sursùm ut ivit, in mundum τȣ̃ *Brahm* vadit : et in mundo τȣ̃ *Brahmaï*, quod in illo sollicitudini et luctui via non est, et molestia (*malum*) corporis circùm illum non facta, in hoc loco residentiam (*commorationem*, *mansionem*) facit, et tempus multum in illo loco sit (*manet*).

Undecimum (11) *Brahmen*.

CUM certitudine, ægrotam fieri personam, mortificatio (*pœnitentia*) est magna. Molestias quòd morbo trahit (*suffert*), LVI.

1. Hac progresione manifestum est, cœlum *lunæ* inter aerem (*ventum*), et cœlum *solis*, qui superior est, et ad cœlum τȣ̃ *Brahma* conducit, situm esse.

2. Forsitan, τὸ *dindima* (*deendeema*) τȣ̃ *heetopades* (p. 119), quod celeb. Wilkins arbitratur esse parvum tympanum (*vel potiùs*, *parvam buccinam*). Not. 152, p. 312.

in illo tempore talem imaginationem faciat (*sic sibi repræsentet*), quòd mortificationem facio; et patientiam faciat (*habeat*).

Quisquis hic sensus (*hæc interpretatio*) ornatus et vestimentum ejus fit, super mundum excelsum victoriam obtinet.

Cum certitudine, post à τῷ mori, et τὸ extrà ferre mortuum, mortificatio est magna.

Quisquis hunc sensum ut intellexit, ornatum et vestimentum suum facit, super mundum excelsum victoriam obtinet.

Cum certitudine, post à τῷ mori, et extrà portare, et τὸ in ignem projicere mortuum, mortificatio valdè magna (*est*).

Et (*homo*) imaginationem faciat (*sibi repræsentet*), quòd hoc super me etiam est transiturum (*mihi eveniet*).

Quisquis hunc sensum ornatum et vestimentum suum facit, super mundum excelsum victoriam obtinet.

Duodecimum (12) *Brahmen.*

LVII. Plures dicunt : alimentum *Brahm* est; et hoc modo non est : quid ? (*nam*) sine *pran*, alimentum perditum fit.

Plures dicunt : *pran Brahm* est; hoc modo etiam non est : quid ? (*nam*), cum certitudine, *pran*, sine alimento siccum efficitur.

Hæc ambo, unum facta, forma τȣ̃ *Brahm* fiunt.

Hoc petitum (*objectum*) *rek'heschiri*, quòd *Pratræd* nomen ejus est, cum patre suo (*patri suo*) dixit.

Et adhuc cum patre suo dixit : persona, quæ hæc duo unum ut fecit, *Brahm* scivit, eam puram scio (*dixerim*) vel malam ?

Pater cum eo objurgationem ut fecit, cum manu signum

fecit, quòd, silens esto; et dixit : quisquis hæc ambo unum ut fecit, *Brahm* (*esse*) non scit, is ullam magnitudinem non habet. OUPNEK'HAT II.

Post ab hoc, in ipso hoc loco, cum filio dixit; *d;* quòd significatio à τῷ præsens fieri (*allatum esse*) alimentum est in corpore; id est, hoc alimentum aliquid est, quod, cum τῷ præsens fieri id in corpore, omnia animantia viventia manent.

Rursùs in ipso hoc loco, cum filio dixit : *Am;* id est, hic *pran* aliquid est, quod omnia animantia causâ illius læta et contenta sunt.

Et dominus hujus *schoghl* [1] (*maschghouli*), in intrà corpus, quodque unum ex elementis cum causâ τȢ perficere (*ad perficiendam*) constitutionem (*ejus*), omni tempore in eo requiem sumunt.

Duodecimum (12) *Brahmen* absolutum fit.

Decimum tertium [2] *Brahmen.*

Akteh; id est, *mantri*, quod in *djak houta* pronunciant, in *djak* forma τȢ *pran* est; ideò quòd, quemadmodùm τὸ *mantr akteh*, in *djak*, omnes *fereschtehha* mentis compotes (*attentos*) facit, et cum motu adducit (*movet*); ipso hoc modo, *pran* omnia animantia mentis compotes facit, et cum motu adducit. LVIII.

Quisquis τὸ *âkteh* cum *pran* unum ut fecit, *maschghoul* fit, filius cum absoluto robore, et fortitudine et naturâ (*indole*),

---

1. *Schoghl*, cum puncto, lego. In meo *ms.* et nat., *scheaal*, *splendoris*, *luminis*, *flammæ*.

2. In textu, *undecimum*, errore amanuensis : in *ms.* nat. legitur : *expositionem* τῶν *Brahmen* 13 *et* 14, *ambobus unum effectis*, *præcipit* (*præbet*).

quæ apta (*ad*) τὸ intelligere sensum τȣ̃ *akteh* sit, in domo ejus genitus fiat.

Et *maschghoul* cum hoc opere, si seipsum formam τȣ̃ *pran* scivit, cum *moul* (*mokel*) τȣ̃ *pran*, uno loco efficitur : et si seipsum in illo *maschghouli* à *pran* separatum scivit, super mundum [ejus] victoriam (*solummodò*) obtinet.

Et ille qui hoc modo *maschghouli* exequitur, quòd (*liber*) *Djedjr Beid* forma τȣ̃ *pran* est, cum ipso hoc *pran*, qui cum figurâ (*libri*) *Djedjr Beid* est, omnia elementa cum ratione excellenti (*modo optimo*) submissionem [et auxilium] ei faciunt; et omnia animantia cum ratione excellenti submissionem et auxilium illi *maschghoul* faciunt; et causa læti statûs et magnitudinis ejus fiunt.

Et post à τῷ transire facere (*relinquere*) corpus hunc *maschghoul* (*post mortem*); si seipsum formam τȣ̃ *pran* imaginatus (*est*), cum *mokel* (*libri*) *Djedjr Beid* unum fit : et si separatum (*ab eo se*) scivit, (*solummodò*) super mundum ejus victoriam obtinet.

Et quisquis hoc modo *maschghoul* fit, quòd (*liber*) *Sam Beid* forma τȣ̃ *pran* est, et cum ipso hoc *prani*, qui cum figurâ (*libri*) *Sam Beid* est, omnia elementa, cum ratione optimâ, submissionem ei faciunt; omnia animantia, cum ratione optimâ, submissionem et auxilium illi *maschghoul* faciunt; et causa læti statûs et magnitudinis ejus efficiúntur.

Et post à τῷ transire facere (*relinquere*) corpus illum *maschghoul*; si seipsum formam hujus *pran* imaginatus (*est*), cum *mokel* (*libri*) *Sam* æqualis efficitur : et si separatum, super mundum ejus (*solummodò*) victoriam obtinet.

Et ille qui hoc modo *maschghoul* fiat, quòd rex forma τȣ̃ *pran* est; quemadmodùm rex subjectos suos à calamitatibus

custoditos habet : ipso hoc modo, cùm *pran* rex corporis sit, (*et*) tempore quo vulnus cum corpore (*in corpus*) advenit, materiam corruptam (*pus*) ut longè fecit (*removit*), vulnus [illud] cum sanitate (*ad sanitatem*) affert, et (*in*) bono (*statu*) facit; (*sic illa persona*) regni majestatem cum absoluto (*completo*) robore et dominio absoluto obtinet; et in custodiâ regnorum suorum sine auxilio alio potens (*capax*) est, et mandatum ejus in omnibus regnis (*ejus*) currens efficitur; et in ullo regno regia majestas (*rex*), quod cum eo æqualitatem possit facere, simul non provenit. OUPNEK'HAT II.

Et post à τῷ transire facere corpus, cum *mokel* regiæ majestatis unum fit, quoad (*ut*) super mundum ejus victoriam obtineat.

Et nomen regis in (*libro*) *Beid*, cum vocabulo *tschehtr* venit (*per verbum tschehtr redditum est*).

Significatio (*verbi*) *tschehtr* [1] hæc est, quòd custoditum habens à vulnere et molestiis; [id est, hominem mundi à τῷ occisum esse molestiis] custoditum habet (*servat*).

Et quocunque loco, quo (*verbum*) *Radja* memoratum factum, cum significatione est, quòd contentum faciens hominem mundi.

Et *Radjah djank*, quòd (*si*) cum nomine *samrat* vocant, cum hac significatione est, quòd rex cognoscens totum mundum fuit.

Mokel regiæ majestatis rex regum est, quòd *Beschn* est, id est, supremum dominium (*entis*) veri.

Tertium decimum *Brahmen* absolutum est.

---

1. In margine : *naghreh* (*linguâ*).

Quartum decimum [1] *Brahmen.*

LIX. Quicunque hoc modo *maschghouli* exequitur, quòd ipse hic *pran* magnus est, in tribu suâ magnus fit.

Et quisquis vult, quòd in tribu extraneâ [2] magnus fiat, et cum ipso hoc *maschghouli* adhuc in illâ tribu magnus efficitur.

Et quisquis hoc modo *maschghouli* exequitur, quod ipsa hæc loquela τῶν *maschghoulihaï* numerosorum et regula cujuslibet, *schischt* est, id est, omnis omnis res in eâ est; (*is*) in tribu suâ magnus fit.

Suprà, N.° XII, p. 41.

Et si vult quòd in tribu extraneâ magnus fiat, cum ipso hoc *maschghouli* etiam in illâ tribu magnus efficitur.

Et quisquis hoc modo *maschghouli* exequitur, quòd ipse hic visus locus omnis (*rei*) est, id est, omnis res in oculum intrat; in loca difficilia et facilia potest ire.

Quemadmodùm visus in loca difficilia et facilia sine labore potest ire; ipso illo modo, is etiam in loca difficilia et facilia sine labore potest ire.

Et quisquis hoc modo *maschghouli* exequitur, quòd ipse hic auditus opes (*opulentia*) est; omnes opes ei faciles (*ad acquirendum*) fiunt; ideò quòd, cum causâ (*medio*) auditûs omnes (*libri*) *Beid* auditi fiant, et ex illo (*indè*) Deus inventus fiat.

Et quisquis hoc modo *maschghouli* exequitur, quòd ipsum hoc cor locus quietis omnis (*rei*) est, is locus quietis tribûs suæ fit; id est, dorsum [et] umbra (*protectio*) omnis tribûs suæ fit.

---

1. In *ms. tertium decimum*, incuriâ amanuensis.
2. In *ms.* meo, verba transposita, ope *ms.* nat. loco suo reponuntur.

Et si vult quòd pulvinar et umbra tribûs extraneæ fiat, etiam cum ipso hoc *maschghouli* pulvinar et umbra illius tribûs efficitur.

OUPNEK'HAT II.

Et quisquis hoc modo *maschghouli* exequitur, quòd, ipsum hoc membrum particulare (*penis*) forma nati est, natus sors ejus fiat.

Et adhuc, si *maschghouli* exequitur, quòd hoc modo membrum particulare forma pecorum est, pecora multa ei congregata fiant.

[[1] Et *pran*, et sensus, et cor, simul colloquium fecerunt. Quisque unus dixit : ego magnus sum : et, ut in medio ipsorum (*in seipsis*, *suis oculis*) magni erant, ullum unum fixum non sumpserunt (*nihil ratum statuerunt*).

Extremum rei (*ad extremum*, *tandem*) propè *Pradjapat* iverunt, et supplicationem exhibuerunt ; quòd, ô magne ! dic, in medio nostrûm quisnam unus magnus est?

Suprà, *N.°* *XIII*, *p.* 42-44.

Pradjapat dixit : in medio vestrûm magnus ille est, qui, omni tempore (*quotiescunque*) is è medio exit, omnis persona corpus sine sensu (*esse*) sciunt (*scit*).

Cum causâ verificatione (*propter verificationem*) verbi τȣ *Pradjapat*, loquela è corpore exivit, et tempore (*spatio*) unius anni extrà ut mansit, rursùs venit, à corpore petiit, quòd, sine me, quomodò vitam egisti?

In responsum dixit : quemadmodùm mutus, litteram (*verbum*) non percutiens, et (*cum*) *pran* vivens est, et cum visu videt, et cum auditu audit, et cum corde intelligit, et cum membro particulari natum adducit ; ipso illo modo, vitam egi.

1. Quod sequitur, usquè ad 15.um *Brahmen* (*p.* 284), deest in meo *ms.* ; è *ms.* nat. *fol.* 128 r. - 129 r., desumptum est, ubi continuè, sine *alineâ* legitur.

Deindè loquela turbata facta (*verecundiâ suffusa*), cum loco suo (*in locum suum*) venit.

Illo tempore, propter verificationem cordis (*cogitationis*) τȣ̃ *Pradjapat*, visus à corpore exivit, et tempore unius anni ut extrà mansit, rursùs venit, à corpore petiit, quòd, sine me, quomodò vitam egisti?

In responsum dixit : quemadmodùm non videns non videt, et (*cum*) *pran* vivens est, et cum loquelâ loquens fit, et cum auditu audit, et cum corde intelligit, et cum membro particulari natum adducit; ipso illo modo vitam egi.

Deindè visus etiam turbatus factus est, (*et*) cum loco suo (*in locum suum*) venit.

Illo tempore, cor è corpore exivit, et tempore unius anni ut extrà mansit, rursùs venit, à corpore petiit, quòd, sine me, quomodò vitam egisti?

In responsum dixit : quemadmodùm non sciens, stultus (*imbecillis cum*) *pran* vivens est, et cum loquelâ loquens fit, et cum visu videt, et cum auditu audit, et cum membro particulari natum adducit; ipso illo modo vitam egi.

Deindè cor etiam turbatum redditum, cum loco suo (*in locum suum*) venit.

Illo tempore, *pran* (*respiratio*, *halitus*) voluit, quòd è medio exiret.

In tempore quo *pran* opus aggrediebatur [1]; sicut equus magnus et robustus, qui, in dominio (*possessione*) corporis carnulenti [2], irâ succensus sit, et tempore τȣ̃ saltare (*conatûs vi*) inflatus effectus, euntes esse clavos (*soleæ*) posteriores et

1. A verbo, *sicut* etc. usquè ad : *ipso hoc modo*, textus intricatus, diversos sensus suscipere potest. Mihi probabiliorem offero. Alia consule exemplaria.

2. *Tan and.* Fortè *tan andoh*, *corporis molestiâ* : legi *tan abed.*

anteriores facit (*projicit*); ipso hoc modo, omnes *pranha*, qui sensus sunt, super (*in*) loco suo non potuerunt manere; cum instantiâ et fletu clamorem attulerunt (*ediderunt*), quòd, ô magne! tu non abi: quòd, sine te, viventes non possumus manet (*manere*).

Pran dixit: omni tempore (*quandoquidem*) hoc modo scitis, donum (*tributi instar*) propter me fixum facite.

Dixerunt: approbatum habemus.

Tùm loquela dixit: magnitudo, quòd ego cum illâ magna sum, magnitudo tua est (*sit*).

Deindè visus dixit: locus visûs, quòd ego sum, illa qualitas qualitas tua est (*sit*).

Deindè auditus dixit: opes, quòd ego cum his opibus particularis sum (*quæ mihi propriæ sunt*), illæ opes opes tuæ sunt (*sint*).

Deindè membrum particulare dixit: virtus, quòd ego cum illâ natum effundo, illa virtus virtus tua est.

Illo tempore *pran* dixit: hoc modo quòd ego sum, alimentum meum quid est, et operimentum meum quodnam?

Dixerunt: illud quod omnia animantia comedunt, omne (*hoc*) alimentum tuum est (*sit*): et *ahenum* [1], quòd (*ex quo*) hæc omnia bibunt, operimentum tuum est (*sit*).

Proindè, quisquis hæc omnia alimenta alimentum (*esse*) hujus magni (*pran*) scit, illud quod comedit, in stomacho ejus corruptum non efficitur; et alimentum prohibitum et sine voluptate unquàm cum eo (*ad eum*) non pervenit.

Et doctus et sciens (*librum*) *Beid*, digitum (*aquæ*) quòd

---

1. *Harani*, *ahenum*, vas æneum: fortè *har àni*, *quidquid*: vel, *har abi*, *omnis aqua*.

OUPNEK'HAT II. priùs à τῷ alimentum (*comedere*), cum modo fixo (*statuto*) bibit; ideò quòd illa persona τὸν *pran* à nuditate adduxerunt (*adduxit*), vestitu operit; hanc significationem cum fide absolutâ approbatam habet.

Absolutum est *Brahmen* primum ex *Adhiaï* octavo.

Kessah (*historia*) *Sopatkit et Radjah Parvahen.*]

[1] *Quintum decimum Brahmen.*

LX. SOPATKIT nomine *Brahman*, qui nepos τȣ̃ *Aorn* fuit, in servitio (*præsentiâ*) patris sui cùm acquisitionem omnium scientiarum fecisset, post à cessatione (*liberatione*) comparationis scientiæ, cum (*ad*) *Panhal* venit.

Suprà, N.° XVI, p. 50, 51. N.° XXXII, p. 182.

Quemadmodùm omnes *pandet* capita (*primores*) illius regni, in disputatione scientiæ, cum eo super non venerunt (*illi superiores non fuerunt*), et super omnes victor fuit; voluit usquè (*ut*) cum *Radjah Parvahen*, genito τȣ̃ *Djioul*, qui *Radjah* illius regni erat, et in præstantiâ scribæ (*auctoris*) disceptationem (*artem criticam*) scientiæ monstrabat (*præ se ferebat*), super eum etiam præcellens veniat (*veniret*).

Cum ipso hoc proposito antè *Radjah* ivit.

Radjah cum quàm multis (*compluribus*) ex optimatibus suis sedens erat.

Quòd (*quandò*) *Sopatkit* è portâ intravit, *Radjah* eum ut vidit, cum voce magnâ, è vultu contemptûs dixit : ô parve anno (*juvenis*)! veni.

Sopatkit etiam, è vultu contemptûs, dixit : ô *Radjah*! venio.

---

1. In textu, *quartum decimum*, errore amanuensis.

Post ab (*hoc*) *Radjah* cum (τῷ) *Sopatkit* dixit : pater tuus aliquid cum te edoctum fecit ?

Is *pranou* cùm pronunciasset ;

Tùm *Radjah* petiit ; cum illis duabus viis (*illas duas vias*), quòd (*quibus*) post à τῷ transire facere corpus (*post mortem*), homo ex hoc mundo invitus cum illo mundo (*ad illum mundum*) eunt (*vadit*), scis ?

Dixit : ô *Radjah !* non scio.

Rursùs petiit : animæ quæ cum illo mundo (*ad illum mundum*) iverunt, rursùm quomodò cum hoc mundo (*in hunc mundum*) veniant, scis ?

Dixit : non scio, ô *Radjah !*

Rursùs petiit : quantumcunque quòd homines multi corpus transire faciunt (*relinquunt*) ; attamen ille mundus unquàm plenus non efficitur : causam hujus (*rei*) scis ?

Dixit : non scio, ô *Radjah !*

Rursùs petiit, quisnam est is numerus, quòd cum quot vicibus τῷ jaculari aquam (*seminalem*), aqua homo fiat ? illud numerum scis ?

Dixit : non scio, ô *Radjah !*

Rursùs petiit : opera, quod causa τȣ̃ invenit (*inveniendi*) viam τȣ̃ *diwdjan* et *petrdjan* sit, illa opera scis ? et in cor dubium non affer, quòd ego [propter superioritatem has quæstiones à me ipso facio] ; propter has quæstiones ipse τὸ *mantr* τȣ̃ *Beid* ducem habeo ; et illud hoc est :

(*Liber*) *Beid* dicit, quòd, [*diwdjan*, mundus *malkout* (*angelorum*) et *petrdjan*, mundus animarum,] duæ viæ est (*sunt*) ; una, τοῖς *petran ;* secunda, τοῖς *diwan* : quòd, euntes, post à separatione corporis, cum his duabus viis (*per has duas vias*), ab hoc mundo cum illo mundo (*ad illum mundum*) vadunt.

OUPNEK'HAT II. Et hæc via in medio matris et patris, quod significatio à terrâ et cœlo est (*quibus significantur terra et cœlum*), contingens reddita.

Sopatkit dixit : ab his quæstionibus quas fecisti, ego cum ullo uno videns non sum (*illas quæstiones à nemine vidi*, *nec audivi*).

Tùm *Radjah*, cum causâ cordis quæsitionis ejus (*ut cor ejus sibi conciliaret*), voluit quòd, suprà conventum (*cœtum*) ut (*illum*) sedere fecit, ligatus cum veteri civilitate *ark'heh* (*veteri civilitati* τῦ *ârk'heh adstrictus*), id est, aquâ manus et pedes lavare, fiat.

Suprà, *N.° II*, *p.* 10.

Ab excessu illius actionis, visum è dorso pedis super cum non habuisset (*non abstulisset*), reversus, currens ante patrem venit, et dixit : ô magne ! vos, antè ab hoc repetendo jusserunt (*dixistis*) : ego omnes scientias cum te edoctum feci.

Pater dixit : ô ingeniose (*acer ingenio*) ! quid dicis ? Forsitan edoctum non feci ?

Sopatkit dixit, ab excessu iræ ; quòd, ille qui ab omnibus *Radjah* facilis (*humanior*) est, quinque (5) quæstiones fecit, quòd, ego ullam unam ex illis quæstionibus non intelligo, et super responsum (*dare*) potens non redditus fui (*quibus respondere non potui*).

Pater petiit : illæ quæstiones, quodnam est ?

Tùm *Sopatkit* cum (*in*) compendio illas quæstiones cum patre (*patri suo*) dixit.

Pater dixit : ô fili ! cum certitudine scito : scientiam quam ego sciebam cum te edoctum feci ; et illud quod *Radjah* à te petiit, scientia est, quam ego non scio, et cum hæreditate cum eo (*ad eum*) pervenit. Hanc scientiam hodiè ullus unus è τῶς *Brahmanan* etiam non scit (*nullus scit*).

Veni, ut ego et tu, cum servitio (*in præsentiam*) τῦ *Radjah*

quandò iverimus, τὸ *brahmtschareh* fecerimus, quod ab omnibus delectationibus transire est, et pactum (*conventio*) petitionis scientiæ est, (*illud*) opus (*nostrum*, *artem nostram*) fecerimus, acquisitam hanc scientiam faciamus. OUPNEK'HAT II.

Sopatkit, è vultu iræ, dixit : ô magne ! tu vade ; quòd ego vultum (*os*) τȣ ire (*ad*) illum locum (*illuc*) non habeo.

Deindè pater cum servitio (*in præsentiam*) *Radjah* proficiscens fuit, et seipsum cum loco (*in locum*), quo *Radjah Parvahen* fuit, pervenire fecit.

Cùm solummodò τῷ advenire (*statim ut advenit*), *Radjah* propter eum locum τȣ sedere fixum fecit, et aquam *ark'heh* (*more*) antiquo ut fecit pervenire, dixit : ô magne ! illud quod vis, pete, quòd propter te præparatum faciam.

Brahman dixit : ô *Radjah !* statutum est, quòd certè illud quod dixisti es habiturus (*es executurus*).

Radjah dixit : homo magnus unquàm è verbo suo non revertuntur (*nunquàm pacto, promisso suo deest*).

Dixit : illud quod tu à commisso [1] (*commissario meo*) filio meo petiisti, et is illud non intellexit, illud cum me (*mihi*) dic.

Radjah dixit : petitum quod *fereschtehha* cum centum volitionibus desiderantes sunt, à me petis. Scito quòd ego cum te hoc modo fixum feci (*tibi pollicitus sum*), quòd illud quod petitum hominis hujus mundi est, pete, ut perfectionem (*executionem*) illius faciam.

Brahman dixit : super vos manifestum est, quòd, antè (*apud*) me aurum multum est, et boves, et equi sine numero, et famulæ et servi sine fine, et utensilia comesturæ et vestiarii cum completo (*completa*) est. Persona aliquid quod ipsa

1. *Az gomar*, *à ministro*, *famulo meo*; vel *az kamar*, *per jocum*; vel, *az Non kamar*, *filio meo*.

OUPNEK'HAT II. habet, illud petitum non facit (*non vult, non petit*) : et propter aliquid quod non habeo, cum desiderio illius in servitium (*præsentiam*) tuî veni. Cum τῷ non edocere (*non edocendo*) illam scientiam, quòd omnes homines petentes eam sunt, et merces ejus unquàm absoluta facienda non est, et illa scientia absque extremitatibus est, (*te*) ipsum cum exceptione utente in jurejurando relativum (*ei similem*) ne fac.

Radjah dixit : ô *Goutam!* cum modo, quod propter discipulum in libris fixum est, quòd (*sic*) à *pir* (*sene*) edoctus fiat, à me postulatum fac.

Brahman dixit : ego cum ipso hoc proposito in servitium (*præsentiam tuî*) veni : sed in omni tempore, quo *Brahmanan* antè *k'hetrian* cum petitione scientiæ iverunt, præter ipsum hoc fixum (*conventum*) quòd discipuli sumus, servitium aliud non fecerunt (*non præbuerunt*).

Radjah sinceram petitionem et rectitudinem ejus ut invenit, verecundiâ suffusus factus, dixit : ô *Goutam!* afflictus non fias : quòd (*quia*) ad edocendum hanc portionem scientiæ cautione opus est. Si, quemadmodùm cautionem à me (*meam*) peccatum (*esse*) scivisti, in colore (*modo*) magnorum ipsorum (*tuorum*), qui semper defectus (*culpas*) magnorum meorum condonatos fecerunt, tu etiam condonatam fac. Et hæc scientia, in hoc tempore, antè (*apud*) ullum *Brahmani* non est : in tempore præcedenti etiam pauciores (*perpaucæ*) personæ hanc scientiam sciebant. Sed cum causâ [sinceræ petitionis tuæ (*proferam*) dicam : et quis est, qui] sinceram petitionem et integritatem tuam [non] videat, et (*eam non videns*) loqueretur?

Deindè *Radjah* dixit : ô *Goutam! mokel* mundi *behescht*; ignis est, quòd in illo *houm* faciunt : et huic igni ipse hic sol cum loco (*vice*) ligni est : et radii ejus, fumus ; et dies,

lumen illius ignis est; *djehat*, carbo ardens; et media τȣ̃ *djehat*, scintilla. OUPNEK'HAT II.

Deindè, in hunc ignem animæ hominum, quæ corpus ut reliquerunt ex hoc mundo abierunt, fidem suam cum loco (*vice*) aquæ in hunc ignem projiciunt; id est, certum sciunt, quòd, illud quod (*liber*) *Beid* jussit, rectum [est], et cum mandato ejus, ex opere puro cum (*ad*) *behescht* perveni.

Et ex hoc τῷ projicere aquam primam, luna, quæ rex τῶν *Brahmanan* est, producta fit.

Et, ô *Goutam! mokel* nubis, ignis est: et ei ipse hic annus totus lignum est; et nubes, fumus; et lumen fulguris, splendor (*flamma*); et fulgur (*fulmen*), carbo ardens; et tonitrûs fragor, scintilla.

Deindè, in hunc ignem ipsæ illæ animæ memoratæ lunam cum loco (*vice*) aquæ in illum ignem projiciunt.

Et ex hoc τῷ projicere aquam secundam, quæ luna est, pluvia fit.

Et, ô *Goutam! mokel* hujus mundi, ignis est: et ei hæc terra lignum est; et igneum (*ateschi*, *ignitum*, *ignis*), quod in hoc mundo est, fumus; et nox, splendor (*flamma*) ejus est; et lumen lunæ, quæ, in nocte, super faciem terræ extensæ gyrat, carbo ardens illius ignis est; et astra fixa, scintilla.

Deindè, animæ memoratæ, pluviam cum loco (*vice*) aquæ in illum ignem projiciunt.

Et ex hoc τῷ projicere aquam tertiam, fruges (*fructus terræ*) productæ fiunt.

Et, ô *Goutam!* ex his, comedentes alimentum ignis sunt: his comedentibus apertum facere os, lignum; et *pran*, fumus; et loquela, splendor (*flamma*); et visus, carbo ardens; et auditus, scintilla.

OUPNEK'HAT II.

Deindè, in hunc ignem hæ animæ quæ in corporibus sunt, alimentum cum loco (*vice*) aquæ in illum ignem projiciunt.

Et ex hoc τῷ projicere aquam quartam, quod alimentum est, gutta seminalis producta fit.

Et, ô *Goutam!* mulier (*femina*) ignis est: et locus particularis ejus, lignum; et capilli illius loci particularis, fumus; et volitio (*appetitus*), flamma; et copulatio, carbo ardens; et voluptas copulationis, scintilla.

Deindè, in hunc ignem, animæ quæ in corporibus sunt, guttam (*seminalem*) cum loco (*vice*) aquæ in hunc ignem projiciunt.

Et è τῷ projicere hanc aquam quintam (5), homines producti fiunt [1].

Et tempore quo homo moritur, eum antè ignem portant: ei ipse hic ignis exterior ignis est; et ipsum hoc lignum,

---

1. Universitas rerum magnum *houm* sacrificium est, quod, cum quinque ignibus, animæ defunctorum peragunt. Illi ignes sunt, præfectus *behescht* (*paradisi*), præfectus nubis, præfectus hujus mundi (*terræni*), entia quæ alimenta comedunt, et femina. Partes illorum ignium, omnia entia, et locorum et temporum spatia et mensuras, constituunt. In primum ignem animæ defunctorum, vice aquæ, fidem suam in librum *Beid*, cujus præceptorum perfectio ad *behescht* perducit, projiciunt: indè provenit luna, rex *Brahmanun*. In ignem 2.um, lunam projiciunt; indè, pluvia: in 3.um, pluviam; indè, fruges terræ: in 4.um, alimentum; indè gutta seminalis: in 5.um, guttam seminalem; indè homo productus; quo, post mortem in ignem projecto, anima illius lumen fit, et cum aliis animabus, mundi renovationi inservit.

Hic cursus rerum, ortus et occasus entium sese invicem consumentium, et novæ generationi, ope ignis, occasionem dantium.

Observari potest entium productorum analogia cum ignibus, et rebus in illos, vice aquæ projectis. Omnia à fide animæ ordiuntur, et in lumen animæ desinunt.

Ulteriùs progredi, totam ipsam et intimam Indorum doctrinam esset tradere, explicare. Hæc tenuis delibatio nunc sufficiat.

lignum; ipse hic fumus, fumus; et ipsa hæc flamma, flamma; et ipse hic carbo ardens, carbo ardens; ipsa hæc scintilla, scintilla.

Deindè, in hunc ignem, animæ memoratæ corpus projiciunt.

E τῷ projicere hominem in ignem, anima illius personæ lumen fit.

Et deindè, collectio (*cœtus*), quæ hos quinque (5) ignes benè intelligunt, sive familiam (*famulos*) habentes sint, et in urbe (*vitam*) transeant; sive in deserto mortificationem (*pœnitentiam*) trahant; hæc collectio, cum fide absolutâ, τὸν *Haranguerbehah*, quod figura rectitudinis est; *Brahm* (*esse*) ut scivit, cum eo (*illi*) *maschghouli* facit: illæ (*personæ*), post à τῷ mori, cum aliquo (*ad aliquem*), qui *mokel* luminis est, perveniunt: et is cum (*ad*) *mokel* diei pervenire facit; et *mokel* diei, cum (*ad*) *mokel* dierum augminis lucis lunæ pervenire facit; et hic *mokel* dierum augminis lucis lunæ, cum (*ad*) *mokel* sex mensium, quod in illis sol propensionem cum latere (*ad latus*) septentrionis facit (*exhibet*): quod à principio *Capri*[1] est usquè ad finem *Geminorum*; facit pervenire; et ille *mokel* sex mensium, cum (*ad*) *mokel* τȣ̃ *diw lok* pervenire facit; et *mokel* τȣ̃ *diw lok*, cum sole (*ad solem*) pervenire facit; et sol, cum (*ad*) *mokel* fulguris pervenire facit.

Et antè *mokel* fulguris persona (*illa*) venit, quòd ea è corde (*secundùm cor*) τȣ̃ *Brahma* producta est.

Deindè is (*mokel*) hanc personam cum mundo (*ad mundum*) τȣ̃ *Brahma* facit pervenire.

---

1. Hinc forsitan cognoscere est cœli statum, quo tempore *Oupnek'hat* compositum est; et vicissim, præcessionis æquinoxiorum computatione, epocham hujus libri. Sol, in principio *Capricorni*, ad septentrionem ascendebat, usquè ad finem *Geminorum*: et infrà, sol, in principio *Cancri*, ad meridiem vergebat, usquè ad finem *Sagittarii*. Suprà, *Monitum ad Lectorem*, p. vij.

OUPNEK'HAT II. Tùm illa persona, in illo mundo τȣ̃ *Brahma*, in sede quæ conformis statui ejus est, firmam mansionem sumit, et in illo mundo τȣ̃ *Brahma*, quoad *Brahma* est (*sit*, *manet*).

Et illi qui cum (*ad*) *Brahma* pervenerunt, ipso illo loco *kiani* et docti facti, cum ipso illo *Brahma mak* (*beati*) sunt futuri; cursùs in hunc mundum, quoad hoc *Brahmand* (*orbis mundi*) existit, non venient.

Et una via, ex illis duabus viis quæ memoratæ fuerunt, hæc est: et hanc viam *diw djan* dicunt; id est, via τȣ̃ ire animas, quæ qualitatem *molki* (*angelicam*) habuerunt.

Et illi, qui cum *korbanha* et operibus misericordiæ, super mundos victoriam obtinuerunt, et aspectum super mercedem operis habuerunt, post à τῷ relinquere corpus, cum (*ad*) *mokel* fumi perveniunt; et *mokel* fumi, cum (*ad*) *mokel* noctis facit pervenire; et *mokel* noctis, cum (*ad*) *mokel* dierum imminutionis lucis lunæ pervenire facit; et is, cum (*ad*) *mokel* sex mensium quibus sol cum latere (*ad latus*) meridiei propensionem facit (*tendit*): quòd illud à principio *Cancri* est, usquè ad finem *Arcûs* (*Sagittarii*); facit pervenire.

Suprà, p. 291, not. 1.

Propè (*juxtà*) τȣ̃ς *Beid danan* (*Beid scientes*) hoc est, quòd, quisquis sex mensibus, quibus sol cum (*in*) latere septentrionis est, moritur, melius est, et ab illis (*quàm status illorum*) qui in sex mensibus, quibus sol cum latere meridiei est, moriuntur.

Et ille *mokel* sex mensium, cum (*ad*) *mokel* animarum patrum facit pervenire; et is cum lunâ (*ad lunam*) facit pervenire.

In illo loco (*ad illum locum*) ut pervenerunt, famuli τῶν *fereschtehha* fiant; in illo loco hi servitium τῶν *fereschtehha* faciunt.

Et omni tempore (*statim atque*) merces operum purorum illorum absoluta est, ab illo loco cum (*ad*) *Bhout âkasch* veniunt.

E *Bhout âkasch*, cum terrâ (*ad terram*) ut pervenerunt, propter punitionem operis mali, quod in tempore vitæ contingens factum est, in *djehennam* (*infernum*), quod in hoc mundo est, veniunt : et in illo loco sunt futuri (*mansuri*) cum figurâ vermis, et papilionis, et canis, et colubris, et scorpionis, et aliorum (*hujusmodi animalium*).

Et nomen hujus viæ secundæ *petrdjan* est : quid ? (*nam*) illa via τȣ̃ *behescht* (*paradisi*) est ; et hæc via τȣ̃ *djehennam* (*inferni*).

Et illi qui *kiani* et unitarii sunt, illi ab his ambabus viis immunes et liberi sunt : et illi ipsi *Brahm* sunt : et illis via non est, quòd cum illâ viâ eant : et illi sine timore sunt; *Brahm* sunt ; *âtma* sunt.

Expositio quinque (5) quæsitionum *Radjah Parvahen* cum (*à*) *Sopatkit*, in sponsione (*secundùm promissum*) τȣ̃ ostendere has duas vias, et alia verba quæ in hoc medio (*intereà*) memorata fuerunt, absoluta est.

Brahmen absolutum est.

Oupnek'hat Brehdarang, quod maximum τῶν *Oupne'khathaï* (*libri*) *Djedjr Beid* est, et significatio illa est, quòd, hoc *Oupnek'hat* ex secretis magnis divinis est ; fortunata et beata persona [est], quæ illud legit, et scit, et super hoc opus facit, [quoad liberationem obtineat].

Et hoc *Oupnek'hati* est, quod, in cognitione Dei, petentem ad perfectionem fecit pervenire.

OUPNEK'HAT MITRI,

è *DJEDJR BEID* (*excerptum*).

LXI. RADJAH *Brahdrateh*, (*per*) tempus (*quoddam*) regiam potestatem cùm fecisset (*exercuisset*), post ab illo (*posteà*) regiam dignitatem cum filio suo tradidisset, intellexit quòd hic mundus ad manendum (*mansurus*) non est.

Ex hoc respectu cor ejus ab omnibus volitionibus frigidum factum, et cum deserto (*ad desertum*) ivit, et initium in mortificatione (*pœnitentiâ*) magnâ fecit.

Et illa mortificatio hæc fuit, quòd, oculum suum cum sole suerat (*oculum soli affixum tenebat*), et ambas suas manus sursùm cùm sustulisset, stans manebat.

Et tempus mille annorum cum ipso hoc modo stans fecit pertransire.

Cum existentiâ hujus afflictionis (*duritiei*) et mortificationis, quamvis cor ejus purum factum (*foret*), attamen cum cognitione (*ad cognitionem*) non pervenit.

Et cùm cor ejus purum factum esset, cum corde (*in cor*) attulit, quòd, antè directorem progressus, modum scientiæ contemplativæ (*spiritualitatis* [1]), et cognitionis acquisitum ostenderet (*faceret*).

Antè *Schalkaïn rek'heschir* ivit.

Et ille *rek'heschir*, è *kian* et cognitione, hoc modo lumen fuit, quòd ignis sine fumo.

---

1. In margine, *iaani antheh àn be del kardan*; *id est*, *finem*, *extremitatem ejus cum corde facere* (*corde comprehendere*).

Ulli personæ potestas illa non fuit, quòd, à (*præ*) solummodò majestate ejus, propè eum posset ire : et ille *rek'heschir âtmadan* (*sciens τὸν âtma*), dignus veneratione fuit. OUPNEK'HAT III.

Radjah cum eo verbum non potuit facere : progressus, super (*ad*) pedem ejus cecidit.

Rek'heschir, sinceritatem petitionis et puritatem cordis ejus cùm vidisset, dixit, quòd, ô *Radjah!* surge, et quidquid vis pete.

Radjah cùm surrexisset, et honorem summum cum loco attulisset (*illi exhibuisset*), dixit, quòd, ô digne veneratione! ego τὸν *âtma* non scio; et audivi (*quòd*) vos τὸν *âtma* scitis. Indulgentiam ut feceritis (*præstantes*), τὸν *âtma* scire faciatis.

Rek'heschir dixit : ô *Radjah!* primùm (*potiùs*) oportebat aliquid aliud à me peteres : hoc multùm (*valdè*) difficile est : hoc à me ne petas : præter hoc, quodcunque petendum quod habes, pronuncia (*illud declara*).

Radjah rursùs caput cum pede *Rek'heschir* ut transire fecit (*capite ad ejus pedes demisso*), dixit : ô digne veneratione! hoc corpus, quod plenum est ex ossibus, et pelle, et nervis (*tendonibus*), et pinguedine, et carne, et guttâ (*seminali*), et sanguine, (*et*) flegmate, et lacrimâ oculi, et sordibus (*immunditiâ*) oculi (*lippitudine*), et urinâ, et excremento (*solido*), et vento, et bili, et succo melancholico (*atrâ bili*); et collectio harum rerum est; et multum malum est, [et] sine firmitate est : hoc corpus, quod ipsum ad manendum (*per se mansurum*) non est; propter hoc volitionem et quæsitionem et petitionem voluptatis sumere, quid utile habet?

Et habitatores hujus corporis, quòd ipsi, cupiditas, et ira, et aviditas bonorum, et error per incuriam, et timor, et sollicitudo, et invidia, et mœror, et divisio amicorum, et

OUPNEK'HAT III. pervenire ad non volitiones, et fames, et sitis, et senectus, et ægritudo, et mors, et afflictiones, et alia sunt; et corpus in vinculo illorum est; propter hoc corpus, volitionem, et quæsitionem, et petitionem et voluptatis sumere, quid lucrum (*commodi*) habet?

Cum existentiâ horum omnium turpitudinum, mundus corporis si (*utrum*) ad manendum fiat, in quocunque statu aliquis quæsitionem etiam fecit.

(*Verùm*) hæc ipsa sensibile (*sensibus perceptum*) est, quòd ad manendum non sunt.

Quemadmodùm culex, et pulex, et palea, et desertum, et fructus arborum producta fuerunt, et corrupta fiunt (*pereunt*): et cum (*in*) his (*rebus*) etiam quæ actio (*quid boni*)?

Et aliæ res magnæ et parvæ etiam, et reges qui *aalemguir* (*mundum capientes*) fuerunt, et domini exercituum potentium fuerunt; similis (*sicut*) *Radjah Soudman*, et *Radjah Bhoudarman*, et *Radjah Androuman*, et *Radjah Kilaschou*, et *Radjah Djoudnaschou*, et *Radjah Pramaschou*, et *Radjah Aschoupat*, et *Radjah Schaschband*, et *Radjah Hartschand*, et *Radjah Anbrik*, et *Radjah Nehek*, et *Radjah Braguestami*, et *Radjah Sourdjat*, et *Radjah Hadjat*, et *Radjah Anrni*, et *Radjah Atschhersin*, et alii (*ab*) eis, et *Radjah Matrat*, et *Radjah Bhartheh* [1], et alii.

---

1. Incertum est an octodecim illi *Radjah* unam seriem seu unum catalogum principum sibi immediatè succedentium, conficiant. Tria nomina videre est in *Baga vadam* gallicè, anno 1788 publicato : *Soudouminen*, p. 218, 219; *Aritschandren*, p. 234; *Nagouchen*, p. 246. Sed tutius est, illa nomina considerare, ut magnorum, potentissimorum *Radjah*, qui à *Radjah Man* (*Soudman*), initio temporum Indorum, usquè ad *Radjah Bhart*, duobus circiter annorum millibus antè æram Christianam, imperio orbis (*sic loquuntur Indi*) potiti sunt. Plures agnoscuntur in catalogis è libro *Mahabarat* desumptis : sic *Soudman* (*Man*); *Bhoudarman* (*Bouden*); *Androuman*

Hæc divisio (*species*) τῶν *Radjha*, cum existentiâ exercitûs et proximorum et elephantum, et opes magnas cùm reliquissent, ex hoc mundo cum illo mundo (*ad illum mundum*) iverunt : et ulla persona illos servatos non potuit habere (*illos protegere*); et è morte liberationem non obtinuerunt. Hi ipsi homines erant.

Et τȣ̃ς *kandherpan*, et *asoran* (*schaittanan*), et *mokelan* (*præfectos*) thesaurorum, et *ratschesan*, et *djenian*, et *khabsian*, et colubres magnos, et astra, etiam ad manendum (*naturâ mansura*) non video. Et hæc etiam quidnam sunt? ab his majus (*quid*) maria circumdantia (*oceani*) sunt : hæc (*maria*) etiam sicca sunt futura.

Infrà, N.° *LXXVI.*

Et montes excelsi etiam sunt casuri : et stella polaris etiam nutationem [1] (*vacillationem*) factura; et arbores proceræ omnes casuræ, et arbores parvæ : quòd (*et*) terra etiam in aquam deorsùm est itura.

Et *fereschtehhaï* magni etiam à sede suâ (*pulsi*) sine loco sunt futuri.

Hæc est ratio (*modus*) mundi.

Volitionem, et quæsitionem, et petitionem voluptatis sumere, quid utile habet ?

(*Andr*); *Anbrik* (*Aï*); *Nehek* (*Nahak*); *Hadjat* (*Hadjat*); *Anrni* (*An*); *Atschersing* (*Tschernii*); *Matrat* (*Matnar*); *Bhartheh* (*Bhart*) : verùm indè nec illorum principum ætas, nec libri epocha commodè erui potest. Synchronismos quosdam antiquorum Indiæ librorum indicare volui. De his consule *Recherches historiques et géographiques sur l'Inde* (1786). *Lettre de M. Anq. du Per.* p. 51. *Id. Supplém.* (1789), n° 11, *note*, *p.* 2 - 9.

In *ms.* nat. quatuordecim tantùm nomina leguntur; *Bhoudarman* et *Androuman*, nomina mythologica, non apparent : loco duorum, *Hartschand* et *Anbrik*, unus *Sarang* : deindè, *Neheng* : loco *Braguestami* et *Sourdjat*, *Parkia* et *Soudrjat* : loco *Anrni* et *Atschersin*, unus *Atschehsin* : tùm, *Harteheh*, et ultimus *Tarteheh*.

Hæc series, minùs à catalogo τȣ̃ *Mahabarat* differt.

1. Mutatio poli annunciata (*ô setareh kottob ham djonbesch khahad kard*).

OUPNEK'HAT III. Et super (*propter*) obligationem et decretum (*præceptum*), quòd aliquis, omni vitâ, opus purum propter mercedem faciat, et omnes voluptates sumat; rursùs etiam ei caput convertendum, et iter mundorum in antè est (*in mundos ire debet*): quid? (*nam*) hunc mundum quòd (*quandò*) reliquit, cum mundo alio (*in mundum alium*) vadit; et ex illo mundo, cum mundo altero (*in mundum alterum*).

Proindè, nisi *kian*, et cognitio, ulla res (*alia*) causa requiei et liberationis (*beatitudinis*) non est.

Ego qui omnem hunc mundum hoc modo video, præter à τῷ *kian* et cognitione, ex hoc mundo quam rem petitam faciam?

Ex hoc respectu (*idcircò*) ego ipsum hoc postulo; quòd (*nam*) quemadmodùm rana non videns in puteum obscurum cecidit, et spem τȣ͂ supervenire (*exeundi*) non habet; ego etiam in puteum obscurum τȣ͂ *Aavudia* et non scientiæ lapsus sum. Vos me (*indè*) educatis (*auferatis*). Propter τὸ exire ex hoc puteo viam monstrate.

Absolutum est *Brahmen*.

(*Brahmen.*)

LXII. Ille *rek'heschir*, dignus veneratione, multùm lætus statu factus, cum *Radjah* dixit: ô *maha* (*magne*) *Radjah*, ô *Brahdratheh*, ô magna familia τȣ͂ *Radjah Antschouak!* tu sciens τὸν *âtma* es; tibi quidquid faciendum erat, factum; quidquid relinquendum erat, relictum; et magnitudo tua celebris est.

Illum *âtma* quòd petis, tu es; ideò quòd, quidquid ab *âtma* separatum et corruptibile sciendum erat, omne tu corruptibile et separatum (*ab âtma*) scivisti: residuum, ipse hic *âtma* manserat; illum ipsum cum te (*tibi*) dixi, quòd tu es.

Radjah petiit : ille *âtma*, quòd (*ejus*) in me indicium das, quisnam est ?

Rek'heschir, dignus veneratione, dixit : illa res, quæ, in corpore tuo ut mansit, custodiam corporis tui facit, tempore quo à corpore separata fit, corpus molestiam (*malum*) experitur; et ei (*rei*) molestia non pervenit; et longè faciens non scientiam et insipientiam (*errorem*) est : illud *âtma* est.

Ostad, director meus, qui *Mitri* nomen habuit, is me hoc modo edocuit.

Et illa forma lætitiæ, quæ ex hoc corpore egressa, et cum luce magnâ unum facta, ipsa, in pulchritudine suâ, lætitia pura facta, manet; ipsum hoc est *âtma* : et ipsum hoc sine cessatione est; et ipsum hoc sine timore est; et ipsum hoc creator est.

Et τὸ intelligere ipsum hoc, *Brahm badia* est : et principale (*præcipuum*) omnium *Oupnek'hatha* ipsa hæc scientia unificationis est.

Quemadmodùm hanc scientiam unificationis director dignus veneratione, meus, *Mitri*, cum me edocuerat, cum te etiam sum dicturus.

Rek'heschirani, qui *Bal* [et] *Khela* nomen habebant, et à peccatis puri fuerant, et pleni luce erant, et gutta (*seminalis*) illorum unquàm deorsùm non ceciderat : cum statu illorum (*quod eis accidit*) hoc modo auditum fuit; quòd, illi antè *Pradjapat* progressi, dixerunt, quòd, ô digne veneratione ! quemadmodùm currus (*per se*) sine motu est; ipso hoc modo, hoc corpus etiam sine motu est. Ille magnus quisnam est, quòd is visus non sit, (*et*) hoc modo magnitudinem habet, quòd huic sine motu motum det? motum dantem cum nobis dicant (*dicatis*).

OUPNEK'HAT III.

Pradjapat cum illis dixit : hoc modo auditum fiat, quòd, ille qui cum sermone non venit (*de quo dignè loqui non possunt*), et immunis est, et purus est, et sine figurâ est, et semper in quiete est, et sine *pran* vivens est; et, id est, sine τῷ halitum percutere (*vibrare*) vitam habet; et is dominum non habet; et ipse cum ipso (*in seipso*) gaudium purum est; et sine fine est; et ei corruptio (τὸ *perire*) non est; firmus et stabilis est; et semper est; et productus non fuit; et cum arbitrio (*electione*, *liberâ dispositione*) suî est; et in magnitudine suâ sit : et huic corpori sine motu motum ut dedit, euntem efficit; et motum dans omnibus corporibus is est.

Rek'hêschiran dixerunt, quòd, vos dixistis, quòd ille *âtma* ipse motum et volitionem non habet; et alias qualitates ejus memoratas fecistis. Omni tempore (*quandoquidem*) is motum et volitionem non habet, et sine motu alteri (*enti*) quomodò et propter quam volitionem motum dat?

Pradjapat dixit : hic *âtmaï*, quòd motum dans corpori est, subtilis est : cum sensibus apprehensum non potestas facit (*non possunt facere*); (*naturâ*) capiendus non est, videndus non est : nomen ejus *porsch* est; id est, omni loco plenus est (*omnia loca implet*).

Primùm is in intellectum venit; et *djiw âtma* factus, et in intellectum ingressus, et in corpore possessionem cum imperio operatus (*corpus possidens et agens*), iter hujus mundi facit.

Ipso hoc modo, *djiw âtma*, in tempore τȣ̃ *sak'hepat* forma τȣ̃ *âtma* fit : et cum vult, quòd, ex illo statu egressus, rursùs cùm mundo (*in mundum*) vigiliæ veniat, in intellectum ingressus, evigilatus fit, et occupationes (*operationes*, *negotia*) hujus mundi facit.

Ipse hic *djiw âtma*, quòd forma τȣ̃ *âtma* est, et forma

scientiæ et admonitionis (*instructionis*, *nuncii*, *attentæ notitiæ*) est, huic corpori etiam admonitionem (*nuncium*) largitur : et in quolibet corpore ipse hic (*djiw âtma*) sciens est; et ipse hic : ego : dicens est. OUPNEK'HAT III.

Ex illis indiciis, quòd volitio, et ira violenta (*motus extremus*), et præsumptio sit, scitus fit : præter *âtma* quis est, quòd in corpore has actiones fecisset ?

Ipse hic *djiw âtma*, in corpore, *Pradjapat* est; id est dominus, et faciens omnes actiones est; et sciens omnes res est; et videns omne est; et ex admonitione ejus, hoc corpus notitiam (*scientiam*) acquisitam facit : et ipse hic iens (*ire*) faciens corpus est.

Rursùs *rek'heschiran* petierunt, quòd, ille *âtma*, quòd portionis (*divisionis*) capax non est, in corporibus quomodò pars, pars, factus est?

Pradjapat dixit : primùm unus *âtma* fuit, quòd ab eo hæc omnia productio facta.

Suprà, N.° XII, p. 100-104; N.° XXIV, p. 121-123.

Is, è solitudine suâ (τῷ *solum esse*) quietem cùm non obtinuisset, imaginatum ipse cùm fecisset (*secum cogitasset*), voluit quòd multus et diversi generis appareret.

Cùm diversi generis apparuisset, corpora diversi generis producta fecit.

Illa corpora, similia petræ sine motu, et sine *pran*, sicut arbores siccæ, sine sensu manserunt.

Illa corpora hoc modo (*in hoc statu*) cùm vidisset, rursùs sine quiete factus, voluit, quòd, ipse in medium illorum ingressus [hæc cum sensu et motu (*ad sensum et motum*) adducta (*faceret*) : similis vento factus, in medium horum intravit.]

Et ut, ex illo unico vento, quod *pran* fuit, vidit, quòd

OUPNEK'HAT III. actio antè non iret (*non procederet*), ipsum hunc ventum quinque portiones fecit; quòd, *pran*, et *apan*, et *saman*, et *adan*, et *bian* sit.

Ille ventus, quòd, motus ejus cum sursùm est, *pran* est: et ventus, quòd motus ejus cum deorsùm est, et urinam et excrementa (*solida*) pulsa facit, *apan* est: et ventus, quòd præcipuum (*purissimum*, *substantiale*) alimenti, à vià (*per viam*) venarum (*vasculorum*) æquale ut fecit, cum omnibus membris (*ad*, *per omnia membra*) facit pervenire, *saman* est: et ventus, quòd, aquam et alimentum (*quæ*) deorsùm eunt, cum latere (*ad latus*) sursùm is facit, *aodan* est: et ventus, quòd, in omnibus venis plenus est (*omnia vascula replet*), illum *bian* dicunt.

Et in circà umbilicum, quòd (*ubi*) collectio τȣ̃ *pran* et τȣ̃ *apan* est, ambo cùm simul bellum habent: modò *pran*, ut vim fecit (*fortior*), τὸν *apan* cum (*ad*) sursùm trahit; et modò, *apan*, ut vim fecit, τὸν *pran* cum (*versùs*) deorsùm trahit: et à bello et contentione horum amborum (*ventorum*), calor, qui in stomachum simul advenit, ipse hic calor naturalis est: et ipse hic calor naturalis, forma personæ est; et ipsa hæc persona, forma caloris naturalis: et ipsum hoc est *djiw âtma*.

Et ex ipso hoc calore, huic personæ quidquid comedit digestum fit.

Suprà, N.° LIV. Et sonus, qui in τῷ ligare (*obturare*) foramini auris, auditus fit, sonus ipsius hujus caloris, digestum facientis alimentum, est.

Et ex ipso hoc respectu (*propterea est*) quòd homo, (*qui*) propè cùm mori (*ad mortem*) advenit, hunc [sonum] τȣ̃ digestum fieri alimentum non audit.

Ille *âtma* seipsum cùm quinque (5) portiones fecisset, in cubiculum corporis cùm intrasset, una (*portio*) forma

cordis facta (*est*); et una, forma τȣ̃ *pran* facta; et una, forma rectitudinis facta; et una, forma volitionum rectarum facta; et una, *djiw âtma* facta.

Et ille *âtma*, cum existentiâ illâ, quòd hæ quinque (5) portiones factus, in medio cordis sedebat, sciebat, quòd cum me quidquam non feci.

Voluit quòd voluptatem rerum extrà (*externarum*) caperet; quinque (5) sedes sensuum cùm discidisset, et foramen fecisset, exivit: et quinque (5) radios suos ex his quinque viis cùm adduxisset, ex illis voluptatem sensibilium externorum sumpsit.

Et visus, et auditus, et odoratus, et gustus, et tactus, et illi quinque (5) radii sunt, quòd, cum loco (*vice*) quinque (5) funium (*lororum*) quinque (5) equorum trahentium currum est.

Et cum loco (*vice*) illorum quinque (5) equorum, lingua, et manus, et pes, [et] duo loci particulares, est (*sunt*).

Et corpus hominis, cum (*in*) loco currûs est.

[[1] Unum foramen, oculus; et unum foramen, auris; et unum foramen, nasus; et unum foramen, os; et foramina, pori corporis, quòd ex illis tactûs sensum exerat: (*hæc omnia*) cum loco partium ejus (*currus sunt*).]

Et cor, quod forma τȣ̃ *djiw âtma* est, cum loco (*vice*) euntem facientis currum est.

Et justa temperatio trium (3) qualitatum, cum loco fustis

---

Et lux-ens, quòd in sole est, et expositiones ejus suprà memoratum est, ipsam illam lucem (*esse*) *âtma* ut scivit, hoc modo (*homo*) intelligat, quòd; lux quæ in medio cordis, similis flammæ lampadis est, parva apparet, subtilis est, et omnis mundus figura ejus est, et quidquid existit alimentum ejus est, et omne in eâ inventum fuit (*invenitur*), ipsa illa lux est, (*quæ in sole est*).

Illa lux *âtma* tuus est; et illa lux è vinculo mercedis et pœnæ immunis est; quòd, à senectute, et morte, et tristitiâ, et à fame, et siti immunis (*soluta*, *libera est*); et quidquid vult, fit; et ipsa hæc, dominus magnus est, et dominus elementorum est; et nutrita (*servata*) faciens omnia animantia est; et *sadi* est, quod omne cum (*in*) limite suo custoditum habet.

Et ipse hic *âtma*, *eischan* est; id est, dominus omnis (*rei*) et dominans super omne est; et læto statu faciens omne est; et locus productionis omnis (*rei*) est; et destructum faciens omne est; dominus mundi, et productum faciens mundum est; et *Haranguerbehah* est; et collectio animarum est; et *sat* est, et id est, (*ens*) verum est; et *pran* omnis (*entis*) est; et *hens* etiam is est, id est, anima omnis rei est; et objurga-

OUPNEK'HAT III.

tionem (*admonitionem*) faciens omni (*enti*) est; et sine defectu est; et *Beschn* est; et nutriens (*servans*) est; *naraïn* est, id est, in omni (*re*) is est, et omne in eo est.

Et ipsum illud ens, quod in igne (*est*); et ipsum illud ens, quod in corde est; et ipsum illud ens, quod in sole est, unum ens est.

O ens! quod omne tu es, et totus mundus figura tua est, et forma τȣ̃ *tsched âkasch* es, id est, universalitatis; tibi *nemeskar*, id est, humilis submissio.

Suprà, N.° XII, p. 38, not. 1.

Expositio impedimentorum (à τῷ) pervenire cum cognitione (*ad cognitionem*).

Periculum quod impediens (à τῷ) pervenire (*ad*) cognitionem, est, primum rete magnum non scientiæ est.

[1] Causa τȣ̃ incidere in illud rete magnum cum non scientiâ, sedere scientes, (*librum*) *Beid* scientes, est, in societate non scientis, qui verbum divinum approbatum non habet (*illius rationem non habet*).

Quemadmodùm aliquis arborem umbram habenten (*dantem*), plenam fructu perfectè noscit, quòd (*ut*) in umbrâ illius sedeat, et fructum ejus comedat; (*et*) illa persona illam arborem plenam utilitate ut præteriit, in umbrâ τȣ̃ *boutek kahi* [2] sine umbrâ et sine fructu, sedet; et expectationem utilitatis ex illo (*boutek kahi*) habuerit: ipso hoc modo, (*librum*) *Beid* sciens, qui cum non sciente sedet, ipsum hunc statum habet.

Et causa alia τȣ̃ cadere in rete non scientiæ, hæc est; quòd, in voluptates hujus mundi pereuntis venditus (*illis mancipatus*), aliquid è mundo legis (*homo*) non habuerit, et semper cor

---

1. Operum, quæ in inscitiæ rete projiciunt, et à cognitione veri et solius entis removent, fusa enumeratio.

2. *Bouteh kahi*, *ramus*, herba τȣ̃ *Pagode.*

ejus (*è*) loco cum loco (*in locum*) currens sit, et submissus volitioni cordis factus, ex arbitrio suo (*libero suî dominio*) exeat.

Et alia causa τȣ̃ cadere in rete non scientiæ, hæc est; quòd, in quæsitione bonorum mundi redditus (*occupatus*) sit :

Alia, semper vitam suam propter necessarium (*victum*), cum (*in*) arte (*statu*, *professione*) difficili impensam fecerit :

Alia, (*è*) domo cum domo (*in domum*, *ostiatim*) mendicationem fecerit :

Alia, illud, quòd alicui, qui petens (*librum*) *Beid* non sit, antè eum verbum τȣ̃ *Beid* dicat :

Alia, vilem (*abjectum hominem*) scientiam edoceat; vel à quocunque vili (*homine*) scientiam edoceatur; et vel vili, qui prætentionem scientiæ et doctrinæ faciat (*sese doctum jactet*, *ostendat*) :

Alia, illud, quòd murmur (*strepitum*) artem (*occupationem*) suam faciat :

Et alia, illud, quòd malum (*malè*) dicens sit, et semper mendacium dixerit :

Et alia, illud, quòd largitionem causâ utilitatis suæ [et exaltationis] faciat :

Et alia, varia furta et latrocinia viæ publicæ faciat :

Et alia, illud, quòd veste τȣ̃ *Fakir*, propter mendicationem sese operiat :

Alia, illud, quòd imitationem hominis faciat (*mimus ei illudendo*) :

Alia, illud, quòd, imperator cum eo (*ei*) regnum et subjectos commiserit; et is subjectos desolatos efficiat, et sine religionis observantiâ faciat :

Alia, illud, quòd peccata magna, quæ in lege prohibita

sunt, faciat; et quodcunque opus, quod simile illis sit; sicut, suspicionem (*falsò crimen imputare*), et cætera.

Alia, personæ, quæ aurum ut sumpserunt, incantationem et magiam faciunt :

Et alia, personæ quæ vestem τȣ̃ *Fakir* induunt, et opus τȣ̃ *Fakir* non faciunt :

Alia, personæ quæ craterem [1] cum (*in*) manu ut sumpserunt, semper petitionem faciunt (*mendicant*) :

Alia, personæ, quæ verbum divinum ut reliquerunt, in demonstratione intellectûs viâ eunt (*rationis viæ insistunt*) : [2]

Alia, personæ, quæ super petitis mendacii (*objectis falsis*), secundùm volitionem suam verbum divinum ut explicatum fecerunt, cum petito suo conforme reddunt :

Et alia, personæ, quæ, sensum verbi hominis, quod propter aliquid aliud dixerunt (*dixit*), ut converterunt, conformem petito (*intento*) suo faciunt :

Et alia, personæ, quæ ludatoriam artem ad miraculum ostendunt.

Cum hujus generis hominibus non oportet sedere, et societatem non oportet habere : quòd (*quia*) fures alii furtum absconditum faciunt ; et hi fures et latrones viæ publicæ manifesti sunt : hi cum (*ad*) *behescht* non perveniunt.

Et in loco alio τȣ̃ *mantr* τȣ̃ *Beid* etiam dictum fuit; quòd : illi qui negantes τὸν *âtma* sunt, et sensum τȣ̃ *Beid* cum latere alio (*ad latus aliud*) ferunt (*contrà verum sensum librum Beid intelligunt*), cum ultimo mundo fidem non habent (*alteri mundo non credunt*), et in demonstratione (*probatione*) intellectûs viâ eunt, et inter principale (*præcipuum*) verbi divini,

---

1. *Kaseh*, in *ms. ka seh* (3), *paleis tribus* in manu, quæstiones faciunt.

2. Eorum, qui verbi divini autoritati humana rationamenta substituunt, insectatio.

et opera otiosa (*inutilia*) differentiam non faciunt : cum hac divisione (*hoc genere*) hominum non oportet sedere ; et societatem non oportet habere : et opera mala, quæ impedientia cognitionem sunt, non oportet facere.

Moschteri (*Jupiter*), qui *ostad* (*præceptor*) τῶν *fereschtehha* est, cum figurâ τȣ̃ *Zehedeh* (*Veneris*), qui *ostad* τῶν *djenian* est, factus, propter τὸ fractionem comedere (*fractos esse*) τȣ̃ς *djenian*, et victoriam obtinere τȣ̃ς *fereschtehha*, scientiam *aoudia*, quæ non scientia et insipientia est, et verum (*ut*) vanum (*falsum*) ostendit, falsum (*ut*) verum, cùm productam fecerit, [ut oi *djenian*], viam veri ut reliquerint, cum (*in*) viâ falsi eant (*irent*) ; et amissâ viâ (*devii*) facti, via vera super illos ligata (*clausa*) sit (*foret*) : oportet, quòd scientiam *aoudia* (*homines*) non legant (*non discant*), et opus (*juxtà eam*) non faciant.

Suprà, N.° XX, p. 89.

Et aliquid, quòd, legere illud, causa amissionis viæ (*falsæ viæ*, *perditionis*) fiat, et ex illo utile (*lucrum*) non veniat, quarè oportet (*oporteret*) legere ?

Quòd, hæc scientia *aoudia* similis feminæ sterili est, quæ sobolem (*mercedem*, *fructum*) non dat ; quamvis ex illâ sterili maritus voluptatem copulationis obtineat, tamen natus acquisitus non fit : ipso hoc modo, ex hac scientiâ *aoudia* (*homo*) voluptatem mundi (*præsentis*) obtinet, et à mercede mundi posterioris (*futuri*) orbatus (*exclusus*) fit.

Quælibet scientia, quæ opposita verbo divino est, illa scientia *aoudia* est.

Et in loco alio τȣ̃ *mantr* τȣ̃ *Beid* memoratum est : *badia aoudia ;* id est, scientia interna, quæ cognitio est, et scientia externa, ex unâ alia multùm longè sunt, et oppositæ una alii sunt.

OUPNEK'HAT III.

Vadia etiam super duas divisiones (*duarum specierum*) est; id est, scientia interna.

Una (*species*) illud est, quòd ab hac scientiâ in opera mortificationis et conatûs (*ad agendum homo*) incidit, et à vero (*ente*) separatus maneat : secunda, illud quòd omnem rem ut reliquit, forma veri (*entis*) fiat.

Proindè in ipsâ hac divisione (*specie*) τȣ *badia* etiam *aoudia* fit, et etiam *badia* fit.

Et *aoudia badia* etiam duæ divisiones est (*sunt*) : una, ex opere mercedem velle : et secunda, mercedem operis non velle.

Ab hoc respectu, inter hanc scientiam et illam scientiam, et inter mercedem hujus scientiæ et illius scientiæ, divisio (*differentia*) multa est : et unitarii et *kianian* hoc intellexerunt.

Ab hoc respectu, rex mortis cum *Tadjkita* dixit; quòd, ego, quantùm potens (*potui*), volui, quòd cum te opera bona docerem : sed, cùm in te ulla volitio alia non manserit, ipsam hanc scientiam *âtma dani* (*scientiæ* τȣ *âtma*) à me petiisti; ego illam te edocui.

Et in alio loco τȣ *mantr* τȣ *Beid* memoratum est, quòd; quisquis opus etiam facit, et mercedem operis non petit, et quæsitionem cognitionis etiam facit, lucrum hujus (*rei*) longè non est : quòd (*quia*) opus sine petitione mercedis, cor purum facit; et è puritate cordis, cognitio acquisita fit (*provenit*); et cùm cognitio acquisita fit, liberatio (*salus*) etiam acquisita fit (*provenit*).

Illi qui in *aoudia*, quòd inscitia, et insipientia pura, et velle mercedem operis est, deorsùm iverunt (*descenderunt*), et seipsos scios et doctos sumunt (*esse arbitrantur*), et (*in*) viis tortuosis eunt; simile illorum hoc est, quòd; quemadmodùm non videns manum non videntis ut cepit, viâ it, et ambo in puteum

cadunt; id est, scientiam in viam ducentem effecerunt, quòd illa scientia causa amissionis viæ (*deviationis*) est, et ipsi etiam devii fiunt. OUPNEK'HAT III.

Brahmen: Ire τȣς fereschtehha et τȣς djenian antè Pradjapat, *cum τῷ petere (ad petendam) cognitionem.*

Fereschtehha et *djenian*, propter τὸ petere cognitionem, antè *Pradjapat* iverunt. τῷ *Pradjapat* ut humilem submissionem ostenderunt (*exhibuerunt*), dixerunt, quòd : ô digne veneratione ! nos quærentes verum (*ens*) sumus, et volumus (*desideramus*) quòd τὸν *âtma* sciamus : vos cum nobis (*nos*) edoceatis. LXXVII.

Suprà, N.° *XX*, p. 86-95.

Pradjapat, quemadmodùm consuetudo τῶν *ostadan* (*præceptorum*, *institutorum*) est, cogitationem fecit; quòd, an illi capaces sunt, quòd hanc scientiam cum eis (*illos*) edoceam, [et] *âtma dan* (*âtma scientes*) fiant?

Intellexit quod *djenian* ipsum hoc corpus (*esse*) *âtma* sunt scituri. Illud quod cum *fereschtehha* (τȣς *fereschtehha*) eruditos fecit, cum illis (*illos*) eruditos non fecit. Cum re, quòd volitio illorum fuit, illam edoctam fecit (*edocuit*); et cognitionem τȣ *âtma*, quæ cum *fereschtehha* dicta fuit, illi (*djenian*) modo alio intellexerunt : et illi ipsi hoc corpus (*esse*) *âtma* ut sciverunt, cum corporis adoratione (*corporis adorationi*) *maschghoul* fuerunt.

Quid ? (*nam*) *Pradjapat regi τῶν fereschtehha et regi τῶν djenian* dixerat, quòd : *âtma* ipse hic vos estis.

OUPNEK'HAT III.

Rex τῶν *fereschtehha* τὸν *âtma* ut intellexit, et rex τῶν *djenian* ipsum hoc corpus (*esse*) *âtma* scivit.

Ex hoc respectu, *djenian*, è τῷ invenire viam falsam læto statu (*contenti*) facti sunt; et viam veram ut reliquerunt, devii redditi sunt. Mendacium rectum (*esse*) intelligunt: quemadmodùm lusor (*agyrta*) mendacium (*ut*) rectum (*verum*) ostendit.

Et quidquid in (*libro*) *Beid* est, ipsum illud rectum (*verum*) est; et *fereschtehha* super (*secundùm*) ipsum illud opus fecerunt; et *kianian* et unitarii super illud opus faciunt.

Oportet quòd, quisquis *Brahm dan* (τὸν *Brahm sciens*) sit, quidquid oppositum τῷ *Beid* est, illud non legat et super illud opus non faciat; et si oppositum τῷ *Beid* facit, in *djehennam* (*infernum*) cadit.

Ille *âtma* in medio foraminis cordis forma lucis est: et illa lux magna in tribus (3) locis sit; in igne sit, et in sole sit, et in *pran* sit.

Ipsæ hæ tres (3) res est (*sunt*) figura illius lucis, [quæ] in medio foraminis cordis sit: et ipsa illa lux, quæ in foramine cordis est, et in sole est, illa lux è *nadi;* id est, è voce quæ *nim matraï* quartum τȣ̃ *pranou* est, inventa fit (*hoc sono illam obtinent*).

Quemadmodùm è semine primùm arbor juvenca crescit; post ab illo (*posteà*) arbor perfecta fit: ipso hoc modo, ille *nadi* (*sonus*), qui in *nim matraï* quarto τȣ̃ *pranou* est, cum loco (*vice*) seminis est; et τὸ *pranou*, juvenca arbor; et è *pranou*, (*libri*) *Beidha*, qui cum loco (*vice*) arboris est (*sunt*), simul provenit (*provenerunt*).

Et illa lux-ens, quòd forma τȣ̃ *pranou* est, calorem naturalem ut cepit, et simul viâ (*comes*) τῷ *pran* vento cùm sursùm

tendens, facta (*est*), cum (*in*) quâcunque sede quòd (*ad quam*) pervenit, ex illâ sede una divisio (*species*) vocis apparens fit (*prodit*); et nomen illius vocis littera et sonus est. OUPNEK'HAT III.

Quemadmodùm fumus, è motu ignis, et τῷ sursùm ire flammam causâ venti, altus fit, et ille fumus, quâcunque quantitate sursùm it, et viam invenit, separatus, separatus fit, et conformem cuique fenestræ (*viæ*) figuram sumit: ipso hoc modo, ex illâ luce-ente τὸ *pranou*, [et] (*libri*) *Beid* apparentia sunt (*fuerunt*).

Pranou forma τȣ̃ *Brahm* est; [et *Beid*, forma τȣ̃ *pranou*: proindè, *Beid* etiam forma τȣ̃ *Brahm* est].

Quemadmodùm sal in aquam ut (*quis*) projecit, aqua fit; sed gustus salis reliquus manet; omni tempore (*quotiescunque*) cum aquâ siccum fit, rursùm ipsum illud sal manet: et quemadmodùm oleum, tempore quo in sole (*ad solem*) custoditum habent, è calore liquidum fit; et rursùs, si in locum frigidum transire faciunt, ligatur (*concrescit*): quemadmodùm *Brahm*, *pranou* factus, [(*liber*) *Beid* factus est]; ipso hoc modo, (*liber*) *Beid*, *pranou* factus, *Brahm* fit.

Proindè, omni tempore, *Beid* et *pranou*, (*hoc*) forma τȣ̃ *Brahm* est.

Et, quemadmodùm doctus perfectus cum imaginatione (*meditatione*), volitione cordis, scientiam productam facit, et illam ut productam fecit, rursùs in seipso deletam (*annihilatam*) reddit: ipso hoc modo, (*liber*) *Beid* è volitione τȣ̃ *Brahm* productus fit, et in *Brahm* deorsùm vadit (*descendit, evanescit*).

In loco alio τȣ̃ *mantr* τȣ̃ *Beid* memoratum est, quòd; petitum fuit, quòd, nomen τȣ̃ *pranou*, quod (*est*) *badat*, id est, fulgur coruscans, propter quid est (*sic appellatur*)?

OUPNEK'HAT III. Dictum fuit, quòd; quemadmodùm è coruscatione fulguris omnis mundus lumen fit; ipso hoc modo, è mentione τȣ̃ *pranou*, quod unâ vice dictum fiat, totum corpus lumen et coruscans fiat.

Ex hoc respectu, cum illo (*illi*) *Brahm* sine fine, lucido, cum mentione τȣ̃ *pranou*, *maschghouli* (*homo*) faciat.

Modus τȣ̃ schoghl (meditationis) personæ lucidæ, quæ in oculo est.

[Brahmen.]

Et modus τȣ̃ maschghouli alius, hic est, quòd:

LXXVIII. PERSONA lucida, quæ in oculo dextro visa fit, et nomen ejus *Andr* est, id est, dominus magnus; et illa quæ in oculo sinistro visa fit, compar (*uxor*) ejus est, et nomen ejus *Andrani* est.

Suprà, N.° XXVIII, p. 164; N.° XLII, p. 227.

Locus τȣ̃ copulata esse hæc ambo (*entia*), foramen (*in*) medio cordis est: et frustum carnis cordis alimentum faciens pervenire illis est.

Et una vena est, quòd, unum caput ejus è medio cordis ut transiit (*exivit*), duo rami facta, cum pupillâ (*ad pupillam*) amborum oculorum pervenit; quòd visus oculi ex illâ viâ est.

Has ambas personas oculi, quod vis (*robur*) visûs est, *Brahm* (*esse*) ut scivisti, cum illis *maschghouli* fac.

Expositio exordii productionis vocis.

LXXIX. MODUS τȣ̃ apparentem fieri vocem, super hac ratione est; quòd, cor primùm calorem naturalem commotum efficit:

Et cùm igni et vento simul proportionale (*proportio*) est calori (*cum calore*) cui cor motum dedit, ille calor *pran* vento motum dat.

Et cùm ille *pran* ventus in pectus pervenit, sonum demissum, durum (*vehementem*) apparentem reddit (*prodire facit*), quòd nomen ejus *mandr* est.

Tempore quo ille [1] sonus demissus, durus, qui ex calore et *pran* vento simul provenerat, è pectore cum gutture (*ad guttur*) pervenit, sonus medius durus simul provenit, quòd nomen illius *nadzeh* est.

Et ipse ille sonus [2], tempore quo in ore æqualis linguæ (*par cum linguâ*) venit, tribus (3) (*vicibus*) æqualis illi sono demisso fit; et sonus altus, durus simul provenit, quód nomen ejus *tar* est.

Et cum è linguâ extrà it, littera simul provenit : et nomen hujus litteræ *matrek* est; id est, mater omnium litterarum et vocabulorum [3].

Quisquis super hac veritate edoctus est, (*et*) super τοῦ prodire diversas voces quæ memoratæ sunt, attentè considerans efficitur, mortem, et morbum, et ullam molestiam (*ullum malum physicum*) non videt : is videns et sciens omne fit, et in omni tempore, et in omni loco, omnem rem obtinet.

Aoustha, quod status (*hominis*) est, quatuor est; *djagrat*, et *sapen*, et *sak'hepat*, et *teria*. *Suprà*, *N.° II*, *p.* 8.

---

1. *Ms.* nat. *ân pran bad*, *ille pran ventus.*

2. Ms. *haman ssourat*, *ipsa illa figura.* Lego, *haman ssout*, *ipse ille sonus.*

3. Vocis formatio indè sic elici potest. Cor excitat calorem naturalem, qui ope ignis et aeris interni, sibi adæquatorum, respirationem seu halitum movet. Halitus ad pectus ut pervenit, sonum reddit demissum, durum. Ubi guttur sonus attigit, medius inter demissum et altum efficitur. Quandò autem linguæ æqualis est, primi triplus sonus altus emittitur. Tandem è linguâ quasi egresso, littera formatur, mater omnium litterarum et vocabulorum.

OUPNEK'HAT III.

Tempore quo visus oculi tendens (*conversus ad*) sensibilia apparentia (*externa*) est, et (*homo*) functiones τȣ̃ extrà facit, *aousthaï djagrat* est; id est, status vigiliæ.

Et tempore quo tendens cum intùs est, causâ cordis, functiones τȣ̃ intùs facit, *aousthaï sapen* est; id est, status somni.

Tempore quo hæc cum corde unum facta, in *âtma* deleta (*annihilata*) fiunt, et à statu vigiliæ, et somni, et actionum liber fit, *aousthaï sak'hepat* est; quòd petens quietem sit.

In hoc statu, quamvis in *âtma* deletus sit; attamen, quoniam is *aoudia* et non scientiam simul viâ (*secum*) tulit; *aoudia* et non scientia rursùs eum ut traxerunt, (*et*) in mundum somni pervenire fecerunt, ex illo loco in mundum vigiliæ adducunt.

Et ipsam hanc *aoudia*, quòd non scientia est; si, in hoc mundo, ut longè reddidit (*repulit*), et cor purum fecit, scit, quòd, in *âtmaï* [quo] ego deletus factus sum, ille *âtma* forma mei est, ego, forma ejus; hic *aousthaï teria*, qui quartus est, à quibusque tribus (3) statibus major est.

Et major ex illo (*indè*) est, quòd, in tribus (3) *aoustha* (*prioribus*), *Brahm* opertus et absconditus est; et in *teria*, apparens est, et secùs à *Brahm* puro ulla (*res*) *non* manet.

Et *Brahmi*, qui in illis tribus (3) *aoustha* est, *djiw âtma* (*eum*) dicere facit (*dicunt*).

Ut *djiw âtma*, cum *aoudia*, in illis tribus (3) *aoustha* est, et mendacium scit et videt, causâ *aoudia* et non scientiæ, ab *âtma* separatus apparet.

Et *Brahmi*, qui in *teria* est, *âtma* purus est.

Proindè *djiw âtma* et *âtma*, unum est: et hic *âtmaï* magnus, causâ *aoudia* et non scientiæ, separatus (*à djiw âtma*) apparet.

Absolutum est *Oupnek'hat* Mitri, è *Djedjr Beid* (*excerptum*).

Punctum (caput) essentiale, et secretum antiquum.

OUPNEK'HAT MANDEK,

Ex ATHRBAN BEID *(excerptum).*

PRIÙS ab omnibus *mokelan*, primùm *Brahma* apparens fuit; id est, *mokel* productionis. LXXX.

Ille talis *Brahmaï*, quòd faciens mundum is est, et præfectus (*custos*) orbis est; ille *Brahma*, *bram badia*, id est, scientiam unificationis, quæ maxima scientiarum est, et omnes scientiæ in eâ sunt, cum filio magno (*natu maximo*) suo, qui *Athrba* nomen habuit, dixit.

Et hanc scientiam, quam *Brahma* cum *Athrba* dixerat, *Athrba* cum *Ankra rek'heschir* dixit.

Ankra rek'heschir hanc scientiam cum *Satbeh*, qui è natis (*posteris*) τȣ̃ *Bhardouadj* est, dixit. *Suprà*, N.° *XXVIII*, *p.* 165.

Et hanc scientiam *Satbeh* cum *Ankras rek'heschir* dixit.

Et hæc scientia, scientia est, quam à magnis (*à magistris*) parvi obtinuerunt.

Schavank nomine *reh'heschir*, qui dives erat, cùm derelictionem uxoris et voluptatum fecisset, (*et*) cùm more discipulorum propè *Ankras rek'heschir* ivisset, ab eo petiit, quòd : ô digne veneratione ! è τῷ scire quamnam unam rem, omnes res scitum fiat (*scitæ sint*)?

OUPNEK'HAT IV.

Ankras dixit : *Brahm kianian* (τὸν *Brahm cognoscentes*) dicunt, quòd, duæ scientiæ sunt, [1] quòd illas oportet scire : una, magna ; et altera, parva.

Dixit : scientia parva, (*libri*) *Rak Beid*, et *Djedjr Beid*, et *Sam Beid*, et *Athrban Beid*, et sex *ank*, et alia, quòd conforme τῷ *Beid* est, quòd (*homo*) illa quærat ; et scire mercedem (τȣ̃ *legere*) *dïet* τȣ̃ *Beid;* et scientia *biahran*, quod syntaxis et grammatica sit ; et scire significationem vocabulorum (*vocum*); et scire mensuram et metra (τὸ) legere (*librum*) *Beid;* et scire astronomiam, quòd ex illâ tempora τȣ̃ cùm loco afferre (*exercere*) scientias (*artes*, *agriculturam etc.*) scita fiunt ; et scire historiam et narrationes ; et scire facta (*sententias*, *oracula*) et dicta τῶν *rek'heschiran ;* et scire argumentationem (*logicam*); et scire explicationes (*rerum et verborum*, *rhetoricam*) ; (*et*) scire jurisprudentiam, est : hoc est scientia parva.

Scientia magna, illa scientia est, quòd, ex illâ ens [quod forma æternitatis est, quod] τὸ perire non habet, et sine cessatione est, id obtinet (*obtinent*).

Et illud ens est, quòd id cum sensibus internis (*homo*) potest videre, et cum sensibus externis non potest obtinere.

Et illud ens ab aliquâ re productum non fuit : et id sine colore est ; et id è qualitate non est (*qualitates non habet*); et ei oculus non est, similis oculis (*hominum*) ; et ei auris non est, similis auribus ; et ei manus et pes non est, similis manui et pedi ; id semper est ; et id ipsum omne fit : et è *Brahma* sumptum usquè cum paleâ (*à maximâ creaturâ ad minimam*) id in omni plenum est (*omnia implet*) : cum illo quòd (*etsi*) in omni re plenum est, illo modo subtile est, quòd id non

---

1. Duplex scientia est ; magna et parva : magna, entis supremi et unici scientia est ; parva, religionem et moralem juxtà librum *Beid*, qualitates animi, artes, omnia quæ in cœlo et terrâ, ad naturam, ad homines spectant, complectitur.

possunt obtinere (*prehendere*) : et hæc quantitas productionis quæ ab eo fit (*quantumvis productiones ab eo exeant*), in eo ullum unum [minus] non fit (*nihil in eo deficit*) : id, locus productionis omnium elementorum est. OUPNEK'HAT IV.

Personæ quæ doctæ et scientes sunt, id cum hac ratione sciunt, quòd : quemadmodùm aranea fila à seipsâ ut produxit, rursùs in se deorsùm attrahit ; et hoc modo terra omnia vegetabilia à seipsâ super affert (*exerit*). *Suprà, N.° XXVII; p. 163.*

Et quemadmodùm ex homine vivente pili magni (*longi*) et parvi crescunt (*exeunt*); ipso hoc modo, ex illo ente sine cessatione omnis mundus productus fit.

Et illud ens, omni tempore (*quotiescunque*) in scientiam suam transire facit (*apud se decernit*), quòd, multum fiam (*sese multiplicet*),[1] primùm, alimentum fit : post ab alimento (*post alimentum*), *pran* fit, id est, anima (*vita*, *respiratio*); post ab animâ, cor fit; post à corde, *sati* fit; post à *sati*, omnis mundus fit; post à mundo, opus fit, et post ab opere, merces operis fit.

Sankra tscharedj, in expositionem hujus parabolæ, scribit, quòd : primùm, quòd multùm fiat, in scientia suâ multùm fit : et desiderium (*intentum*) ab alimento quod jussum est (*quod alimentum dictum significat*), justa temperatio trium (3) qualitatum est, quòd omne ab eâ simul provenit : et intentum à *pran*, collectæ (*omnes*) animæ est : et intentum à corde, cor floris[2], quod volitio et productio ab eo est : et

---

1. Magni entis, sese multiplicantis, successivæ et multifariæ productiones; nempè, progrediendo ab *alimento*, usquè ad *operis mercedem*, seu ultimum omnis rei terminum.

2. *Ms.* nat. *Az del nilouferi*, *à corde nilouferi* (*nenupharino*). *Vide suprà*, *N.° CXXI.*

OUPNEK'HAT II. intentum à *sati*, elementa quina crassa est ; quod *Pradjapat* sit.

Usquè ad hunc locum expositio τȣ̃ *Sankra tscharedj* fuit.

Illud ens sciens omne est : cum pulchritudine et fusâ expositione scientiæ, id, super omne, sine molestiâ (*afflictione*) et mortificatione est; id est, id cum mortificatione (*per pœnitentiam*) hanc scientiam acquisitam non fecit.

Et ex ipso illo ente sine cessatione, *Haranguerbehah* productus fit : et ab illo (*Haranguerbehah*) nomen, et figura, et alimentum, productum fit : et hoc (*esse*) rectum scito.

Suprà, *N.° XXVI*; *p.* 152, 153.

Brahmen.

LXXXI. Opera quæ *kianian* in τοῖς *âïat* τȣ̃ *Beid* viderunt ; et in quibusque tribus (3) *Beid* illa opera *pehen* (*extensa*, *explicata*) sunt : et illa opera vos, semper facite ; quòd ab his operibus cum desiderio proprio (*ad desiderium vestrum*) sunt (*estis*) perventuri.

Et in hoc mundo vobis via mercedis (*meriti*) hæc est : omni tempore (*quotiescunque*) vultis, quòd in ignem *korban* (*igni sacrificium*) faciatis ; in tempore quo ignis multam flammam non habuerit, et flammæ parvæ, parvæ (*minimæ*) fuerint, illo tempore, quidquid projicitis, quolibet die in ignem projiciatis, et cum conformitate (*secundùm*) quod in *Beid* dictum est.

Quicunque cum conformitate (*ei*) quod in *Beid* est, opus non facit, ei in septem tabulatis τȣ̃ *behescht* locus non est ; quid ? (*nam*) ignis septem linguas habet. Quisquis in (*ad*) illas linguas, in tempore quòd *Beid* jussit, *korban* projicit ; illud *korban* illam personam cum radio (*ad radium*) solis facit

pervenire; et ex illo loco eam cum loco (*ad locum*) regis τῶν *fereschtehha*, qui *Andr* est, et in tabulato excelso τȣ̃ *behescht* sit, facit pervenire. OUPNEK'HAT IV.

Et illud *korban*, in tempore τȣ̃ ferre illam personam cum mundo τȣ̃ *behescht*, res amœnas ut dedit, et verba dulcia dixit, cum illo loco (*illuc*) facit pervenire.

Et hæc scientia parva, quæ via τȣ̃ pervenire ex operibus est, hoc lucrum debile (*hæc acquisitio vilis*) est, et (*illud*) frangendum est, quod (*etiamsi*) opus τȣ̃ *korban* sit.

Quid? (*nam*) ex collectione operis (*operum*) octodecim personarum, quæ in hoc opere (*opus*) fixæ sunt, hoc opus absolutum (*totum*) fit.

Et si aliquis hoc opus, sine quæsitione mercedis, facit, et propter Deum facit, bonum est.

Et (*sed*) quicunque hoc opus propter Deum non facit, et scit (*arbitratur*) quòd cum me (*mihi*) utile (*quid*) habet, et causa liberationis meæ est; illæ (*personæ*, *illa persona*) non sciunt, et sine intellectu sunt, et illas juncta senectus et mors invenit (*prehendit*): illæ in medium non scientiæ et erroris ex incuriâ summi τῆς *aoudia* ceciderunt; et seipsas doctas et scientes sciunt (*credunt*): et molestiæ et morbi illas tali modo in viam exitii et τȣ̃ perire ferunt, quòd dicas: non videns manum non videntis ut cepit, viâ (*per viam illum*) fert, et ambo in puteum cadunt. Et hæ (*personæ*), cum existentiâ harum non scientiarum, taliter parvæ anno (*juvenes*) [et] sine intellectu sunt; quòd sciunt (*arbitrantur*) quòd; quidquid nobis faciendum fuit, fecimus. Suprà, N.° LXXVI; p. 368, 369.

Et personæ quæ, Deum ut non cognoscunt, sciunt, quòd: causâ operum purorum merces cum me (*ad me*) est perventura; illæ, ipsam illam mercedem operum ut obtinuerunt,

OUPNEK'HAT IV. et post à τῷ absolutam esse mercedem operum (*obtentam*), in pœnam et molestiam et *djehennam* (*infernum*) cadunt.

Opus super duas divisiones est (*operum duæ species sunt*), quòd ex illis mercedem puram obtinent : una, diversa (*multa*) *korban* (*sacrificia*) ; secunda, diversa opera benevolentiæ.

Quælibet persona, quæ has duas (*species*) propter acquisitionem puritatis suæ magnas scivit, et *âtma dani* (τȣ̃ *âtma scientiam*) et cognitionem causam liberationis et salutis suæ (*esse*) non scit, ex ipso hoc respectu multùm non sciens est ; cor ejus, à post quòd (*posteà quàm*) cum muliere, et nato, et mundo, et opibus incurvatum (*inflexum*), demersum factum est, ea quodlibet opus quod facit, propter volitionem ipsarum harum rerum facit, et visum super τὸ obtinere ipsas has res habet.

Illa persona cum mundo (*ad mundum*) lunæ ut ivit, et mercedem operum purorum suorum obtinuit, rursùs in *djehennam* ingreditur.

Et illi qui *selouk* et mortificationem agunt, et fidem (*fiduciam*) rectam habent, et in desertis *maschghouli* faciunt, et uxorem et natum etiam habent, et petentes cognitionem sunt, vel (τȣ̃) *sanias* (*statum*) electum fecerunt ; illi, post à τῷ mori, vià radii solis puri facti, et è medio solis ut transierunt, cum loco (*ad locum*) perveniunt, quòd illo loco ille *porsch* sine morte, et sine cessatione, et minor non existens, est : quòd intentum hoc loco ab hoc *porsch* (*quod hic porsch significat*) *Haranguerbehah* est ; id est, collectio elementorum non compositorum.

Et quisquis vult quòd *Brahm dan* (*Brahm sciens*) fiat, id est, doctus fiat ; is oportet quòd hoc modo sciat, quòd, merces [omnium operum finem habet; deindè] omnia opera transeat

(*relinquat*), et volitionem illius (*mercedis*) è corde extrà faciat, et sciat quòd; opera producta hæc persona fecit, ex ipso hoc respectu (*idcircò*) absolutum fit (*hæc omnia consummata fiunt*): et *âtma* semper in *hasti* suo (*existentiâ suâ*, *ente suo*) reliquus et subsistens est, et productus non fuit. OUPNEK'HAT IV.

Propter τὸ invenire (*illum*) et formam ejus fieri, opus opere non est : via obtinet (*τὸ obtinere*) id, purum *kian* et cognitio est : et viam aliam (*homo*) non habet.

Oportet quòd, cum ratione quæ fixa est, antè directorem eat, quòd ille director *Beid dan* et *Brahm dan* (*Beid et Brahm sciens*) sit.

Et ille director oportet, tempore quo discipulum in petitione (*directionis*) sincerum invenit, et scit quòd sensus in firmâ prehensione ejus est, et vanitatem (*superbiam*), et arrogantiam (*præsumptionem*), et mortificationem, et *selouk* non habet, et cum ratione quà oportet, propter τὸ quærere Deum venit; illo tempore, illud *Brahm badia*, (*quòd*) ab illo ens sine cessatione inveniunt, sine inopiâ (*diffusè*), et sine velo, rectè dicat. Hæc est via recta.

Brahmen absolutum est.

Brahmen.

QUEMADMODÙM ignis, qui benè lumen factus est (*accensus est*), ex illo igne millia scintillarum quæ sursùm surgunt, omnes cum ratione et colore illius ignis sit; ipso hoc modo, ô purum desiderans ! ex illo *atschher*, id est, ex illo ente [1], sine defectu, omnes *djiw âtmaha*, id est, animæ, apparentes LXXXII.

---

1. Ens supremum omne est : ejus attributa : solâ meditatione ad illud possunt pervenire.

OUPNEK'HAT IV. sunt (*exeunt*), et in ipsum illud ens ài *âtma* deorsùm eunt (*descendunt*, *annihilantur*).

Et illud ens forma lucis est : et illud ens sine figurâ est : et illud ens plenum (*replens omne*) est in intrà omne et in extrà omne : illud ens antiquum est ; et productum non fuit : et illi enti sensus interni et externi non sunt : et illud ens purum [et] subtile est.

Illud ens, ab *Haranguerbehah*, qui omnes res productas fecit, ab illo etiam altius est : et ab omni majus est.

Et omnes sensus externi et interni, quòd *pran*, et cor, et alia sint, et *bhout âkasch*, et ventus, et ignis, et aqua, et pulvis (*lutum*, *terra*), quæ super habens (*portans*) mundanos (*mundi habitatores*) est, ex illo ente (*id omne*) productum fuit.

Et omnis mundus figura ejus est : tabulatum septimum (7) τȣ̃ *behescht*, quod excelsius ab omni est, caput ejus est : et sol et luna, ambo oculi ejus est (*sunt*) : et *djehat*, ambo aures ejus est (*sunt*) : et (*liber*) *Beid*, quòd omnes res ex eo scitæ fiunt, loquela ejus est : et ventus, *pran* ejus est ; id est, τὸ halitum percutere ejus : et omnis mundus, cor ejus est ; quid ? (*nam*), in statu *sak'hepat* (*somni cum quiete*) ejus, omnis mundus evanidus fit ; quòd (*sicut*) in tempore somni *sak'hepat*, cor personæ, quod in loco (*vice*) mundi est, in *djiw âtma* deletum fiat : et septem tabulata terræ, pedes ejus (*hoc*) est.

Suprà, N.° *LXXIX*, p. 374.

Et illud ens anima omnis (*entis*) est, et anima animarum est.

Et ex illo ente figura mundi magni, quod persona omne (*existens*, *universalis*) sit, et illum *birathheh porsch* dicunt, apparens fuit (*exivit*).

Et quinque *ans* [1] præstantia (*principalia*) ; quòd, *behescht*,

---

1. *Ans*. *Ms*. nat. *atesch*, *ignis* (*ignes*).

et nubes pluens, et terra, et homo, et femina, sit, ex (*ab*) eo producta sunt.

Omnium *ans* primum est, quod *behescht* sit, quòd omnia vegetabilia ex eo producta facta, [et] super terram crescunt: [et] homo, qui vibrans semen est, et femina quæ attrahens (*recipiens*) semen est, [1] (*hoc*) ab eo productum factum est.

Et omnes productiones ab eo productæ sunt:

Et quatuor (*libri*) *Beid* ab eo producti sunt: et τὸ loca sacra ligare (*construere*), ab eo productum est: et *korbanha* (*sacrificia*) parva et magna, et opera benevolentiæ, et existentia apparens (*visibilitas*) temporum servitium divinum facturorum (*quibus cultus divinus peragitur*); hæ actiones ab eo productæ sunt.

Et mercedes operum, quòd causâ illarum cum (*ad*) *behescht* eunt, ab eo pruductum fuit.

Et sol et luna cum jussu ejus eunt.

Et *divisiones* (*species*) τῶν *fereschtegan*, et divisiones hominum, et divisiones animantium, et divisiones volatilium, et divisiones ventorum, quòd *pran*, et *apan*, et *bian*, et *ad*(*v*)*an*, et *saman*; ab eo productum est.

Divisiones alimentorum, et divisiones mortificationum, et divisiones fidum, et religionum, et rectitudo, et derelictio (*mundi*) et separatio (*ab eo*), et præcepta, et jussum et prohibitum, et septem *pran*, quod duo oculi, et duæ aures, et duo foramina nasi, et os sit, (*omne*) ab eo productum est.

Et septem vires (*facultates*) horum septem (*pran*), ab eo productum est.

Et septem res, quæ cum his septem viribus scitæ fiant; et septem res, quæ ex his septem viribus captæ (*apprehensæ*)

1. Hinc *linguam* Indorum. *Suprà N.° XVIII*; *p.* 76, 77, *not.* 1.

fiant; et sedes τȣ̃ esse (*illîc*) has septem (*vires*), quod in omnibus animantibus est, ab eo productum est.

Et ex sensibus, res quæ propria illis est, sentita fit : sed vires illorum sensuum sentitæ (*non*) fiunt.

Et septem tabulata τȣ̃ *behescht*, quòd in illo mercedem operum obtinent, ab eo productum est.

Et septem maria circumdantia (*oceani*), ab eo productum est.

Et omnia maria, parva et magna, ab eo productum est.

Omnes montes, ab eo productum est.

Et gustus (*sapores*) vegetabilium, ab eo productum est.

Ex ipso hoc scitum fit, quòd omni tempore (*quandocunque, quandoquidem*) hæ omnes res ab eo productum fuit (*productæ sunt*), id forma omnis (*rei*) est.

Hic omnis mundus ipse ille *porsch* est; id est, ille *porsch* in omni plenus est (*omnia implet*).

Et collecta (*omnia*) opera, et collectæ mortificationes, omne (*hoc*) id est.

Et forma illius *Brahm* est.

Et ille *Brahm* ab omni major est, et excelsior est, et sine morte est.

Hujusmodi *Brahm* quisquis cum hac ratione (*sic*) intelligit, quòd is in medio cordis mei est, is omnes nodos erroris ex incuriâ et non scientiæ solutos facit.

O purum desiderans ! is apparens (*manifestus*) est; et is propiùs (*proximè*) est : in cubiculo cordis sit; et in cubiculo cordis iter facit (*circuit*).

Et à *Brahm* gradus major (*aliquid majus*) non est.

Omnis mundus, è moto (*motum habenti*), et animato, et oculum percutiente (*movente*), in medio ejus est.

Eum ab omni majorem oportet scivit (*scire*).

Is à fine (*parte*, *extremitate posteriore*), quòd ab illâ res attractas faciunt (*attingunt*), ab illâ etiam altior est. OUPNEK'HAT IV.

Principium omnis (*rei*) is est.

Is forma lucis est.

Is à quocunque subtili subtilior est.

Omnis mundus, et illud quod in mundo est, omne in medio ejus est.

Illud ens sine cessatione est, et *Brahm* est, et *pran* est, et loquela est, et cor est, et rectum et verum est, [et] sine morte est.

O discipule, rectum desiderans! scopus intentionis (*desiderii*) cordis, id est: tu id scopum cordis proprii (*tui*) fac.

Τὰ *Oupnek'hatha*, quod *âïat* unificationis est, arcum ut fecisti; et sagittam, *maschghouli* cordis, cum illo arcu conjunxisti; cum robore cordis, quod petens id (*ens*) est, et aliter (*ad aliud*) tendens non est, traxisti; cum illo ente (*ad illud ens*) sine cessatione, quod scopus desiderii tui est, fac pervenire.

O purum desiderans! τὸ *oum*, arcum, et τὸν *djiw âtma*, sagittam ut effecisti; et τὸν *Brahm*, scopum fecisti; et ligatus et tendens factus (*versùs scopum*), similem sagittæ quæ in scopum intrat, τὸν *djiw âtma* in τὸν *Brahm* adduc: quòd (*tunc*) forma scopi es futurus.

Et hic scopus parvus non est, quòd timor τοῦ peccatum facere in illo (*errare à scopo*) sit: scopus hic est, qui omni loco plenus est (*omne implet*), et possibilitatem erroris non habet.

Et sagitta, *djiw âtma*, etiam talis sagitta est, quòd, [omni loco plena est,] è quocunque latere, cum illo scopo (*ad illum scopum*) potest pervenire, et à quocunque latere quòd vibrant, cum eo (*ad eum*) pervenit.

OUPNEK'HAT IV.

Et vibrans sagittam etiam ipse omni loco est.

Proindè (*porrò*) in hoc dubium ne adducas, quòd; omni tempore (*quandocunque*, *quandoquidem*) hujusmodi arcus, et hujusmodi sagitta, et hujusmodi scopus, et hujusmodi sagittæ jaculator sit, errorem fieri possibile non est.

(*Librum*) *Rak Beid*, arcum (*homo*) ut fecit; et *Djedjr Beid*, sagittam fecit; et *Sam Beid*, funem fecit; τὸ cum harmoniâ legere *Sam Beid*, vibrantem fecit; *Brahmi*, qui forma (*librorum*) *Beidha* est, et lumen, et purus est, hujusmodi *Brahm* semper scopum faciat.

Behescht, et *terra*, et *fezza*, et cor; cum collectis sensibus, omne in eo attractum factum est; quemadmodùm grana margaritarum in uno filo attracta (*collecta*) fiunt; ipsum illud filum *âtma* (*esse*) scias, et alia omnia colloquia relinquas.

Et ille *âtma*, pons (*ad*) *makt* et liberationem (*salutem*) est.

Quemadmodùm umbilicus imæ (*partis*, *rotæ*) currûs (*modiolus*), quòd omnia ligna cum eo revinctum est : ipso hoc modo, vena cum corde *nilouferi* (*nenupharino*) conjuncta est; et omnes venæ cum eâ cohærens est (*cohærentes sunt*).

Suprà, N.° *XLII*, p. 227, 228; N.° *LXXX*, p. 377, not. 2.

In medio hujus cordis, cum quâlibet figurâ, et cum quâlibet ratione quòd vult, ille *âtma* iter facit (*circuit*).

Ipsum illum *âtma*, *oum* (*esse*) ut scivistis, *maschghouli* faciatis; quòd is vos propter facere transire è mari erroris ex incuriâ, benedictus (*faustus*, *efficax*) est.

Is sciens omne est; et is faciens pervenire omne (*ad exitum*) est; magnitudo, in terrâ est, in cœlo est.

Suprà, N.° *XIX*, p. 79.

In *Brahm pour* [1], id est, corpore hominis, quod urbs Dei

---

1. *Brahm pour*, id est, *urbs* τοῦ *Brahm*, seu civitas Dei; corpus hominis. Quomodò *Brahm* illud inhabitat.

est, et ex intellectu excessum luminis habet, foramen, quod in medio cordis est, in illius medio *âtma* est. OUPNEK'HAT IV.

Cum eo *maschghoul* fias, quòd ille *âtma*, cum (*in*) corde, forma cordis factus est.

Et motum dans corpori et sensibus is est.

In hoc corpore, quod forma alimenti est, juxtà cor factus, (*ibi*) mansit (*manet*).

Illi qui sensus in vinculum firmæ prehensionis adduxerunt, cum lumine intellectûs eum vident.

Et ille *âtma* forma gaudii est; et sine cessatione est, et apparens est.

A τῷ videre eum, nodi cordis soluti fiunt, et dubia super (*è*) latere fiunt, et opera pura et mala ab eo longè fiunt.

In universalitate (*quoad universalitatem*) universalissimus universalium est: in vinculo (*particularitate*), vinctissimus vinctorum (*ens omnium magis particulare*) est.

In domo intellectûs, quod lumen est, ille *Brahmi*, qui immunis (*ab omni*) et purus est, et divisionum capax non est; et illo modo (*taliter*) lucidus est, quòd lux lucum sit; illo modo lumen est, quòd lumen luminum sit; personæ quæ τὸν *âtma* sciunt, id est, *djiw âtma* et *âtma* unum (*esse*) sciverunt, eum (*hunc Brahmi*) sciunt (*cognoscunt*).

Lumen solis, et lunæ, et astrorum, et fulguris, et ignis, cum lumine (*ad lumen*) ejus non potest pervenire: et ex quolibet lumine ejus, hæc omnia lumen sunt; et omnia lumina ex eo est (*sunt*).

Sol, et luna cum eo (*ad illum*) non perveniunt: ventus cum eo non pervenit: et οἱ *fereschtehha* cum eo non perveniunt.

Cum ullâ viâ cum eo non potestas pervenit (*nullâ viâ ad*

OUPNEK'HAT IV. *illum possunt pervenire*); nisi (*sed*) è viâ τȣ̃ *maschghouli* cum eo potestas pervenit (*possunt pervenire*).

Is producta faciens omnia elementa est.

Et cum lumine suo lumen est.

Et immunis et liber (*ab omni re*) est.

Quidquid visum fit, ipse ille *Brahm* est : et ille *Brahm* sine cessatione est : antè, is est [: et post, is est] : (*ad*) dexteram, is est : (*ad*) sinistram, is est : sursùm, is est : deorsùm, is est : omni loco plenus est (*omnia loca implet*).

Quidquid visum fit, ipse ille *Brahm* magnus est.

Absolutum est *Brahmen*.

Brahmen.

LXXXIII. Duo volatilia [1] bona sunt : et ambo simul sedentia etiam sunt : et ambo semper simul sedentia etiam sunt : cum uno alterum amici (*comites*) sunt : et in unâ arbore sint.

Unum ex illis duobus (*volatilibus*) fructum illius arboris dulcem (*amœnum*) ut scivit, comedit : secundum (2), ullam non rem comedit; et intuetur.

Intentum ex his duobus volatilibus (*hoc significant hæc duo volatilia*), quòd, unum comedit, et aliud non comedit, et intuetur : illud quod comedit, *djiw âtma* est; et illud quod non comedit, et intuetur, *pram âtma* est.

Et intentum ex arbore, corpus; et intentum ex fructu, quem dulcem ut scivit, comedit, merces operum est (*merces operum significatur*).

---

1. In margine : *sicut anima animalis, et anima hominis.*
Tȣ̃ *dijw âtma*, et τȣ̃ *pram âtma*, duorum volatilium, diversa occupatio.

Et illud volatile, quod fructum illius arboris comedit, causâ non scientiæ, ex veritate suâ edoctum non est (*esse suum non cognoscit*) : ex ipso hoc respectu (*idcircò*) [semper] in cogitatione et molestiâ (*sollicitum*) est. OUPNEK'HAT IV.

Tempore quo super veritate (*verâ essentiâ*) illius volatilis quod ullam rem non comedit, et *tamascha* (*spectaculum, quod fit*) intuetur, attentè considerans fit; id etiam à τῷ comedere cessans manet; simile ei fit; id est, è vinculo operis liberum, et sine cogitatione et sine tristitiâ (*sollicitudinis expers*) efficitur.

Djiw âtma, tempore quo *kiani* fit, id est, doctus fit; et illo tempore τὸν hujus modi *âtma* videt.

Et ille *âtma*, ipse cum ipso (*per se, in se*) lumen est; et productum faciens omne est; et dominus omnis (*rei*) est; et omni loco plenus est (*omnem locum implet*); et *Haranguerbehah* ab eo productus fuit.

Tempore quo eum hoc modo (*esse*) scit, ille doctus (*djiw âtma*) mercedem operis puri et mali à se ut longè fecit, cum illo *âtma* puro unum fit.

Pran τῶν *pranha* is est; et in omnibus elementis apparens is est.

Quisquis eum scit, is *kiani*, Dei notor est : et ille Dei notor, quidquid dicat, ei non dicunt, quòd verbum nimium dicis (*nimis loqueris*) : quid? (*nam*) is è (*per*) *Brahm* loquitur.

Et omne in *Brahm* est; et *Brahm* ab omni major est.

Et ille Dei notor et *kiani* quomodò (*in quo statu*) est?

Semper ipse cum ipso (*secum*), in deliciis est; et ipse cum ipso, in ludo est, et voluptas (*sibi ipsi voluptas, seipso fruens*) est; et ipse seipsum amicum habet.

Is si opus et *maschghouli* quandòque etiam non facit, (*nihilo-*

minùs) in medio τῶν *kianian*, unitariorum magnus, magnus (*maximus*) est.

Et via τὸ invenire illum *âtma*, forma rectitudinis, et *maschghouli*, et cognitio est cum eo (*ejus scientia*), et derelictionem facere voluptatum externarum.

Semper, in ipso hoc corpore suo, illum *âtma*, qui lux pura est, illi qui ab omnibus passionibus et defectibus puri facti sunt, illi docti (*eum*) vident.

Quicunque rectitudinem habet, is victoriam obtinet : et ille qui rectitudinem non habet, victoriam non obtinet.

Et è viis quæ cum eo (*ad illum*) perveniunt, illa via etiam recta est (*ad illum pervenit*); et illis doctis quòd ulla volitio non mansit, ex illâ viâ rectâ (*ii*) cum eo (*ad eum*) perveniunt : et ex illâ viâ rectâ cum loco (*ad locum*) perveniunt, quòd illo loco thesaurus rectitudinis est, et in illo loco rectitudo plena est (*rectitudo illum locum implet*).

Et ille (*âtma*) magnus est; et cum lumine suo lumen est; et figura ejus cum recogitatione non intrat (*recogitari non potest*).

Cum illo quòd (*etsi*) à quocunque subtili subtilior est, et subtile cum visu (*ad visum*) non venit; is cum visu (*ad visum*) venit.

A quocunque longinquo, longinquior est; et à quocunque propinquo, propinquior, usquè ad (*adeò ut qui*) doctis à longinquo longinquior est, et doctis à propinquo propinquior, eum in cubiculo cordis sui videat (*videant*).

Eum cum oculo non potestas videt (*non possunt videre*): ejus cum linguâ explicationem non potestas facit; [et eum cum ullo sensu non potestas obtinet;] et eum cum mortificatione et operibus non potestas obtinet; et eum è *kian* puro et cognitione purâ possunt obtinet (*obtinere*).

Et corda personarum, quæ è cognitione et unificatione puræ et lumen factæ sunt, cum illo corde, tempore quo illæ imaginationem illius entis, quod divisionis (*partitionis*) capax non est, et à dualitate immune est, faciunt (*meditando illud sibi repræsentant*), illæ vident.

Et illum *âtmaï* subtilem, secùs (*nisi*) è corde mundo non potestas scivit (*scire*).

Et in illo corde mundo, quod corpus subtile est, quinque venti, quòd *pran*, et *apan*, et *bian*, (*et*) *saman*, et *ad(v)an* est, et omnes sensus sit; et hoc omne in filum illius cordis attractum fuit.

Tempore quo illud cor purum fit, *âtma* fit; et dominium suum apparens facit (*se esse dominum ipse monstrat*).

Et proprietas naturalis (*indoles*) hujus modi cordis puri est, quòd volitionem cujusque mundanæ (*rei*), et desiderium cujusque rei quòd facit, cum eâ (*ad illam*) pervenit.

Proindè, omni tempore (*quandocunque*) is volitionem τȣ *âtma* facit, quarè cum (*ad*) *âtma* non perveniat, quòd (*cùm*) omnes volitiones in *âtma* est (*sint*)?

Quisquis opes mundi, et beatitudinem finis (*alterius mundi*) desiderat, hujus modi docto et *kiani parestesch* faciat (*cultum, honorem præstet*).

Aliquis qui hoc cor purum domum Dei (*esse*) scit, et hanc domum formam Dei scit, et scit quòd omnes volitiones, et (*omnia*) desideria, et intenta (*hoc*) in hac domo est, et omnes mundi in hac domo est, et è lumine ejus omnis mundus visus fiat, et omnes mundi è lumine illius puri purum apparet (*puri apparent*); hoc modo quisquis sine volitione et desiderio *maschghouli* facit, ab eo existentia apparens corporis surgit (*evanescit*).

OUPNEK'HAT IV.

Quisquis propter volitionem et desiderium, *maschghouli* facit, cum illâ volitione et (*illo*) desiderio (*ad ea*) pervenit: et quisquis, sine volitione et intento (*desiderio*) *maschghouli* fecit, omnes volitiones ejus in eo destructæ (*annihilatæ*) fiunt: quid? (*nam*) volitio ejus *âtma* est; [et] ei volitio alia non mansit.

Et illum *âtma* secùs (*nisi*) è scientiâ unificationis cum multum legere non possunt obtinet (*obtinere*); secùs è scientiâ unificationis, cum scientiâ alterâ non potestas invenit (τȣ̃ *invenire*); et secùs à τῷ audire unificationem (*unificationis expositionem*), cum τῷ audire res alias eum non potestas obtinet (τȣ̃ *obtinere*).

Quemcunque is vult (*diligit*), corpus suum cum eo (*illi*) ostendit.

Et cuicunque vis (*virtus*, *et*) unificatio, et cognitio non est, et cor suum cum rebus aliis ligavit, et modum τȣ̃ *selouk* et τȣ̃ *maschghouli* non habuit (*non habet*); is τὸν *âtma* non obtinet.

Et cuicunque virtus, et unificatio, et cognitio est; is in domum, quòd illa domus Deus est, intrat, et forma ejus fit.

Et omnes *kianian* et docti, eum ut invenerunt, ex unificatione, [et] *kian*, saturati et tranquilli fiunt; et sciunt, et intelligunt, quòd, mihi quidquam faciendum non mansit, quod faciam: et ex ipso hoc respectu (*idcircò*), sine addictione (*cuiquam rei*) facti sunt, et quietem habent.

Et illi docti, illud ens, quod in omni est, in omni ut invenerunt, forma omnis (*rei*) fiunt; et ex *Oupnek'hat* et *âïat* unificationis verificationem (*agnitionem pro vero*) ut monstrârunt, personatum (*maschkass*, *punctum particulare*, *apparens*) fecerunt, quòd *âtma* (*ens*) verum est; et scire præter τὸν *âtma*, falsum (*vanum*).

Et personæ quæ τὸ *fakiri* et *sanias*, et derelictionem, et separationem electa ut fecerunt, sese cum mortificatione puras fecerunt, et *maschghouli* exequuntur, illæ, tempore quo ex hoc mundo cum mundo (*ad mundum*) τȣ̃ *Brahma* eunt, cum *Brahma* in illo mundo existentes, omni tempore (*quandòcunque*) *Brahma makt* et liberatus (*salvus*) fit, et illæ etiam *makt* et liberatæ fiunt. OUPNEK'HAT IV.

Suprà, N.° LX, p. 292.

Et *kiani* et unitarius, tempore quo corpus relinquunt, omnes sensus et vires (*facultates*) ejus cum (*ad*) *mokelan* suos perveniunt; et ei merces operis puri et mali non est, quòd (*ex illo*) cum (*in*) *behescht* vel *douzakh* ingrediatur; *djiw âtma* ejus, cum *âtmaï* magno, sine defectu, unum fit.

Quemadmodùm maria, intervalla ut percurrerunt, et nomen et figuram suam reliquerunt, cum mari circumdante (*oceano*) unum fiunt; ipso hoc modo, *kianian* et unitarii, nomen et figuram suam ut reliquerunt, cum magno (*ad magnum*) magnorum perveniunt.

Et ille magnus magnorum cum lumine suo lumen est, et circumdans (*comprehendens omne*) est, et omni loco est.

A R T. I V.

Pag. ci, *col.* 1, *lin.* 11, ἀκροδρύοι· ἀρχούμενοι; lege : ἀκροδρύοις ἀρχούμενοι.

Pag. cviij, *not. lin.* 6, *a beragui;* lege : *à beragui.* — *Pag.* cxj, *lin.* 2, μεριστάνων; lege : μεγιστάνων.

O U P N E K' H A T.

N.° I.

Pag. 1, *lin.* 2, 3, OUM *Vox pes .....*

Apud Indos et Mohammedanos, nomen Dei initium, complementum omnis rei est, omnis Prophetiæ : secretum antiquum primâ *Alkorani suratâ* consecratum; quam quidem cunctorum sacrorum librorum doctrinam continere existimant Arabici legislatoris sectatores. Hæc autem *surata*, commatum septem, sic se habet.

[1] *In nomine Dei miseratoris, misericordis. Laus Deo domino mundorum, miseratori, misericordi : regnanti die judicii. Te colimus : et te in auxilium impetramus. Dirige nos in viam rectam; viam illorum, ergà quos beneficus fuisti : non actum*

---

1. MARACCI; *Alcorani textus universus ..... descriptus* (1698) ..... *Refutat. in Surat.* 1 *Alcoran. p.* 1-3. — GEORG. SALE; *The Koran ...... translat. into English .....* (1734). *Alkoran. ch.* 1, *p.* 1.

iracundè contrà eos (non eorum, contrà quos cum irâ actum est, Judæos) : et non errantium (Christianorum).

Ibid. lin. 14, 15. *Mohammed Darahschakoh* externarum scientiarum, linguarum, religionum studio impensè deditus [1], cuilibet sectæ favebat : et eo nomine, illum ut impium (*kafer*) traducens, ardenti, ut apparebat, Mohammedicæ religionis zelo, populos sibi devinciebat *Aurengzeb*, hominum et rerum cognitione fratre erudito longè superior. Quæ sit vera principis, ad regendos populos nati, scientia, probavit infelix τȣ̃ *Daraschakoh* exitus.

Pag. 2, *lin.* 1, *Hedjri.*

Anni æræ *Hedjri*, id est *Mohammedis* fugæ ex urbe *Meccâ* [2], sunt lunares, et anno æræ Christianæ 622, 1 Jul. incipiunt.

Ibid. cùm ; *lege :* cum.

Kaschmir ......

Hæc provincia, cujus caput *Srinagar*, jacet inter 33.um et 34.um latitud. septentrion. gradum, suprà *Lahor*, infrà *parvum Thibet*, et ad occidentem *magni Thibet.* Nomen Metropolis, *Srinagar*, compositum è duobus verbis samskreticis, *Sri*, τȣ̃ *Naraïn*, Entis supremi et unici, nomine, et *Nagar*, urbe ; id est, *urbs* τȣ̃ *Naraïn :* hoc nomen designat locum undè Indica doctrina primam traxit originem. Brevi, et præsertim ad meridiem, versùs *Dekanicas*, *Bengalicas*, *Malabaricas* oras, *Ceylon* etc. delata, mythologicas varii generis induit formas. Illic visuntur τῶν *Elahbad*, *Iloura*, *Keneri*, *Elephante* [3] monumenta, seu vasta antra,

1. Bernier ; *Voyag. T.* 2 ; *Hist. de la dern. révolut. des états du gr. Mogol*, *p.* 1, 12, 14, 15, 35, 141, 142. — Catrou ; *Hist. génér. de l'empire du Mogol ; T.* 2, *p.* 38, 39, 44, 48, 54, 81, 82, 118, 133, 139. — Dow ; *The Histor. of Hindost. T.* 3 (1772) ; *Aurungzeb*, *p.* 269-315.

2. Gravius ; *Epochæ celebrior* ...... (1650) ; *Cap.* 1, *p.* 1-16. .... Beveregius ; *Institution. chronologicar.* (1669) *Cap.* 17, *p.* 70-85.

3. *Descript. histor. et géograph. de l'Inde*, *T.* 1 (*Auct. P.* Tieffenthaler, 1786),

ipsis in montibus excavata, quæ τȣ̃ *Roudr* et τȣ̃ *Beschn* (*Keschn*), muris expressa, exhibent facta portentosa.

Et satis antiqua, ipsis auctoribus Græcis, probatur Indorum externæ religionis, et morum, rituum ad eam pertinentium, propagatio.

Sic *Arrianus*, auctor *Peripli maris Erythræi*, quem DODWELLUS sub *Marco* et *Vero* Imperatoribus, circà 166 æræ chr. annum scripsisse autumat [1], loquens de regione ad austrum sitâ, ubi est margaritarum piscatio, *post hunc* (*Balita*), inquit [2], *alius sequitur locus*, COMAR *nomine. In illo est castellum atque portus. Quem ad locum, aquis se ibi abluendi et lustrandi gratiâ, commeare solent illi qui omni reliquo vitæ suæ tempore religiosam atque viduam vitam agere cogitant. Idem mulieres quoque faciunt. Litteris enim memoriæque proditum est, Deam* (*Deum*) *olim singulis mensibus ibi lavari fuisse solitam* (*solitum*).

Aguntur adhuc hominum et mulierum peregrinationes ad *Ramanancor*, propè promontorium *Comorin* dictum, ubi exsurgit celebre templum (*Bagode*) τȣ̃ *Rame souram*, ex adverso

---

p. 224. — THEVENOT; *Voyag.* (1684), *p.* 219-225. — *Zendav. T.* 1, 1.e *Part. p.* *CCXXXIV-CCXLIX*, *CCCLXXXVIII-CCCCVIII*, *CCCCXIX-CCCCXXIII.*

1. *Dissertat. ap. Geograph. minor. T.* 1 (1698), *p.* 88.

2. Ἀπὸ δὲ ταύτης ἐστὶν ἕτερος τόπος τὸ κομὰρ λεγόμενον. Ἐν ᾧ τόπῳ Φρȣρίον ἐστὶν ϗ λιμήν. εἰς ὃν οἱ βȣλόμενοι τὸν μέλλοντα αὐτοῖς χρόνον ἱεροὶ γενέσθαι, χῆροι μενȣ́σιν αὐτȣ̃, ἐκεῖ ἐρχόμενοι, ἀπολȣ́ονται. Τὸ δὲ αὐτὸ ϗ γυναῖκες. ἱστορεῖται γὰρ τὸν θεὸν ἐκεῖ ἐπὶ μῆνας κατὰ τίνα χρόνον ἐκεῖ ἀπολελȣ̃σθαι. *Geograph. veter. scriptor. Græci minor.* (ed. HUDSON), *T.* 1. ARRIAN. Peripl. mar. Erythr. p. 33.

Τὸν θεὸν *Deam* reddit interpres, qui, mythologiæ Indicæ haud gnarus, *Venerem* (*not.* 6) esse opinatur.

τȣ̃ *Manar*, in parvâ insulâ, ad viæ inter insulam *Ceylam* et piscationis margaritarum oram extremitatem [1].

« Ce prince (*le Naique de Tanjaour*) », inquit anno 1660 [2] P. DE MAGISTRIS, missionarius Jes. in regionibus *Tanjaour* et *Maduré*, « quelques mois après, eut envie d'aller en pélerinage « au temple très-fameux de *Ramanancor*, pour se baigner en « ce lieu; car ils tiennent par tradition, qu'un de leurs Dieux, « nommé *Pervinal*, s'y est baigné autrefois. De là est venu le « mensonge que les prêtres des idoles publient, qu'en ce bain « on y gagne de grandes faveurs pour l'abolition non-seulement « des péchés de la vie passée, mais aussi de tous ceux que l'on « fera jamais à l'avenir. »

In *Diodoro Siculo* legimus, uno sæculo antè æram christianam, Alexandrum, in Indiâ [3], *ad Catharorum nationem perventum: ubi lege receptum erat, ut uxores cum viris concremarentur. Id communi gentis decreto sancitum fuerat, propter feminæ unius perfidiam et scelus, quæ veneno maritum sustulerat.*

---

1. ABRAHAM ROGER; *de la vie et des mœurs des Brahmines .... Tr. fr.* (1670), *p.* 167, 270. — *Lettr. édif. ..... T.* 15 (1722), *p.* 36, 55, 56.

2. *Relat. dern. de ce qui s'est passé dans les royaumes de Maduré, de Tangeor, et autres lieux voisins du Malabar. ...... Compos. en italien par le père Hiacynthe* DE MAGISTRIS, *missionn. de la comp. de Jés. et trad. en franc. par un autre père* (1663); *Ch. XVII, p.* 260.

3. Εἰς τὴν τῶν καθαρῶν χώραν παρέγενετο. Παρὰ δὲ τȣ́τοις νόμισμον ἦν τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσι συγκατακαίεσθαι. Τȣτὸ δὲ ἐκυρώθη τὸ δογμα παρὰ τοις βαρβάροις, διὰ μίαν γυναῖκα φαρμάκοις ἀναλȣ̃σαν τὸν ἄνδρα. DIODOR. SICUL. *Biblioth. historic.* (*ed. Wessel.* 1746). *T.* 2, *libr. XVII, p.* 231.

Doctus Editor legit καθαίων, loco Καθαρῶν; suamque emendationem in notâ defendere satagit, tribûs Indicæ *Ketri* haud memor vel nescius.

Vid. 2.° *secul.* BARDESAN. *ap. Euseb. Præpar. Evangelic.* (1628), *lib. VI*, *p.* 277.

Hic mos barbarus, quem Strabo [1], primo æræ Christ. sæculo, *Taxilis* Indis tribuit, apud τȣ̀ς *ketri*, secundam Indorum classem, quæ est bellatorum, præcipuè vim obtinet [2].

Notum adhuc illud *Quinti Curtii*, circà primum æræ christ. sæculum : [3] *(Indi) menses in quinos denos descripserunt. Dies anni plena spatia servant.*

Quo clarè denotantur Indorum *pokki*, quorum duo mensem efficiunt ; unumquodque quindecim dierum.

In Dictionario Samskretico [4] (*pag.* 17, 18), « *Pokhioti*, *protipot*, « prima lunæ pars usque ad pleni-lunium ; similiter secunda pars « usquè ad novi-lunium, vocatur *portipot;* dies singuli, *tishi* « (*tithi*)... *pokhiantó ponsocuxî*, finis *pokki*, id est, 15.um lunæ; « *pourntumâkî*, *pôurnimâ*, pleni-lunium ; *omâbaxiâ*, *dorxo*, « *xûrziên duxongomo*, *xâdrixnêndú*, *xilîbâxî*, *xâlotêndu*, *kolâ-* « *kâhâtri*, trigesimus dies lunæ; non apparens luna, conjunctio. »

At verò semper viguit, et viget etiam nunc spiritualis Indorum seu interna doctrina, *unificationis* meditatio, imprimis in sep-

---

1. Παρα τίσι δ' ἀκȣ́ειν φησὶ ϗ συγκατακαιομένας τὰς γυναῖκας τοῖς ἀνδράσιν ἀσμένας· τας δὲ μὴ ὑπομενȣ́σας ἀδοξεῖν. STRABO; *Geogr. lib. XV*, *p.* 714.

2. RENNELL; *Mem. of a Map.* .... (1788) *p.* 78.

3. Fragment. Q. CURT. RUFI, *de reb. Alexandri*, *Reg. Macedon. lib. VIII*, *cap. IX.*

4. DICTIONARIUM SAMSKRETICUM, *caracteribus* BENGALICIS, *cum interpretatione* LATINA, *per ordinem materiarum distributum : duabus partibus constans; primâ, nomina; secundâ, verba cum interpretatione* BENGALICA *complectente : cui* SAMSKRETICA GRAMMATICA, *sine syntaxi*, *præfigitur. Mss. Indic. Biblothec. nat. n.*° 283, *in-fol.* 381. *pagin.*um

Samskretica et Bengalica Europæis caracteribus expressi : versionem Gallicam, emendatâ pluries latinâ ab amanuensi latinæ linguæ haud gnaro scriptâ, addidi. *Grammaticam Samskreticam*, *syntaxi* auctam, gallicè reddidi. Sì vires suppetant, faveant tempora, hoc opus rarum, aut potiùs unicum, quasi τȣ̃ *Oupnek'hat* clavim et coronidem, volumen in-4.° 500 aut 600 ad minus paginarum, orbi erudito, quidquid deblaterent exoticæ litteraturæ detrectatores, confidenter offeram.

tentrionalibus Indiæ regionibus, ad quas pervenisse *Hystaspem* tradit, quarto æræ Christ. sæculo, *Ammianus Marcellinus*, his verbis:

Deinde Hystaspes, rex prudentissimus, Darii pater; qui, cùm superioris Indiæ secreta fidentiùs penetraret, ad nemorosam quandam venerat solitudinem, cujus tranquillis silentiis præcelsa Brachmanorum ingenia potiuntur. Eorumque monitu rationes mundani motûs et syderum, purosque sacrorum ritus quantùm colligere potuit eruditus, ex his quæ didicit, aliqua sensibus magorum infudit. [1]

Hìc graphicè describitur peramœna, fructibus cujusque generis affluens, et, in Indiæ revolutionibus, inter τῶν *Patan*, *Marhat*, *Mogol*, *Sik*, *Djat*, *Radjaha* exercituum conflictus, viarum asperitate et montium altitudine tutata, *Kaschmiri* regio, vallis, puriorem aerem præbens, longè ab hominum recessu, sublimibus Brachmanum mentibus, et profundis eorum de Deo, naturâ, orbis, syderum motu, meditationibus, doctis de antiquâ sapientiâ, rerum origine, primævâ generis humani historiâ, linguæ *Samskreticæ* et divinorum librorum τῶν *Beid* cognitione, favens colloquiis.

Illùc procedendum (*jam dixi suprà, Monit. p.* XIX, *not.*), si *Indianismi* clavem sincerè quærimus; irem ego Gallus et fortè solus, licet fracto itineribus et annis corpore, sed mente integrâ, si fors occasionem daret.

Eant Angli, rerum summâ in Indiâ potiti. Eant, non stipendii aut quæstûs ductu, ut mercatorum societatis administri, sed proprio et liberali motu, quemadmodùm jam tot itinera veritatis

---

1. Ammian. Marcellin. *rerum gestar. qui de XXXI supersunt libri XVIII* (1681); *libr. XXIII, p.* 374.

Hydaspes, nunc *Schælum*, vel *Behat*, è *Kaschmir* versùs *Indum* fluit. Utrùm fluvius regi (*Hydaspes*, *Hystaspes*), vel fluvio rex nomen dederit, incertum.

indagandæ causâ susceperunt. Hoc modo partarum iniquis bellis præstantissimarum Indiæ provinciarum veniam fortassè ab erudito orbe impetrabunt.

Super τῷ *Kaschmir* vide BERNIER; *Description exacte du royaume de Kachemire* (*Voyag. T.* 2, *p.* 268-316). — DANVILLE; *Ecclaircissem. sur la carte de l'Inde* (1753), *p.* 27-28. — *Descript. historiq. et géograph. de l'Inde, T.* 1 (*auct.* TIEFFENTHALER); *Province de Cachemire, p.* 76-100. — RENNEL; *Mem. of a map..... p.* 102-107.

Pag. 3, *lin.* 23 : (*victimis*) occisionis .... unitariis ....

Primarium Mohammedicæ religionis dogma, est unitas Dei : et istam religionem apertè et unicè profitebantur Indoustanici imperatores. Proindè unitariorum nomine hîc intelligere est *unificationis* doctores, contrà quos Islamiticus zelus et aulicæ insipientiæ, impietatis furor, persecutionem, vivente principe *Daraschakoh*, ad occisionem usque excitaverat.

Fanatismus cujusvis generis, *politicus, theologicus, philosophicus*, nihil sacrum habet, nihil venerandum, quandò supremum adeptus est imperii gradum.

Vide *Histoire de l'assassinat de* GUSTAVE III, *roi de Suède, par un officier Polonois, témoin oculaire* (1797); § *IV, Conjectures sur les causes de l'assassinat de Gustave, et sur les autres grands événemens politiques arrivés récemment en Europe (des* ILLUMINÉS), *p.* 101-121-125, 128-129-136-138, 142, 172.

Quidquid hoc in opere de *Illuminatis*, eorum sectâ, principiis, dogmatibus, per orbem, sub diversis τῶν *Rose-croix*, *Francs-Maçons, Mesmeristes*, *Martinistes* etc. nominibus, diffusione, dicitur, è propriis itineribus, è libris, et exterorum, præsertim septentrionalium, consortio jam dudùm didiceram. Istis et aliis causis præparata *Galliæ revolutio* improvidum me non occupavit.

Aulæ et urbis sat peritus, mali initium, progressus, crises calculo subjeci ; et prisci regiminis subversionem hinc præ virium animi inopiâ, indè præ stupendâ, et pro gradu *in ratione* oppositæ debilitationis semper crescente audaciâ, ratam habens, post viginti quatuor horarum detentionem, mense aprili 1793, omni rerum temporalium curæ et hominum commercio, trium annorum spatio me subduxi : adjutricem labanti patriæ manum me præbiturum esse arbitratus, si, dùm proba imbecillitas cum impudenti perversitate congrederetur, ignorantiam, veram Galliæ malorum artificem, orientalis et græcæ litteraturæ studio, pro virili parte, oppugnarem ; cæterùm, mortem tranquillo animo expectans, vel naturalem fermè inediâ, vel sicariorum manu, violentam. Neutrum accidit, Deo auspice. Reliquos, si supersunt, annos, Asiaticarum doctrinarum præsertim dedicando, mentis propositum, quâ potis est, adimpleo.

Primis sæculis, inter acerrimos Christianorum hostes philosophi apparent ; et nostrâ ætate (annis 1793-1797) Epicureorum secta Gallici regiminis sceptrum tenens, catholico cultu penitùs abolito, plurimis antistibus primi et secundi ordinis, quin et laicis, philosophiæ larvam gerens, vitam ferro, aquâ, igne abstulit; et priscos illos, in Europâ celebres, institutionis publicæ, moralis et litterariæ fontes, *universitates*, *academias*, barbarorum quinti sæculi more, funditùs destruxit. Quædam, anno 1800, è cineribus surgere nituntur : sed quo successu ! ....

Pag. 4, *lin.* 1, 2 : [*Brahma*, qui] *Adam*.

Externarum nationum antiquos homines, vetera facta, suis ipsorum historiis accommodare amant Mohammedani scriptores, sicut et Christiani. Hìc *Brahma* Indorum, orbis creator, quatuor *Beid*, librorum cœlestium, auctor, è quo quatuor hominum classes ortæ, *Adam* est, undè genus humanum originem traxit, et omnium major propheta.

Pag. 5, *lin.* 3. Urbs *Benarès*, quæ porta scientiæ ..... *Benarès*, urbs elegans, ædificiis constans vel lapidæis, vel lateritiis, cum litterariis gymnasiis, *Caravanserai*, in agro fertili provinciæ τῦ *Bahar* sita est, ad Gangis ripam orientalem, [1] ex observatione P. *Boudier*, docti J. missionarii, sub gradu 25.° 12.′ latitudinis septentrionalis; 80.° 47.′ longitudinis, meridiano primo à speculâ astronomicâ Parisinâ ducto. [2]

Ad hunc locum percelebrem, in quo animam exhalare summa felicitas, ex omnibus Indiæ partibus, religionis causâ, fit concursus; Gangis aquis, in isto tractu *Kaschi* nomine insignito, peculiari ad abluenda peccata virtute præditis. Politicus τῦ *Aurengzeb*, Mohammedani Imperatoris, zelus, stipendia τῶν *Brahmanan* auferentis [3], et τὸς *Saniasi* et *Djogui* ex Indiâ expellentis, τῶν *Pandetan* universitatis *Benarès* numerum minuerat. Imperatore mortuo, pristinum decus recuperavit illud Indiæ doctrinæ promptuarium. [4]

Absolutâ, Anglis potientibus imperio [5], mentis et corporis tranquillitate sine dubio fruuntur τῆς *Benarès* scholæ *Brachmanes*, et, ut anteà, sub patularum arborum umbrâ, vel in amœnis hortis, discipulos suos omnis generis scientias edocent. [6]

Illìc *Samskreticæ* linguæ studio operam dedit doctus WILKINS, τῦ *Bhagvat geeta* [7] versionis Anglicanæ auctor.

---

1. *Lettr. édif. T.* 15. *Lettr. du P.* BOUCHET, *mission. Jés. p.* 54, 55.

2. *Descr. hist. et géogr. de l'Ind. T.* 2. *Recherch. hist etc.* 2.e *Part.* (1787), *p.* 293, 296, 429.

3. BERNIER; *Voyag. T.* 2, *p.* 157, 158. — CATROU; *Hist. génér. de l'emp. Mog. T.* 4, *p.* 28, 28.

4. DANVILLE, *Ecclaircissem. etc. p.* 57. — *Lett. édif. T. cit. p.* 52, 53.

5. RENNEL; *Mem. of a map*, *p.* 62. *Indroduct. p. c.*

6. *Lettr. édif. loc. cit.*

7. *The Bhagvat-geeta, or Dialogues of kreeshna and Arjoon, translat. from the origin.*

At verò, monitum æqui bonique Angli consulant, nunquàm vel linguæ *Samskreticæ* rudimenta, vel arcanæ doctrinæ secreta sincerè et accuratè tradent *Brachmanes*, nativæ libertatis, potentiæ semper memores, et extraneo regimini obedire coacti.

Trium *Samskreticorum* nominum explicatione, huic annotationi finem imponamus.

Pandetan. Samskreticè, *pandhitaha,* homo scientiarum peritus; *pandhita samoûhaha*, homines docti; *pandet,* qui scit unificationem.

Sanyâsi, homo pœnitens, qui omnia dereliquit.

Banare (*Benarès*), juxtà quosdam *Brachmanes*, duobus verbis constat. 1.um *vana*, desertum (*vane,* in sylvâ; *vanam,* nemus, sylva : hinc *vana perest*, seu *Banperest*, qui in solitudine orat, cultum exhibet; 3.us perfectionis Indicæ gradus; 3.a ætas, à 50 ad 75 annos) : 2.um verbum, *rajah* (*radjah*), rex; id est, sylva regia; aut potiùs, sylvarum rex, quoniam in desertum vel nemus propè hunc locum sese contulerunt, pœnitentiæ agendæ causâ, celeberrimi eremitæ.[1] Aliam etymologiam *vid. infrà, T.* 2, N.o CXXXVII

Pag. 5, *not.* 2, *lin.* 5, in *Suratâ* 112.....

Hæc est illa celebris *Surata :*

Dic : est Deus unus; Deus sempiternus. Non genuit, et non est genitus, et non fuit illi par unus[2].

Omnia dogmata ad unum, omnia præcepta ad unum, omnes libros ad unum referre, Orientalibus solemne est.

Pag. 6, *lin.* 8, cui æterna rerum fata inscribuntur); lege : *cui æterna rerum fata inscribuntur*).

---

in the Sanskreet ..... by Charl. WILKINS (1785), qui integram τȣ̃ *Mahabarat* translationem susceperat. (*Descript.* etc. *Recherch. hist.* etc. 2.e *part. p.* 555, 558, 559.)

1. *Lettr. édif. T. cit. p.* 51.

2. MARACCI; *libr. cit. p.* 831. — SALE; *The Koran .... p.* 507.

Pag. 8, *not.* 1, *lin.* 2, (*nenupharis*) insidentis.

Vide suprà, *Monit. p.* xv, et *not.* 3.

Sæpè in theologiâ Indicâ *nenupharis* mentio fit mystica. In Dictionario Samskretico jam laudato (*p.* 45, 46) sexdecim nominibus seu vocibus generaliter designatur *nymphæa* (*pomung etc. nenuphar*, stagni lilium) : nymphæa alba, duobus ; rubra, quatuor ; rubea, duobus : floris caulis, quatuor : intrà florem flavi apices, sicut in lilio, quatuor : floris fructus, decem. Ex hac nomenclaturâ concludi potest cujus apud Indos momenti sit *nenuphar*.

Ejusdem floris, qualis apud Sinas crescit, descriptionem hîc apponere juvat. Idem *lotus* in utrâque regione, eodem germinans climate : et ex illius naturâ et proprietatibus, forsitan in Indicam mythologiam lux aliqua effundi queat. Sic autem se habet ista descriptio.

[1] « Plusieurs écrivains ont parlé du *nénuphar* de Chine : « aucun ne l'a fait connoître. Cette plante aquatique est connue, « estimée et en usage ici de toute antiquité. Les poëtes l'ont célé« brée dans leurs vers, à cause de la beauté de ses fleurs. Les « *Tao-sée* l'ont mise au nombre des plantes qui entrent dans le « breuvage de l'immortalité, à cause de ses vertus. Nous n'en « parlerons qu'en naturaliste.

« *Description.* Le *nénuphar*, ou *nymphæa* de Chine, est « nommé *Ho-fou*, dans le très-ancien dictionnaire *Eulh-ya*. « Son nom vulgaire est *Lien-hoa*. Ses fleurs sont à plusieurs feuil« les, disposées de sorte qu'on les prendroit pour de grosses « tulipes, lorsqu'elles ne sont pas encore ouvertes ; elles s'épa-

---

1. *Mém. concern. les sciences etc. des Chinois* (*par des Mission. Jés.*) ; *T.* 3 (1778). *Notic. de quelq. plant. arbriss. ... de la Chine* : 1 NENUPHAR *de la Chine* ; *p.* 437-441.

« nouissent en rose. Au milieu de la fleur se trouve un pistil « conique, qui devient un fruit spongieux et arrondi; partagé, « dans sa longueur, de plusieurs loges remplies de graines ou « semences oblongues, revêtues d'une enveloppe ou coque comme « le gland, et composées, comme lui, de deux lobes blancs, « au milieu desquels est le germe. Les étamines des fleurs du « *nénuphar* sont des feuilles très-déliées, terminées par un som- « met violet. Ses fanes ou feuilles sont grandes, larges, arrondies, « festonnées, épaisses, charnues, veineuses, et échancrées dans « le milieu : les unes nagent sur la surface de l'eau, où elles « se tiennent comme collées; les autres s'élèvent au-dessus, à « différentes hauteurs; elles sont d'un vert blanchâtre en-dessus « et foncé en-dessous, soutenues par de longues queues. La « racine de cette plante est vivace, grosse comme le bras, d'un « jaune pâle en-dehors et d'un blanc de lait en-dedans, et longue « quelquefois de douze ou quinze pieds; elle rampe au fond de « l'eau, et s'attache au limon par des filamens qui naissent aux « étranglemens qui la coupent d'espace en espace : du milieu des « filamens ou fibres, elle pousse quelquefois des pattes qui crois- « sent et s'étendent; mais ses grands accroissemens se font par les « deux bouts. Il faut observer que dans cette plante la queue des « fleurs et des fanes est percée, jusqu'à l'extremité, de trous « arrondis comme ceux de la racine, et disposés aussi à peu près « de même dans toute leur longueur.

« *Espèces.* Les herbiers chinois distinguent quatre espèces de « *nénuphar*.

« Le jaune, que je crois celui d'Europe, qui est fort rare, et « dont on ne dit que le nom;

« Le blanc et rouge couleur de rose, à fleurs simples;

« Le blanc et rouge couleur de rose, à fleurs doubles;

« Le rouge pâle, fouetté de blanc, qu'on trouve très-rarement, « et plus rarement encore à fleurs doubles.

« *Culture.* Le *nénuphar* se multiplie par les semences, mais « plus aisément et plus promptement par les racines. Cette « plante ne demande aucune sorte de culture. On coupe toutes « les feuilles, à *Peking,* au commencement de l'hiver. Il est re- « marquable que, quoiqu'elle soit dans l'eau, elle souffre beau- « coup de la sécheresse; et quoiqu'elle aime beaucoup la chaleur, « elle vient plus belle et plus double au-delà de la grande muraille « que dans les provinces du midi.

« *Usages.* Le *nénuphar* fait un bel effet sur les bords des « eaux plates, des grands bassins, des étangs etc. Il ne pousse « guère que vers la fin de Mai; mais il pousse vîte : et ses « feuilles, dont les unes sont collées sur la surface de l'eau, et dont « les autres s'élèvent à différentes hauteurs, forment des tapis de « verdure fort agréables à voir, surtout lorsqu'elles sont émaillées « de fleurs de différentes couleurs. Comme elles sont plus grosses « que les plus gros pavots, d'un blanc et d'un rouge fort éclatant, « et qu'elles s'épanouissent en rose, elles tranchent admirablement « sur le vert des feuilles, surtout les *Tsien-yé*, ou *mille-feuilles:* « les boutons même ajoutent à la variété et à l'éclat du tableau. « Les poëtes les plus célèbres ont chanté les promenades en « bateau, surtout au clair de la lune, dans les étangs bordés de « *nénuphar* en fleurs. Aller à la cueillette de ces fleurs, étoit « autrefois un des grands amusemens des impératrices et des « reines; aujourd'hui elles en mettent dans leurs appartemens. « On en porte à l'empereur, de ses jardins de *Ge-ho-eulh,* où « elles sont magnifiques.

« La graine de *nénuphar* se mange en Chine comme les « noisettes en Europe : elle a meilleur goût lorsqu'elle est verte;

« mais elle est moins facile à digérer. Les confiseurs ont différentes manières de les préparer avec du sucre. La racine va également à la cuisine et à l'office. Quelque préparation qu'on lui donne, elle est très-bonne et très-saine ; on en confit beaucoup au sel et au vinaigre pour manger avec le riz. Réduite en farine, elle sert à faire une boullie au lait et à l'eau. Ses feuilles séchées se mêlent avec le tabac pour en adoucir la force à ceux qui fument beaucoup ; leur plus grand usage est pour envelopper les fruits, les poissons, les viandes salées, etc.

« *Vertus.* La fleur de *nénuphar*, nommée en chinois *Hia-hoa*, est douce, mais avec un arrière-gout d'amertume ; elle est cordiale, dit *Ta-ming*, propre à entretenir l'agilité des membres, et conserve la fraîcheur du teint. Les paysans prétendent qu'elle est bonne pour le mal de Naples.

« Le fruit, où croissent les graines, nommé en chinois *Lien-pong*, a la vertu, dit *Ta-ming*, de dissoudre le sang coagulé. Selon *Tching-tsang-ki*, il est bon contre la colique causée par l'abondance ou l'épaississement du sang. Selon *Li-chi-tchi*, cuit dans du vin, il facilite toutes les suites des couches ; selon le même, cuit à l'eau, il absorbe le poison des champignons, et en empêche l'effet.

« La graine, nommée *Lien-tsé* en chinois, est amie de la poitrine, augmente les forces, appaise la faim, et fortifie les vieillards, dit l'herbier du P. *Térence*, Jésuite. Selon l'herbier chinois, elle est rafraîchissante et cordiale, souveraine contre la dyssenterie, les maux de reins, et toutes les maladies des femmes provenues de l'abondance ou de l'épaississement du sang.

« La racine, nommée *Ngeou* en chinois, appaise la soif causée par l'excès de la chaleur, facilite la circulation du sang, en-

« graisse ceux qui en font un usage habituel, adoucit la bile, facilite
« la digestion, et dissipe les vapeurs du vin, au dire de *Pien-lou*.
« *Ta ming* dit que le suc qu'on en tire par expression, est spé-
« cifique contre les vapeurs. Il prétend encore que, pilée et appli-
« quée en forme de cataplasme, elle est bonne pour toutes sortes
« de blessures etc.

De *loto, nymphæâ*, vide SALMASIUM; *Plinian. Exercitation. in Solinum* (1689), *p.* 685-689.

N.° II.

Pag. 9, *not.* 1, *lin.* 1, *Tschakdis;* lege: τοῦ *Tschakdis.* — *Not.* 2, *lin.* 5, *yn:* lege: *yang: yam,* lege: *yn.*

Verum quidem est, juxtà Sinas *litteratos* et *Taotsé* [1], indè entia quælibet ortum ducere, sed ut à principiis secundariis. Vel potiùs *yn*, quies, et *yang*, motus (uti, apud Indos, *lingam*, mas et femina), nihil aliud sunt, quàm *modi* vel *status*, per quos res deducit ens supremum, quod omnia in omnibus operatur. Si tamen, suppositâ, uti est, causâ universali, intelligente [2], immateriali, perfectè simplici [3] et indivisâ, mutationis omninò experte, et quidquid ens est, cùm nullo egeat, nihil ei deficiat,

---

1. *Mém. concern. les scienc. des Chinois; T.* 2 (1777), *p.* 151, 152; *T.* 15 (1791), *p.* VI, VII, XV, 210.

2. CLARKE; *Traités de l'existence et des attrib. de Dieu; trad. Fr.* (1727); *T.* 1, *p.* 99-114.

3. „ La cause suprême, inquit rerum spiritualium acer investigator, qui possède une „ essence infinie et parfaitement simple, et qui comprend en soi-même toutes choses „ d'une manière très-éminente; la cause suprême, dis-je, est en tout temps „ également présente à chaque point de l'immensité, tout comme si l'immensité „ ne consistoit réellement que dans un seul point: présente au reste en deux „ manières, et par son essence très-simple, et par l'exercice immédiat de tous „ ses attributs. " CLARKE; *Lib. cit. T.* 1, *p.* 86.

in se continente; *motus*, qui in spatio locum habet; *spatium*, quod divisionem includit, quandoquidem è termino ad terminum ens progreditur; *quies* ipsa, siquidem primum agens, sine mutationis labe, actionem vel motum incipere aut intermittere non potest, rectè intelligi queant.

Quidquid sit de primi et supremi Agentis operatione, de entium productorum, speciatim hominis, ad causam universalem et immaterialem, habitu seu ratione, intactum semper et inconcussum *productionis* dogma remanet. Circà modum, tenebris involutum, non circà rem, versatur dubium.

Hùc afferre liceat illud toties laudatum *Ecclesiastæ* effatum [1]: *Cuncta fecit bona in tempore suo; et mundum tradidit disputationi eorum* (Hebr. *in corde eorum*), *ut non inveniat homo opus quod operatus est Deus ab initio usquè ad finem.*

Et tandem, in istâ rerum caligine, sub immensâ Entis supremi identidem coruscantis et oculos perstringentis gloriâ proni cervicem curvemus, et mentis tenebras libentiùs confitentes, cum Apostolo dicamus: [2] *videmus nunc per speculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.*

Pag. 10, *lin.* 3, 4, 5; *Brahma: Djibril, etc.* ....

Hùc redit observatio quæ *suprà*, *pag.* 431, facta. Explicatio trium nominum, *Brahma, Beschn,* et *Mahadiw*, Mohammedanorum doctrinæ congruit, in quâ *Djibril* (*Gabriel* archangelus)

---

1. Hebraicè : *Et akkol aasah iapheh beitto gam et haoolam natan belibbam mibbeli ascher la imtsa haadam et hammaaseh ascher aasah haelohïm merosch ve aad ssof.* Eccles. III, 11.

2. Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. 1 *Cor.* XIII, 12.

illorum amicus, *Mikaïl* (*Michaël* archangelus) Judæorum protector, et *Asrafil* (*Rafaël*) angelus exterminator est [1].

Samskreticè, *Bramah* (*Brahma*), ille qui in omni comprehendens, circumdans, omnia permeans est, nomen Creatoris.

Besch, (*Beschn*), qui itidem omnia comprehendit, nomen τȣ *Kesch*, octavæ apparitionis τȣ *Besch*, qui quidem in omni re est, et omnis res in eo, et in omnem locum vadit.

Maha deu (*Diw*), magnus *Diw*, *Deïouta* (cunctorum consumptor).

(Hoc ternarium) *Brahma*, *Vischnou*, *Roudraha*, per triplicem potentiam redditur.

N.° III.

Pag. 13, *titul.* OUPNEK'HATA, *lege*: OUPNEK'HATHA.

OUPNEK'HAT 1.um TSCHEHANDOUK.

Voci *Oupnek'hat* notam numeralem 1 appone.

N.° IV.

Pag. 15, *lin.* 5, *adkiteh* porrò cremor (optimum, selectissimum) est.

Tschehend, samskreticè, mensura est (*suprà p.* 10); et *dougham*, *dougdam*, lac. Sic sensus nominis τȣ *Oupnek'hat Tschehandouk* poterit esse: *mensura lactum*, *cremorum*; vel *cremor mensurarum*. Ad seriem *cremorum*, quæ hujus *Oupnek'hat* initio memoratur, spectat interpretatio prima; secunda, ad verbi *oum*, harmonicè, ut *Sam Beid* pronunciati, præstantiam.

In *Mahabarat* [2], *Djehend* est liber, quem, post quatuor *Beid*,

1. RELAND; *la Relig. des Mahométans*, *exposée par leurs propres docteurs etc. Trad. Fr.* (1721). Confession; *N.° v*, *p.* CLXXXIV. — BERN.; *Voyag. T.* 2, *p.* 139, 140.

2. *Et etsi ego omnes quatuor* (*libros*) BEID et TSCHEHEND .... *legi* : MAHABAR. *ms.* nat. 12. *Porb.* 2.e *Part. fol.* 442 recto.

legit *Radjah* MAN [1], vel scientia quam his sacris codicibus evolutis, didicit : et in fine τȣ̃ *Oupnek'hat Tschehandouk* (*suprà p.* 96), è manibus τȣ̃ *Kaschap rek'heschir*, hoc ipsum *Oupnek'hat* accepisse *Radjah Man*, pater humani generis, dicitur. *Djehend* igitur idem est ac *Tschehandouk* : et sic ad tempora Diluvio proxima, primum *Oupnek'hat* erit referendum. [2]

Ibid. lin. 13, *aokit;* lege : *adkit.*

Ibid. lin. ultim. p. 16, *lin.* 2 : Loquela .... cum *pran* ... et *pran* cum *aïet* et *Sam* copulata : cum hac utrâque copulatione...

Pran respiratio est, halitus, vocem efficiens ; et *Sam*, verbum cum harmoniâ prolatum. Quatuor rerum quæ hîc memorantur junctione, *Oum adkiteh*, seu cum harmoniâ pronunciatur, et summam virtutem, efficaciam habet.

Reverà, halitum per nares expirando, sonus *oum* redditur, auditur ; et capitis demissionis signo assensus generaliter exprimitur.

Ibid. not. 1, nigro; *lege :* rubro.

Pag. 16, *lin.* 15-19 : tres (3) (*libri*) *Beid* .... *Athrban*....

Tres libri *Beid* in Dei nomine, *Oum*, comprehenduntur : et quemadmodùm è *nim matraï* quarto (*suprà, p.* 10), ut deinceps dicetur, præcipuam virtutem ducit nomen illud eximium ; sic *Sam*, alioquin ordine tertium, harmonicæ pronunciationis gratiâ, principium τῶν *Beid* declaratur.

Quarti *Beid*, *Athrban*, è tribus primis extracti (*az in har seh. Beid baramadeh ast*), posterior epocha hîc clarè assignatur.

---

1. *Descript. hist. et géograph. de l'Inde ;* *T.* 3 (1788); 2.ᵉ *Part.* Ad calc. *not. ad num.* 11 *du Supplém. aux Recherch. etc. sur l'Inde ; p.* 2, 7.

2. *Ibid. p.* 2, *not.* 4.

N.° IV, V.

Pag. 16 - 18.

Quædam in exordio τῦ *Oupnek'hat* observanda : nominis Dei, *Oum*, re, seu in se, et factis, encomium : bonorum et malorum Angelorum, seu boni et mali, ab ipsâ mundi origine, bellum : Geniorum, elementorum, cum corporis sensibus commercium, in illos influxus, actio : proprii meriti in actionibus abnegationis necessitas et fructus : sensuum, primitùs, et ipsius cordis defectuum causa (superbia), et remedium : τῦ *pran* (respirationis, seu aeris motûs reciproci), omnium principii, præstantia : naturalium corporis actionum inter se connexio.

Τῷ *lamas* (tactu) omisso, cor, respirationis sedes, et, hoc modo, vitæ, uti *pran*, fons memoratur.

Pag. 18, *lin.* 22 : et illud principium *pran*, quod in *del* (*corde*) est, etc. (*ve ân assel pran keh dar del ast*).

Hîc de *systole* (*constrictione*), et de *diastole* (*dilatatione*) agitur, quæ in corde, sanguinis motu, locum habent.

Aer, sub quinque ventorum variè temperatorum, copulatorum, directorum nomine, omnia intrà corpus operatur, vitæ, sensuum vis, auctor et conservator.

Pag. 19, *lin.* 2 : *aftabi* .... *pag.* 21, *lin.* 11 : et non timens fit.

Mira sanè videbitur illa solis, ventorum corporis, *aïet* τῦ *Beid*, τῦ *Sam* simul mentio ; trium τῦ *adkiteh*, quod et *Oum*, syllabarum, cum alimento, paradiso, atmospherâ, sole, vento, igne, tribus *Beid*, et vaccâ *kam dehen*, comparatio ; mirus, in *Beid*, in mensuram ingressus : quæ quidem significant hominem vel Angelum τὸ *Oum* nomen cum harmoniâ pronunciantem, hæc omnia quasi mente habentem, horum virtute quidquid vult adipisci, illâ mensurâ, illo modo harmonico obtegi, sine timore, sine cessatione effici.

Verùm Rabbinorum et Mohammedanorum mysteriis initiati, cœlum et terram, immotum et motum, immateriale et materiale, angelum et hominem, ad efformandum, exprimendum, pronunciandum ineffabile Dei nomen assumi, haud absonum esse existimantes, nihil adeò insolitum in hac Indorum congerie invenient.

Plura deinceps de hac re, ubi τȢ *Oum* tria vel quatuor *matraï* per partes exponentur. Hîc sufficiat paucis materiam quasi delibasse, et *nominalem* Judæorum *Cabbalam*, quæ in tres partes dividitur, hisce syllabarum, litterarum computationibus respondet, et post Hierosolymitanam destructionem edita est, indicasse. [1]

Intereà legi possunt quæ de nomine *Tetragrammato*, ejus punctatione, prolatione, potentià scripserunt eruditissimi, Fullerus (*Miscellaneor. sacror. libr.* II, *cap.* 6; in *Critic. sacr. T.* 7 [1695], *p.* 75-79; *libr. IV, cap.* 13, 14, *p.* 210-214-218; *Append. p.* 317-319), qui contendit *Jehova* essè genuinam *Tetragrammati* lectionem; Drusius (*Tetragrammaton, sive de nomine Dei proprio* (*iod, he, vau, he*), *quod Tetragrammaton vocant; cap.* 14, 17, in *Critic. sacr. T.* 6 [1696], *p.* 2157-2061) et Capellus [2], qui quidem puncta vocis *Adonaï* vel *Elohim* ei supponunt.

---

1. Burnet; *Archeolog. philosoph. sive doctrin. antiq. de rerum origine; cap.* 7, *de Hebræis eorumque Cabbalâ*, *p.* 363-365. — Wolf; *Bibl. Hebr. T.* 4 (1733). *Supplem. ad libr. VII, de Cabbalâ Judaicâ*, *p.* 734-738, 744. — Lewis; *Origines Hebrææ : The antiquities of the Hebrew Republick; T.* 4 (1725), *libr.* VII, *cap.* 29, *p.* 164-169. — Basnage; *Histoire des Juifs etc. T.* 3 (1707), *Ch.* 5, *p.* 77.

2. Cappellus; *Ad novam Davidis lyram animadversiones, cum geminâ diatribâ : unâ, de voce* Elohim; *alterâ, de nomine Dei* Jehova (1643). *Oratio de SS. Dei nomine* Tetragrammato Jehova, *p.* 137, 149.

Rabbinorum de nomine *Tetragrammato* figmenta fortè non erit inutile cum Indorum de nomine *Oum* commentationibus conferre; si ipsum *Oum* non est idem ac ἰαώ [1], vera, juxtà *Capellum* [2], vocis *Jehova* enunciatæ, pronunciatio, vel, secundùm S. *Clementem Alexandrinum* [3], ἰαοῦ productum, et in *m* nazale desinens.

Quoad venerandi illius nominis efficaciam, notum est quod de J. C. somniant Rabbini; eum nempè, per nomen immensum *Tetragrammatum*, cujus arcanum et genuinam pronunciationem didicerat, miracula fecisse. [4]

N.° VI.

Pag. 21, *lin.* 15; (nos), lege: (*nos*) : *lin.* 23, (aqua); lege: (*aqua*) : *lin.* 24, aquæ; lege: (*aquæ*).

Ibid. lin. 15 : *adkiteh* scimus.

Id est, quid cremor, quid selectissimum novimus.

Ibid. lin. 19, veritas τȣ̃ *Sam* .... quid est (*hakikat Sam tschist*)?

Quid est, potest reddi : *undè est.*

Eadem entium series, quæ *suprà p.* 15, 20, sed ordine inverso, hîc apparet.

Memoriâ tenendum *Sam* esse sonum harmonicum, et, in doctrinâ Indicâ, id undè, per quod, in quo aliquid est, esse illud

---

1. *Jo.* Croji *Specimen conjectur. in Origen. Irenæ. Epiphan. etc. ad calc. Iren. ed. Grabe* (1702), *p.* 16.

2. Libr. cit. *p.* 197-206.

3. *Stromat. Lib. v*, *p.* 666.

4. *Sepher toledot Ieschouaa hanotsi. Historia (nativitatis) Jeschuæ Nazareni etc. ed. interpret. et comment.* Huldrico; *Tigurin.* (1705), *p.* 36, 42; *not.* 12. *P.* 17, 19; *not.* 6. *P.* 68, 71, 75; *not.* 3.

ipsum : hinc *Sam*, seu *Sami*, quod primo memoratum, in *behescht* (*paradiso*), qui ultimus est, subsistere dicitur.

Pag. 22, *lin.* 6 : caput tuum caderet.

Diras exsecrationes à viris sanctitate illustribus, quin et à mulieribus, pauperibus, ab hominibus ad ultimam miseriam redactis, prolatas, nunquàm effectu carere, apud Orientales vetus opinio est. Undè ista imprecatoria verba impensè reformidant magnates, principes, vel ipsi tyranni, alioquin metûs expertes.

Ibid. lin. 12, 13 : *Maarefat;* (*cognitio*) .... et à mortificatione.

Paradisus, seu summa felicitas in hoc mundo, à cognitione et carnis afflictione, domitis sensibus, proveniens, Indicæ moralis summa, ipso in exordio τȣ̃ *Oupnek'hat* annuntiata.

Ibid. lin. ultim. akasch ; lege : *âkasch* : *not.* 1, *lin.* 2; *p.* 242 *à* 289, lege : 242-289.

In libro *Mahabarat* (*suprà, Monit. p.* xv, xvi) *aqua* immediatè, et *terra* mediatè ex *âkasch* originem ducunt : qui quidem *âkasch*, motus circularis cœli, ab *Ahanguer* qui et *Brahma*, proveniente è *Mahanat*, primo intellectu, à Domino sancto primùm creato, productus est.

Hic *âkasch* simul quintum est elementum, quod Aristoteles ἀκατονόμαστον, *âkas nominatum* (perperàm, in S. Clemente, *incompellabile*) appellavit.[1]

Hac de re *Diogenem Laertium* audiamus. *Esse autem* (asse-

---

1. *Aristoteles etiam quintum introduxit elementum, quod acotonomasticon, id est, incompellabile, nominavit, sine dubio illum indicans, qui in unum quatuor elementa conjungens, mundum fecerit.* Coteler. *Patr. Apostolic.* 1.ª *Part.* S. Clement. *Recognit. lib. VIII, N.° XV, p.* 486, 2.ª *Part.* Coteler. *not. p.* 385. Definitio S. Clementis est ipsa illa τȣ̃ *Bhout âkasch; suprà N.° II, p.* 8. Vid. Platon. *ætheris sedem*, apud Chalcid. *Timæ. ed. Meurs.* (1617), *p.* 269.

ruit Aristoteles), inquit philosophorum historicus [1], *præter quatuor elementa, aliam quoque naturam, è quâ ætherea constent, cujus diversum esse motum. Etenim in orbem moveri...*

Hæc verba, *in orbem moveri*, κυκλοφορικὴν (εἶναι), istis τῦ *mahabarat* expressè respondent: *keh ſalk ast* (*âkasch, qui motus circularis cœli est*).

Jam anteà (*suprà, Monit. p.* IX) vidimus, apud Strabonem, *Brachmanas sentire .... præter quatuor elementa, quintam quamdam naturam esse, ex quâ cœlum astraque constent.*

Akasch apprimè respondet *ætheri* undique circumfuso, omnia cingenti, constanti ex altissimis ignibus, entium omnium vivifico principio, ut videre est apud Ciceronem, locis à Præs. BOUHIER allatis, in *Observationibus ad libr. I. de naturâ Deorum.* [2]

Akasch, pran, âtma, Brahm etc., præter specialem in orbe, in homine sedem, et propria huic conditioni attributa, præstantiorem, quo ad entis supremi, *pram âtma,* essentiam extolluntur, caracterem induunt.

Huic statuum diversitati sedulò attendendum, ne locutionum, aliquandò in eâdem phrasi diverso modo adhibitarum, sensus perperàm accipiatur.

Pag. 23, *lin.* 1, 3, 6, 7, 17; *akasch,* lege: *âkasch* : *lin.* 5, 25, *atma .... âtmaï;* lege: *âtma .... âtmaï.*

Ibid. lin. 5, *âtma* tuus est.

Akasch, âtma (*anima*) hominis est. Homo, accuratâ τῦ

---

1. Εἶναι παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ ἄλλο πέμπτον, ἐξ οὗ τὰ αἰθέρια συνεστάναι. ἀλλοίαν δ' αὐτῦ τὴν κίνησιν εἶναι. κυκλοφορικὴν γάρ.... LAERT. DIOGEN. *de Vit. dogmat. et apophlegmat. eorum qui in philosophiâ claruerunt* (1664); *lib. V.* ARISTOTELES, *p.* 121.

2. *D'Olivet, Entret. de Ciceron sur la nat. des Dieux*; *T.* 1, *p.* 245, 250-275-277. Idem, super (*âkasch*) *æthere* etc. *Théologie des philosoph.* ad calc. *Ciceron. de nat. Deor. T.* 3, ZENON; *p.* 305-307.

ákasch, cujus attributa τὸν *Brahm* referunt, meditatione, forma ipsius *ákasch* efficitur. Proindè formam (*aain*) alicujus entis fieri, illud ipsum ens evadere est; quemadmodùm *filium patris formam* vocat Synesius.

1. υἱὸν, νοερῦ τύπον αἰσθητὸν,	*Filium, qui est illius (solis) intellectualis forma sensibilis,*
2. χαίροις ὦ πατρὸς μορφά.	*Salve, ô patris forma.*

Postquàm τὸν *ákasch átma* hominis esse declaravit, τῦ *átma*, animæ hominis, descriptionem *Oupnek'hat* inchoat, quæ quidem animæ universali, *pram átmaï*, unicè convenire potest.

Pag. 24, *lin.* 1, 5, 15, *atma;* lege: *átma*: *lin.* 10, *soutschehehem;* lege: *soutschhem.*

Ibid. lin. 7: quæque tria (3) corpora, quòd (*per quæ*) transis... Primum corpus, *asthoul*, erit materiale simpliciter: secundum, *soutschhem*, quasi spirituale, subtile, sensibus internis accommodatum; et tertium, *karn*, corpus actionis, vivens, animâ præditum, meriti capax.

Observemus antiquam in Oriente opinionem, de *corpore subtili* à *corpore crasso* diverso, et cujus membra actibus animæ congruentiùs adaptantur.

Forsitan indè *Valentiniani*, quorum hypothesis systema orientale referebat, triplicem suam substantiam hauserunt; *materiam, animale* et *spirituale;* ὕλην, ψυχικόν, πνευματικόν 3.

Super hac materiâ legi debet *Plotinus* (*oper.* 1615) *Ennead.* iij, *libr.* 6, N.° vj - xix, *p.* 308-322: ubi tractat de formis separatis vel separabilibus à materiâ, et de ei conjunctis; de

---

1. SYNES. *Oper.* .... *hymn. IV*, *vers.* 221, *p.* 339.

2. Ibid. *Hymn. V*, *vers.* 59, *p.* 342.

3. S. IRENAEUS, *contr. Hares.* (1710), *libr.* 1, *cap.* 4, 5, *p.* 22, 23. — BEAUSOBRE; *Hist. du Manichéisme*, *T.* 2, *p.* 35.

mirabilibus materiæ conditionibus, de ejus naturâ, quâ non ens est, non patiens, non divisa, se habens ad formas et ad mentem divinam, sicut speculum ad imagines, nullâ, ex se, prædita quantitate, etc.

Si attentè perpendantur istæ Platonicæ, Porphyrianæ, Plotinianæ opiniones, in iis Indicum de apparentibus tantùm, non verò re ipsâ existentibus rebus externis, systema haud difficulter invenietur.

Imprimis autem, verum Platonicæ et Orientalis doctrinæ promptuarium, consulenda sunt Synesii opera. Duplex hominis *corpus*, duplices sensus admittit doctus Cyrenes episcopus.

Jam verò, inquit [1], *cùm per se Deum intueri res sit felicitatis plena; tùm per phantasiam illius notitiam apprehendere, exquisitioris cujusdam intuitûs est: sensus enim iste sensuum est, quoniam phantasiæ spiritus* (τὸ φανταστικὸν πνεῦμα), *is scilicet quo visiones et imagines concipiuntur, communissimus omnium sensus est, ac primum animæ corpus* (καὶ σῶμα πρῶτον ψυχῆς). *Sed hoc quidem in interioribus residet* (ἐνδομυχεῖ), *principiumque in sese animalis tanquàm ex arce continet; natura enim circùm illud universum capitis opificium extruxit.*

Alterum [2] *corpus, velut infimum, quod nihil aliud est, quàm eorum quæ vulgò elementa dicuntur, concursus.*

In quem locum, *Synesius*, inquit NICEPHORUS GREGORAS,

---

1. Εἰ δὲ τὸ αὐτοπτῆσαι θεὸν χρῆμα εὔδαιμον, τὸ διὰ φαντασίαν ἑλεῖν, πρεσβυτέρας αὐτοψίας ἐστίν. αἴσθησις γὰρ αἰσθήσεων αὕτη, ὅτι τὸ φανταστικὸν πνεῦμα, κοινότατόν ἐστιν αἰσθητήριον, καὶ σῶμα πρῶτον ψυχῆς. ἀλλὰ τὸ μὲν ἐνδομυχεῖ, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχει τοῦ ζώου καθάπερ ἐξ ἀκροπόλεως. περὶ γὰρ αὐτὸ πᾶσαν τὴν τῆς κεφαλῆς πραγματείαν ἡ φύσις ᾠκοδομήσατο. SYNES. *Oper. etc. de Insomniis*, p. 137, 138, 142, 143, 152, 332.

2. Τὸ σῶμα τὸ ἔσχατον, τῶν καθωμιλημένων στοιχείων ἡ σύνοδος..... *Synes. libr. cit.* p. 153.

Patriarcha Constantinopolitanus[1], *multoties suprà spiritum phantasticum* (τὸ φανταστικὸν πνεῦμα) *primum animæ corpus nominavit, et corpus intemeratum ac divinum* (ἀκήρατον σῶμα καὶ θεσπέσιον; Indorum *soutschhem, subtile*) : *infimum verò corpus concharium integumentum* (ἔσχατον δὲ σῶμα καὶ ὀστρεῶδες περίβλημα), *carnem cum nervis et ossibus, reliquisque corporis partibus, quæ simul aluntur. Quod certè etiam elementorum familiaritate conjunctorum* (Indorum corpus *asthoul, crassum*) *congressum vocant.*

Quoad sensus autem sic loquitur doctus Præsul Afer : [2] *itaque crassissimus et animalis* (ζωωδεστάτη) *imprimis sensus* (αἴσθησις) *ille est, qui per externa se instrumenta profert, neque priùs sensus est, quàm ad primum omnium pervenerit : divinior autem* (θειοτέρα), *et animæ finitimus est, sine intermedio* (ἄμεσος) *proximus sensus.*

Ibid. lin. 11, 12: *aidïa* ... quod causa illorum amborum corporum est.

Hoc tertium corpus, subtile ut secundum, est illud de quo agitur *N.° XLIII, p.* 247-248; *N.° XLIV, p.* 251-253; quod quidem *djiw âtma*, homine mortuo, acquisivit et quocum, comitantibus bonis et malis operibus, ad diversos pro merito mundos pergit. Hinc generaliter τοῦ *karn*, quod actionem denotat, et speciatim, τοῦ *aidïa* (bonorum operum), vel *aoudia* (ignorantiæ, malorum

---

1. ἀνωτέρω πολλάκις τὸ φανταστικὸν πνεῦμα, ὁ Συνέσιος πρῶτον σῶμα ψυχῆς ὠνόμασε, καὶ ἀκήρατον σῶμα καὶ θεσπέσιον. ἔσχατον δὲ σῶμα καὶ ὀστρεῶδες περίβλημα, τὴν σάρκα μετὰ τῶν νεύρων καὶ ὀστῶν καὶ τῶν συντρόφων. ὃ δὴ καὶ σύνοδον φησὶ τῶν καθωμιλημένων στοιχείων .... Synes. *oper. etc.* Nicephor. *Schol. p.* 417.

2. ζωωδεστάτη μὲν οὖν ἡ διὰ τῶν προβεβλημένων ὀργάνων αἴσθησις, οὐδὲ αἴσθησις οὖσα πρὶν ἐπὶ τὴν πρώτην φθάσῃ· ἡ θειοτέρα δὲ καὶ ψυχῇ προσεχὴς, ἡ ἄμεσος αἴσθησις. Synes. *de Insomniis, p.* 138.

operum) nomen habet. Sensus iste congruit cum sequentibus verbis (*lin.* 18, 19) : *hæc actionis domus è puro* (*bono*) *et malo plena est.*

Comma Persicum : *keh sabab ân har dou tan ast, quod causa illorum amborum corporum est,* significat : propter illud corpus duo priora produci, existere.

Seminatur corpus animale, inquit Apostolus [1], *surget corpus spiritale .... sed non priùs quod spiritale est, sed quod animale : deindè quod spiritale.*

Ibid. lin. 20, hunc *djiw âtma,* (*esse*) *djak* scias; id est, hominem conveniens *korban* (*sacrificium ....*) scias.

In quatuor mundi partibus, si priscis his temporibus incolas habuit America, humanus, in sacrificium Deo vel Diis, sanguis fundebatur. Hunc truculentum morem Christiana primùm religio, deindè Mohammedica passim abolevit. Homines, ut cœlum placarent, eò crudelitatis devenisse vix credi posset, ni rei fidem faceret historicorum et viatorum constans testimonium. Huic testimonio robur addit immunitas *Gallicorum Ethnicorum decimi octavi sæculi,* qui, præcipuè in catholici cultûs ministros ferarum rabie sævientes, eos Deæ Rationi, si populo libuisset, sacrificassent.

Jam nunc Indorum animi firmitudinem admiremur, qui isto sacrificiorum genere circumsepti, semper se ab humanis victimis abstinuerunt.

Fatendum tamen est, sacrificium de quo hîc agitur, licet purè mysticum, humanorum sacrificiorum ansam præbere potuisse. Nec adeò mirandum, si hæc et alia quædam Indicæ doctrinæ capita, in rudes manus delapsa, errorum et pravorum morum

---

1. *Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν ..... ἀλλ᾽ οὐ πρῶτον τὸ πνευματικὸν, ἀλλὰ τὸ ψυχικὸν, ἔπειτα τὸ πνευματικόν.* 1 *Cor.* XV, 44, 46.

fontes fuerint. Veritas, una : error, multiplex. Lippi et cæcutientes oculi, illius fulgorem ferre haud valentes, ad hunc, affectibus, furoribus faventem, facilè divertunt.

Quid plura ! idem nos faceremus, et fortè pejora, *Epicurismi* œstro perciti. Julianus imperator, ut religionem Christianam ignorantiâ extingueret, radicitùs evelleret, *vetuit,* inquit Theodoretus [1], *ne Galilæorum filii, sic enim Christianos vocabat, poeticæ, et rhetoricæ, ac philosophiæ studiis erudirentur.* Idem in Galliâ, heu nimio successu ! facere tentavit neotericorum philosophorum turba et fæx.

Omnibus scientiarum monumentis, thesauris, conditoriis funditùs dirutis, omnibus gymnasiis eversis, *ignorantiâ nationali* Galliæ statu veluti constitutâ (*ab anno* 1790, impudenter proclamant, *incipit humani generis historia :* anteà errores, putida delirantis animi figmenta); post septem sterilitatis annos, ut Egyptus [2] sub Pharaone, si populus, quasi fame laborans, disciplinæ, bonis artibus inhiare cœperit, quid superest remedii ? penès imperii rectores, nihil. Tanto malo medendi modus ipse ignoratur, teste *præmio*, 3 jul. 1797 (15 *messid. ann. v. Reipubl.*) proposito.

Revolutionis INSTITUTUM, matris suæ turpitudinem revelare haud veritum, Europæ doctos et eruditos viros *præmio* invitat ad quærendum, *quibus modis apud nos linguarum Græcæ et Latinæ studium de novo excitari possit :* et, tanquàm si ipsis *Instituti* membris generalis calamitas non pepercisset, *Dissertationes solo Gallico idiomate* (non *Latino* vel *Gallico*, ad auctorum optionem,

---

1. ἀπεγόρευσε τῶν Γαλιλαίων τοὺς παῖδας, οὕτω γὰρ τȣ̃ σωτῆρος ἡμῶν τοὺς θιασώτας ὠνόμαζε, ποιητικῶν ϗ ῥητορικῶν ϗ φιλόσοφων μεταλαγχάνειν λόγων. THEODORET. *Histor. eccles.* (1673) *lib. III*, *cap.* 8, *p.* 131.

2. GENES. *XLI*, 30.

uti *humaniorum litterarum Academiæ* tempore), scribi præcipit [1].

Septem annorum spatio *Græci* et *Latini* sermonis peritia quasi deleta, et vestigia quæ ad illam ducere possent, penè erasa !...

A Lectore veniam deprecor. Malis patriæ immorari et ingemiscere, solatium est animæ mœrentis simul et sperantis.

Nunc ad *Oupnek'hat* redeo.

Ibid. lin. 25 : illud quod cultum etc. facit, id τὸν *Beschn* dicunt.

Keschn ipse, octava τȣ̃ *Beschn* apparitio, dicit in *Mahabarat :* [2] *nomen illud meum* BAS DIW *est : et* BAS *duas significationes habet,* (samskreticè)* *operitio* (*tectura*) ; *et ego cum figurâ solis factus, cum lumine radiorum mundum operio : et alio* (*sensu*), *totus orbis in* (*per*) *me cultus* (*abundans*) *est,*

---

1. Programme des prix de *l'Institut* national des sciences et arts, proposés dans la séance publique du 15 *messidor*, l'an V de la République, p. 4 : *Classe de Littérature et des beaux arts.* ..... Sujet du prix.

Rechercher les moyens de donner parmi nous une nouvelle activité à l'étude de la langue grecque et de la langue latine.

Le prix sera une médaille d'or du poids de cinq *hectogrammes :* il sera distribué dans la séance publique du 15 *nivôse* de l'an VII.

Les mémoires seront *écrits en François*, et remis avant le 1.er *vendémiaire* de la même année ; ce terme est de rigueur. *Journal de Perlet*, *N.°* 602, 18 *messid. an V de la Rép.* (6 *juillet* 1797); *Par. p.* 42.

Huic Græcæ et Latinæ linguæ ignorantiæ adjungi potest *veri theologi* defectus, quem annunciat *petitio*, in Diario, *Petites affiches* nuncupato, his verbis expressa : *On désireroit trouver un théologien patriote, qui fût versé dans les matières ecclésiastiques. On lui feroit un sort honnête. S'adresser rue S. Jacques*, *N.°* 278.

Hæc postulatio *Constitutionalium episcoporum et presbyterorum*, Parisiis, sub falso *Concilii* nomine Congregatorum, cœtui tribuitur, in Diario, *Annales catholiques* etc. *N.°* 41 (1797); *die Mart.* 15 *Augusti*, *p.* 185, 186.

2. *O nam diguer man Bas diw ast o bas dou maani darad poschesch o man besourat aftab schodeh ba nour schooaaa aalemra miposcham o diguer tamam aalemra dar man abadan ast,* MAHABAR. 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 566 *recto.*

Ibid. ultim. lin. Illud quod lugere facit, [*Roudr est*].

Samskreticè, *roudite*, lugeam, si lugeo; *rouhoukham*, planctus.

Pag. 25, *lin.* 2 : illud quod saporem (*gustum*) capit (*mezzeh miguirad*).... sol est.

Sol calore suo, cujus vi omnia maturescunt, frugum saporem quasi haurire videtur; quemadmodùm halitu (*pran*) tactûs sensum promovente rerum gustum corpus percipit. Quædam insuper designatur in τὸν *pran* solis actio, quæ posteà clariùs enunciabitur.

Ibid. lin. 6-9 : liberalitatem (*exercere*), et bonum facere, et non occidere omnia (*omnis generis*) animantia, et sinceritas, et rectitudo.....

Qui tale *korban* (sacrificium) ferocientibus Europæ populis suadere auderet, ad minus imbecillitatis famam subiret aut saltem stolidæ fiduciæ. *Non occidere omnia animantia!* proindè hominis sanguini parcere. Præposterum et in Indiam relegandum doctrinæ moralis præceptum. Fluit, æternùmque fluet amnis humani sanguinis ad regentium libitum, in campis Europæ, licet Christianæ.

Orbis videlicet hydropisi non aquæ sed sanguinis laborat! Rectores, doctores, sanitatis, ut dicunt, reddendæ causâ, callidi et periti morales chirurgi, punctionem ferro, cauteria igne applicant : et corpus, eheu! remedio exhaustum, languescit, marcessit, totaliter perit.

Ibid. lin. 14 *et not.* 1 : filii *Deiougui.*

Mira narrantur de *Keschn*, filii *Deiougui*. Peperit illum mater, soror τȣ̃ *Kampsa*, potentis *Kettri*, τῷ *Wassou diwa*, itidem *Kettri*, nupta, ante epocham, si credere fas est, τȣ̃ *Kaliougam*, quæ septem sæculis (circiter 752 annis) Diluvium

præcessit; sed quæ historiæ monumentis accommodata, 18 vel 19 ante æram Christianam sæculo respondere videtur.[1]

Natus est *Keschn* in urbe *Mathrâ*, sitâ, juxtà Mappam doctissimi *Renell*, inter *Agra* et *Dehli*, 27°. 37′ latitud. septentrion. ad Djemnæ ripam occidentalem.

Longius esset quæ de *Keschn*, prodigiis ejus nativitatem comitantibus, et ab isto magno *Deïouta*, ad τὲς *Diwan*, *Genian* subjiciendos et homines eorum tyrannidi eripiendos, susceptis laboribus, scripta sunt, hìc recensere. Prolixæ apud Indos, maximè in provinciâ *Agra*, ubi urbs *Mathra* eminet, hac de re leguntur historiæ.[2]

Observandum simul, in hoc *Oupnek'hat*, è *Sam Beid* excerpto, Indorum doctrinam, religionem; ad tempora τὸν *Keschn* præcedentia referri.

Ibid. lin. 18, 23; *pag.* 26, *lin.* 2, 8, 15, 21; *akasch*, lege: *âkasch.*

N.° VII.

Pag. 26, *lin.* 26: solem, *Brahm* esse.......

Systematis Indici, in hoc *Brahmen*, lucidè apparet concatenatio. *Brahm*, ens supremum, intrà et extrà hominem est. *Cor*, quatuor partibus constans, scilicet tribus sensibus et respiratione; *âkasch*, totidem partibus, nempè tribus elementis et sole; sunt separatim et conjunctim unus et idem *Brahm.* Quatuor partes priores, internæ, quatuor posteribus, et externis sunt correlativæ: et de omnibus, simul et seorsùm, eas *Brahm* esse confitendo, attenta meditatio, maximam cognitionis lucem parit.

---

1. *Recherch. histor. et géogr. sur l'Ind.* 1 *Part. Lettr. d'*A. du P. *p. XXXIII*, *LI.* — Abrah. Roger; *Mœurs des Brahm. p.* 179.

2. Consuli possunt Abraham Roger; *Mœurs des Brahmines etc. p.* 230-235, 236. — *Descript. histor. et géogr. de l'Ind. T.* 1; Tieffenthaler; *Province d'Agra*; *p.* 201-207.

N.° VIII.

Pag. 27, *lin.* 17 : *pæda ;* lege : *paeda.*

Ibid. lin. 23 : factæ sunt.

Textum ipsum, quatuor primarum linearum hujus *Brahmen* hîc dare, rei momentum postulat. Sic autem se habet.

Awel hitsch, naboud hamin hast mottallak boud khast keh aschkara schavad az ou beizzeh zzaher schod.

Si primùm, id est, ab æterno Ens absolutum erat, aliquid ergò tunc existebat, sed nihil quidquam præter illud ens. Hic est genuinus textûs Persici sensus. Undè liquet existentiam rerum, ut nunc subsistunt, apparent, excepto Deo supremo, tùm unico ente, non esse ab æterno.

Verùm indè etiam nihil pro creatione *ex nihilo*, uti nunc intelligitur, vel contrà emanationem concludi potest. In Deo, se manifestare est foràs prodire, extrà se producere ; et *vice versâ.*

Res est notanda, quam nullibi clarè enunciatam autumo : ubi de causâ immateriali agitur, supremâ, universali, summè perfectâ, et entia *ad extrà*, ut dicunt, producente, *emanatio* et *creatio ex nihilo* sunt unum et idem ; *substantia* et modus substantiæ à se non distinguuntur, nec realiter separantur : et, cùm res creata in se et à se existere non possit, imò semper in potentiâ primi agentis quasi degat ; quæ quidem potentia ipse potens est ; hinc sequitur rem illam, seu effectum quocumque modo productum, reverà extrà causam non manere.

Confusio seu error, in hac quæstione, indè oritur, quòd Ens supremum instar hominis adhibeatur [1], qui, re quidem ipsâ nihil omninò nisi ex materiâ et cum materiâ *præsuppositâ* producere potest, operari : hæc sanè, conceptu difficilia, verbis exprimere

---

1. Clarke ; *Trait. de l'exist. et des attrib. de Dieu, etc. T.* 1, *p.* 142.

tametsi difficilius est, de essentiâ tamen, seu attributis divinis, rectè intellectis, nihil detrahunt.

Verùm fatendum est aliquandò aliud esse *philosophicè*, aliud *theologicè* loqui vel sentire. Sua cuique laus, sua vituperatio: nec limites transgredi licet, nec intrà limites stantem condemnare. Sed hîc proverbium : *omnia sana sanis :* lippis quæcumque lux cruciatus est.

Ex suprà dictis sequitur, re penitùs perpensâ, eodem redire τῦ *Douitam* et *Adouitam* Indorum systemata.[1] Prius duas vel plures substantias agnoscit, effectu à causâ separato, qui quidem non per se, sed in se subsistit. Juxtà posterius, non duæ, sed unica est substantia, eodem effectu nec per se nec in se subsistente, sed in ipsâ causâ, quæ se per actionem exerit, et actum seu productum semper sub potentiâ retinet.

In utroque systemate *creatio ex nihilo* rectè admitti potest. Ens enim productum vel apparens, reverà qualiter existit vel apparet anteà non erat, ac proindè è *non ente*, vel *nihilo*, quasi exsurgit, nullâ priùs suppositâ materiâ, cùm causa sit immaterialis.

Ulteriùs progredi non sinit humanæ mentis imbecillitas.[2]

Quandò Deum licebit *facie ad faciem* intueri[3], forsitan evanescet spissum et verendum velum, quo, his in terris, tegitur creationis seu productionis rerum, ejusque modi, mysterium.

Sed ad ovum Indici systematis[4] progrediamur. Quemadmodùm in *Oupnek'hat*, sic in *Mahabarat*, ovum à primo ente pro-

1. Suprà, *p.* 418, *Annot. ad Monit. p. xij. — Recherch. hist. etc. sur l'Ind. Supplém. dans la Descript. histor. et géograph. de l'Inde*, *T.* 3, *p.* 71-73.

2. HUET; *Alnetan. quæstion.* (1690) *Antecess. p.* 5, *N.* 3.

3. 1 *Cor. XIII*, 12.

4. HUET; *libr. cit. p.* 143.

ductum, *semen omnium creaturarum est.* Sed res, quæ tamen eodem redit, diversè narratur. [1]

[2] *Qualitatem (modum) temporis à me audi, inquit* TSCHAK PALAK, *τῶ Radjah* TSCHANG, *coetaneo τȣ̃* BHIGAM, *τȣ̃* DJETASCHTER *patrui, respondens: primùm à (de) statibus τȣ̃* ABAKT *dico. Et sic est, quòd unus dies ejus spatium decem mille kalp sit* (86,400,000,000 *annor.*) *: et sic nox ejus. Et quandò tempore τȣ̃ manè experge fit, primum res quæ comesæ fiant, et causa vitæ efficiantur (vitam sustentent), illas cum existentiâ (ad existentiam) affert (producit).*

Post ab illo (deindè) unum OVUM *aureum creatum facit; et ex illo* OVO *τὸν* BRAHMA *productum efficit, quòd is productas faciens varias creaturas est.* BALDÆUS; *Libr. cit. vers. Germ. p.* 435.

Et modus productionis τȣ̃ BRAHMA *super hac ratione est, quòd, spatio unius anni, is in medio* OVI *memorati manet, et quandò magnus (adultus) sit (est),* OVUM *ut fregit, foràs venit.*

---

1. ABRAH. ROGER; *Mœurs des Brahm. p.* 181.

2. *Kifiet zamaneh az man beschno awel az ehval* ABAKTT *migouiam o tschenan ast keh iek rouz ou moddat deh hazar kalp mischavad o hamtschenan schab ou o tschoun vakt bamdad beidar mischavad awel tschizha keh khordeh mischavad o sabab zendegani mikardad ânra bevodjoud miarad baadezan iek* BEIZZEH *zerrin khalk mikonad ve az ou* BRAMHARA *paeda mikardanad keh o paedah konendeh aksam khalaïek ast o kifiet paedaesch* BRAMHA *bar in nohedj ast keh moddat iek sal ou dar mian* BEIZZEH *madzkour manad o tschoun kalan mischavad* BEIZZEHRA *schekesteh biroun miaïad ve az nim* BEIZZEH ZEMINRA *khalk mikonad ve az an nesf* ASMANRA *o darmian ânha* HAVARA *paeda misazad o moddat rouz* BRAMHA *deh hazar sal ast ve hamin mekdar moddat schab ou ve awel* AHANKARRA *paeda mikonad baadazan* AANASSER *khams.* MAHABARAT. 12. *Porb.* 2. *Part. fol.* 535 *r.* 536 *v.*

Kalp dies est fixus ex vitâ centum annorum τȣ̃ *Bramha* (idem; 12 *Porb.* 1 *Part. p.* 382 *v.*); proindè unum *kalp* 8, 640,000 solarium annorum foret. (*Recherch. histor. sur l'Ind. lettr. d'A. du P. p. XXIII.*) Anni quibus constat dies τȣ̃ BRAMHA, sunt anni annorum.

Et è medietate OVI TERRAM *productam facit; et ex illâ (alterâ) medietate,* COELUM : *et in medio illorum* AEREM *productum facit.*

Et spatium diei τȣ̃ BRAHMA *decem millia anni est : et ipsa hæc quantitas spatium noctis ejus*

Et primùm τὸν AHANKAR *productum facit : post ab illo,* ELEMENTA *quinque.*

Nec Indis peculiare fuit istud de *ovo* commentum. Præter Egyptios [1], Orpheus, si primorum sæculorum scriptoribus fides est adhibenda, ovum pariter memorat entium principium.

Fuit enim aqua, inquit ATHENAGORAS [2], *secundùm ipsum (Orpheum), principium omnium; ab aquâ subsidente provenit limus* (ἰλὺς) ; *his parentibus ortum est animal draco ; cui adnatum erat caput leonis : corpus verò medium continebat faciem Dei,* HERCULIS *aut* (καὶ, *et*) CHRONI *dicti.* [3] *Ab Hercule natum est* OVUM *immensæ magnitudinis, quod cum repletum esset, vim passum à genitore suo, ex attritione in duas partes dissiliit; et superior quidem in cœli formam perfecta est; inferior verò delapsa terram constituit.*

Apud *Orpheum*, ut in *Oupnek'hat*, duæ ovi partes cœlum et terram constituunt. Limus potest esse *caligo* τȣ̃ *Oupnek'hat*; et *Chronus (tempus)*, vel *Hercules, ille qui semper est*, ejusdem libri.

---

1. EUSEB.; *Præpar. evangelic.* (1628); *lib.* 3, *cap. XI, p.* 115.

2. *Legat. pro Christian. etc.* (1706), *N.° XV, p.* 65.

3. ȣ̃τος ὁ Ἡρακλῆς ἐγέννησεν ὑπερμέγεθες ὠὸν ὃ συμπληρȣ́μενον ἀπὸ βίας τȣ̃ γεγεννηκότος, ἐκ παρατριβῆς εἰς δύο ἐῤῥάγη. τὸ μὲν ȣ̃ν κατὰ κορυφὴν αὐτȣ̃, ȣ̓ρανὸς εἶναι ἐτελέσθη· τὸ δὲ κατενεχθὲν (aliter), τὸ δὲ κάτω κατενεχθὲν) γῆ. ATHENAG. *loc. cit.*

Huic interpretationi consonant quæ de eodem *Orpheo* in S. Clementi adscriptis *Recognitionibus* leguntur.

Orpheus igitur est, inquit quisquis est illius operis auctor [1] et procul dubio antiquus, *qui dicit primò fuisse chaos sempiternum, immensum, ingenitum, ex quo omnia facta sunt* [2] *: hoc sanè ipsum chaos non tenebras dixit esse, non lucem; non humidum, non aridum; non calidum, non frigidum; sed omnia simul mista; et semper unum fuisse informe; aliquandò tamen quasi ut* OVI *immanis modum, per immensa tempora effectum peperisse ac protulisse ex se duplicem quamdam speciem, quam illi* MASCULO FEMINAM *vocant, ex contrariâ admistione hujusmodi diversitatis speciem concretam: et hoc esse principium omnium, quod primùm ex materiâ puriore processerit, quodque procedens discretionem quatuor elementorum dederit; et ex duobus quæ prima sunt, elementis, fecerit cœlum, ex aliis autem terram; ex quibus jam omnia participatione suî invicem nasci dicit et gigni. Hæc quidem Orpheus.*

Horum (Orphei et Hesiodi) *scripta in duas partes intelligentiæ dividi, id est secundùm litteram et secundùm allegoriam,* monet [3] *Recognitionum* auctor. Tùm addit: *ad ea quidem, quæ secundùm litteram sunt, ignobilis vulgi turbam confluxisse; ea verò, quæ secundùm allegoriam constant, omnis philosophorum et eruditorum loquacitas admirata est.*

Medium iter ineundo, in *Orphei chaos, tarikh* (*caliginem*) τȣ̃ *Oupnek'hat* agnoscere possumus; in immensis temporibus, unum annum, id est immensa sæcula: cùm hîc de temporibus τῷ *Brahma* prioribus agatur, et dies ipsa τȣ̃ *Brahma*, com-

---

1. *Coteler. Patr. Apostolic.* 1 *part. Recognit.* S. Clement. *libr.* 10, *p.* 515; *N.*° XXX.
2. Id. et Homil. 6; *N.*° *III*, *p.* 620, 621.
3. Idem, *p.* 515, *N.*° XXX.

plectens diem et noctem, sit 8,640,000 annorum; in specie *masculo-feminâ*, naturam, cujus una pars semen inserit, altera generat (*Lingam Indorum*); in materiâ puriore, *Haranguer behah*, collectionem elementorum simplicium; in discretione quatuor elementorum, *Pradjapat*, collectionem (summam) elementorum crassorum (compositorum); et in cœlo et terrâ, ex quatuor elementis fabricatis, undè omnia *participatione suî*, invicem nascuntur et giguntur, cœli, terræ et aliorum ex *ovo τȣ Oupnek'hat* prodeuntium productionem.

Hujus qualiscumque commentarii periculum facio, morosis fortè obtrectandi dans occasionem.

N.° IX.

Pag. 28, *lineâ* 12, (ut); lege: (*ut*).

Pag. 29, *lin.* 3-6; quælibet persona .... (*ad*) eum est.

Actionum communione, omnium meritorum et cognitionum gradus in se transfert, qui perfectionis statum adeptus est.

Ibid. lineâ penultim, cum; *lege*: cùm.

Pag. 30, *lin.* 8, *Rudjah*, lege: *Radjah*: *lin.* 19, *brahmbadia*, lege: *Brahm badia*.

Pag. 31, *lin.* 3: Duæ res omnes res, etc.

Extrà et intrà hominem, ventus, aer, omnia in se attrahit, resolvit, omnibus motum et actionem dat: id est, sine vento, aere, cuncta cessant, deficiunt, vitâ privantur! solus ventus, aer, semper subsistit. Vide *suprà*, N.° *II*, *p.* 9.

N.° X.

Ibid. lin. 14; *oeioutaï* unicus, qui *pran* est; *lege*: *Deioutaï* unicus, qui *pran* est.

ὁ *pran*, *Deioutaï* nomine insignitus, corporis facultatum fons et magister, in omni loco, sub diversis figuris, cuncta servans, consumens, scientia et opulentia magna; *pran*, respiratio, in

corpore alimento robur accipit : indè ipsum alimentum, quod roboris τȣ̃ *pran* causa, *Brahm* (*Deum*) esse sciendum est (*ghelara keh baeets kowat pran ast Brahm danesteh*).

Verum enim verò quæ ratio in se alimenti ad respirationem, respirationis ad actionem sensuum ejus comitum, si alimentum ipsum, sit dicto venia! non est *Brahm*, id est Ens supremum, à se vim propriam habens et universalem ? Sic omnia in Deo confundit, miro sanè et inexpectato modo, Indorum theologia. [1]

Ibid. lin. 14, 22 ; *bramtschari*, lege : *Brahm tschari* : *lin. penultim*, (quòd) ; lege : (*quòd*).

N.° XI.

Pag. 33, *lin.* 1, ante ; *lege :* antè.

Ibid. lin. 10, *ma Brahman* .....

Juxtà *Mahabarat* [2], *Brahman*, *Tschetri* (*Kettri*) et *Bes*, tres primæ Indorum tribus seu classes, librum *Beid* legunt. De *Soud*, quartâ tribu, dictum est : *non oportet quòd* Beid *legat* (*na baïad keh Soud Beid khanad*). Porrò τὸν *Djabal*, patre incerto, incognito natum, nulla tribus suum agnoscere poterat : propriè Indus non erat. Proindè, quemadmodùm zonâ quinto, vel ad minus serissimè decimo ætatis anno, *Brahmanes* pueros suos, ritu et ceremoniis ab *Abraham Roger* relatis [3], cingunt; nec anteà isti pueri, quamvis sint genere, *Brahmanes* et ipsi habentur : sic, ut τὸν *Djabal* ad doctrinam accipiendam aptum reddat, eum primò *Goutam* cingulo vestiendo, in Indorum tribus introducit. Deindè longam et arduam in deserto, probationis et pœnitentiæ loco, mansionem præcipit.

Ibid. lin. 22 : *oum* ..... Vidè *suprà*, N.° *IV*, *p.* 16.

Ibid. lin. 27, *p.* 36, latus (*tractus*) *maschrek*, etc. .....

---

1. Act. *XVII*, 28.
2. 12 *Porb.* 2.e *part. fol.* 429 *recto.*
3. *Mœurs des Brahmines*; p. 44, 45.

Quatuor igitur τῦ *Brahm*, Entis supremi et universalis, quasi partes sunt. 1.° Quatuor mundi latera, puncta cardinalia; *oriens, meridies, occidens et septentrio.* 2.° Quatuor spatia quibus constat orbis machina; *terra, atmosphera, cœlum, mare.* 3. Quatuor agentia quæ in istis spatiis operantur; *ignis, sol, luna*, et *fulgur.* 4.° Quatuor corporis humani partes, sensus istis rebus respondentes; *pran* (*respiratio*), *visus, auditus* et *cor.* (*Suprà* N.° *VII*, *p.* 25, 26.)

Hoc totum simul junctum, reciproquâ actione copulatum, scire, τὸν *Brahm* scire est.

Pag. 35, *lin.* 11, 12, *mandek* .....

Quartus τῦ *Djabal* magister *Mandek*, quamvis τὸν *pran* indicet, forsitan est rana, vel bufo; samskreticè, *mandhoukaha, dardouraha.* Hujus animalis vox, vesperè ad solis occasum, vulgò auditur.

Ibid. lin. 15, ante; *lege:* antè: *lin.* 22, (kisus); *lege:* (visus).

Pag. 36, *lin.* 11, quicumque ab *ostad* ......

Apud Indos, et generatim apud Orientales, paucis exceptis, quos Deus immediato afflatu erudivit, institutio à magistro accipitur. Huic ordinationi magnum tribuitur emolumentum: et series institutorum sese continuè informantium, sedulò refertur, tanquàm meritæ fiduciæ simul et summæ laudis fundamentum.

N.° XII.

Ibid. lin. 21: *Djabal* discipulis aliis licentiam præfecturæ (*domûs, nubendi*) dedit ......

Mos est, ut, τῦ *Brahm tschar* cursu peracto, discipulo nubere et varia societatis humanæ officia adimplere, *ostad* permittat [1]: et si, filio adulto, iste discipulus opes suas ei

1. ABRAH. ROGER; *Mœurs des Brahmin. p.* 62.

remittit et in deserta secedit, tunc *Van* (*Bou*) *perest* nomen habet. Hæc obiter observare liceat : mollioribus affectibus asperam mortificationis aciem retundere mulieres plerumque satagunt. In re quæ ad religionem spectat, uxoris suæ *Djabal* rationem non habet ; sed nihil amari, nihil omninò ei respondet, contentus aliò concedere.

Pag. 37, *lin.* 18, dixerunt ; *lege :* dixerunt,

Ibid. lin. 22 *:* è motu τȢ *pran*. .....

Ex illo motu omnia animantia vitam habent et conservant. Doctrinæ Indicæ cardo : per quod animantia vivunt, entia subsistunt, quocumque modo, illud *Brahm* (Ens supremum) est.

Ibid. lin. 23, *kam Brahm;* lege : *K'ham Brahm : lin.* 25, *tractus*) est: lege : *tractus*) est ;

Ibid. lin. 19, 28, 29; *pag.* 38, *lin.* 1, 2 : *anand... anandsroup .... anand .... tschedakasch .... anandsroup*; lege : *ânand ..... ânandsroup..... ânand .... tschedâkasch ..... ânandsroup.*

Pag. 37, *ultim. lin.* non *ânand* mundi .....

Hìc nominatim observatur, quod *suprà* ad paginam 22 notatum : præter specialem et quasi humilem significationem, generaliorem et superiorem habent voces *âkasch, pran, ânand.* (*na ânand dounia*, non *ânand* mundi, inquit *Oupnek'hat*).

Anand, lætus (*animæ, rerum*) status, *khosch hali.* Samskreticè, *ânand,* quies ; *ânand sarb* (*sroup*), quies omnis, universalis, totalis (*harmonicus, perfectus rerum status*).

Pag. 38, *lin.* 1 : *tsched âkasch.*

Samskreticè, *tschedaha, tschedam,* divisio, ruptura, frustum. *Tschedanam*, rumpere, scindere, dividere ; undè *tsched âkasch, âkasch* subtilis, quasi frustatim divisus.

In Indorum systemate, *subtile, exile,* quodam modo respon-

det immateriali, perfectiori; τὸ *lattif* est τῷ *kasif* oppositum. Vide *suprà*, N.° *II*, *p.* 9 *et n.* 2.

Pag. 38, *lin* 5 *et pag.* 39 : *atesch* (*ignis*) primus dixit .... *zemin* (*terra*), etc.....

Iterùm omnes mundi exterioris partes, *astra*, *spatia*, *elementa*, *figura in sole* (*ân porsch keh dar aftab dideh mischavad*), *lunâ*, *fulgure*, *visa*, cum alimento (*gheda*), et *pran*; hæc omnia (*suprà*, N.° *VII*-*X*, *p.* 25, 30, 32) sub corporis trium ignium, seu vividorum agentium, cœlum, aerem, terram, hominem, quæque secundùm analogiam inter entia stabilitam, comprehendentium, animantium, nomine, *veritas mundi sunt* (*hakikat aalem boud*).

Pag. 38, *lin.* 10 : peccata ejus omnia super latus (*semota*, *ablata*) fiunt.

Τȣ̃ *Brahm badia*, quod τȣ̃ *Brahm*, τȣ̃ *Nour dzat* (*Lucis-Entis*) Entis supremi cognitio est; seu veræ mundi et Dei cognitionis et confessionis, merces : à peccatis purificatio, mundi hujus tranquilla inhabitatio, ibi felix rerum status, bona fama, multi liberi, proles, longùm duratura; in duobus mundis τῶν *Deioutaï* auxilium, consortium.

Ibid. not. 1, *lin.* 1, *tschedâkasch*; lege : *tsched âkasch*.

Pag. 39, *lin. ultim. niloufer*, lege : *nilofer*.

Pag. 40, *lin.* 5 : (*Ostad*) dixit : in tempore τȣ̃ apertum esse oculum .... *porschi* (*figura in retinâ oculi*) .... Physicæ amatorum gratiâ, textum Persicum hîc apponam.

(*Ostad*) *goft dar vakt va boudan tschaschm o bastan tschaschm* PORSCHI *keh hameh tschiz mibinad ân âtmaï hameh ast ve ân na mirendeh ast o na tarsendeh ast ân Brahm ast az in hast keh har gah âb ïa rogan dar tschaschm rikhteh schavad az dou ttaraf tschaschm biroun miresad o mardmak dideh. be*

inha áloudeh namischavad mardmak dideh SANDJEDNAM *nam ast be maani dark konondeh hosn ve hameh khoubiha har keh inra bedanad hameh khoubiha ba ou mirasad ve hamin mardmak dideh ra* BAMNI *ham migouïand iaani guirendeh hameh khoubiha beian namhaï mardmak dideh har keh án Porschra Bamni bedanad khoubiha ba ou mirasad ve hamin mard hameh khoubihara miguirad ve in Bamnira* BHAMNI *ham migouïand iaani nour o roschni o dar hameh aalem ast ..... Ms. fol.* 11 *recto.*

Hoc in textu apertè distinguntur, 1.° *Porschi,* figura (simul et agens), quæ *in aperto et clauso oculo omnia videt,* anima omnium est; *Bamni,* seu *capiens (visu) omnia bona est.* Hæc est retina, immediatum visionis organum, in quâ radiorum lucis, ex omnibus objecti punctis profectorum, et humore cristallino refractorum ope, illud objectum pingitur.

2.° *Glandula lacrimalis,* quæ serositate percolatâ oculi globum humectando, ejus motum faciliorem reddit.

3.° *Puncta lacrimalia,* ad quæ, amborum palpebrarum concursu, lacrimalis serositas dirigitur.

4.° *Pupilla oculi,* per quam transeunt radii lucis, qui in *cristallino* refracti, et in *retinâ* picti, visionem efficiunt.

Undè, *porsch* et *mardmak* seu *retina,* et *pupilla* oculi confunduntur.

Tòν *porsch,* qui in oculo videt, *átmai (animam)* appellari videmus.

Sic autem de vero sensuum agente loquitur *Tschak Palak,* suprà laudatus (p. 457).

1. Vidè KULM; *Tabl. anatomiq.* etc. *Tr. fr.* (1734); *tab. IX, p.* 98, 100-102; et *usage* 4. — WINSLOU; *Exposit. anatomiq. de la structure du corps humain* (1732); *p.* 664, 666, 674, 680-681.

Et cor (del) actiones cum adminiculo (vasileh) sensuum facit; et sensus ab ullâ re nuncium non habent (nihil cognoscit); et quidquid scit, illud cor est (quod scit): et oculus cum viâ (medio) faciei externæ et coloris videt. Sed cum (in) veritate, potentia visûs illius coloris, cor est. Non vides quòd, si cor cum (in) tranquillitate non sit, quantumcunque oculus super colorem cadat, color comprehensus (perceptus) non efficiatur. Et de statu reliquorum sensuum super (ex) oculo ratiocinationem facere (judicare) oportet. Et quandò cor à rebus separationem eligit (se separat), sensus etiam illo modo fiat (fiant), quòd (quoniam) dominus (possessor) sensuum cor est; et illi in corde minores (deficientes) efficitur (efficiuntur). [1]

Planis et luculentis verbis facultas, vis sensitiva, hîc organis externis, oculo etc. eripitur. Corporis membra sunt tantùm *adminicula* cordis, quod videt, v. g. oculi ope; idem de aliis sensibus ferendum judicium. Porrò sensus sunt corporis partes. Cor ipsum *Brahm* est, sicut *porsch* qui in oculo videt, et *âtma* omnium est. Cor (*del*) ergò, in hoc textu, pro animâ sumitur, seu pro potentiâ à corpore naturâ distinctâ, quæ verè omnes sensuum functiones exercet, omnes sensationes experitur; quæ videt, olfacit, gustat, tangit, loquitur, dùm corporis partes, mera organa, mera vehicula, quæ *nullius rei nuncium habent* (*az hitsch tschiz khabar na mi darad*), externè, v. g. vident,

Suprà, N.° VII, p. 25.

1. *O del karha bevasileh havas mikonad o havaz az hitsch tschiz khabar namidarad o har tscheh midanad ân del ast (keh midanad) o tschaschm be hasb zzaher o lun mibinad amma filhakikateh binaii ân loun del ast na mibini keh agar del bâram nabaschad har tschand tschaschm bar loun mioftad loun modark namikardad o hal saïer havas bar tschaschm keiâs baïad kard o tschoun del az tschizha djoudaii gouzinad havaz niz ântschenan schavad keh malek havas del ast ve ânha dar del kam mikardad.* Mahabar. *12 Porb. 2 Part. fol. 535 recto.*

faciei externæ, colorum ope ; licet, *in veritate, potentia visûs illius coloris cor sit* (*amma fil hakïkateh binaii ân loun del ast*).

Indè sequitur *cor,* seu animam, voluptates sensationibus addictas capere : quæ quidem, ejusdem ac anima ipsa, generis, scilicet incorporeæ sunt, quamvis corporum actione productæ, quemadmodùm spirituales voluptates, è rerum spiritualium, immaterialium, perceptione ortæ.

In systemate Indico corpus instrumentum est, quo præsente, adhibito, operationes in homine ab homine effici vident : sola verò anima (*djan, âtma*) agit, sola sentit, percipit; et hæc anima *Brahm* est.

Qui attentè Cartesii, Leibnitzii et Mallebranchii, de animæ et corporis correlativis actibus systemata attentè consideraverit, plures summorum illorum philosophorum opiniones Brahmanum conceptibus haud absimiles inveniet.

Ibid. lin. 7, *atmaï; lege* : *âtmaï.*

Pag. 41, *lin.* 6 : *Schist pran* est .....

Samskreticè, *schischaïouktam,* quod reliquum est; *schischtam,* remanens; *schischiati,* remanere, reliquum esse.

Hùc facit quòd ibidem dicitur : *antequàm sensus et membra hominis in ventre matris existentia forent, pran* (*suprà*, N.° VII, *p.* 26), halitum, vitam, animam, cor (*Brahm*) *fuisse.*

Ibid. lin. 12, 26, 27 etc. ..... ad petitum excelsum ut pervenit, sine desiderio fiat.

Proprius sensuum usus hìc declaratur; illorum quasi ministerio homo eruditus ad excelsa tendere debet, ut, voti compos, *Brahm* ipse redditus, sine desiderio fiat, sine actione. [1]

Pag. 42, *lin.* 4, *actionem suam; lege :* actionem suam.

1. Hebr. *IV*, 3, 9, 10.

N.° XIII.

Ibid. not. 1, *lin.* 8; p. 24, *lege :* p. 25 : *lin.* 9, *Mahabarat*; *adde :* 12 *Porb.* 2 Part. fol. 566 recto : et N.° *LXXVI*, *p.* 361.

Pag. 43, *lin.* 16 : (*nihil*) sciens, qui non scit ....

Hoc in loco, cor ut intelligentiæ veluti organum solummodò consideratur; p. 42 et 44 domus omnium sensuum vocatur: proindè, eo abeunte, absente, nullus sensus, quemadmodùm p. 42 dicitur, *actionem suam potest facere.*

N.° XIV.

Pag. 45, *lin.* 18, *atma;* lege : *átma.*

Ibid. lin. 1-24, *p.* 47, 48.

Beschvanr ..... (explicatio) è calore naturali omnis (*rei*) est .... sub figurâ (*duorum mundorum*) colebam.

Calor naturalis, semen totius mundi, in quo totus mundus est, propriè *pran* (*p.* 47, 48), sub diversis orbis partium, astrorum, elementorum, figuris colitur. Cultus ergò Indicus purè est figurativus, correlativus, et ad *átma*, Ens supremum, ultimò refertur.

Pag. 46, *lin.* 20, (cum); *lege :* (*cum*).

Pag. 47, *lin.* 3, 4 : Hoc (*Bhout ákasch*) cogitatum τȣ̃ *Beischvanr átma* est.

Ens *comprehendens elementa quatuor*, objectum, actus, organum cogitationis τȣ̃ *Beischvanr átma* est, uti *cor* in homine (*p.* 41, 48). Sic in naturâ subjectum et objectum *idendificantur*, unum quid perhibentur : *átma* extrà se cogitando, in seipsum revolvitur.

Ibid. not. 1, *lin.* 1, *fekrmandi* cogitatio; lege : *fekrmandi*, cogitatio.

Ibid. not. 3, digestio magna.

Aeri et igni digestionem Indi attribuunt : ille digestionis organis

motum imprimit; hic concoquit elementa, aquâ, quæ prandii initio et fine bibitur (*p.* 44), macerata.

Pag. 48, *lin.* 1; fiat (esse), τὸν; *lege* : fiat (*esse*), τὸν : *lin.* 10, (sacrificii); lege : (*sacrificii*).

N.° XV.

Pag. 48, *lin.* 17, *ad pag.* 50. Prima buccea, quam (*homo*) comedit, ...

Indus in hac mentali prece, mundum totum ad se refert, sibi conciliat, dùm quemque corporis ventum, cum sensu, sidere, sideris mundo, spatio, elemento, meteoro, re in spatio, elemento, meteoro contentâ, eidem vento respondentibus, alimenti sui participem efficit. Patriarchalis sanè oratio, quo tempore homo, nundum vitæ curis nimis pressus, singulas naturæ partes, corpori debita persolvendo, ob oculos habere poterat.

Forsitan novi naturæ scrutatores, harmoniam quam perhibent corpus humanum inter et diversas mundi partes, per quædam fluida [1] stabilitam, indè elicere satagent.

N.° XVI.

Pag. 51, *lin.* 25, 26 : nomen et pictura (....*forma*).... quidquam non est.

Materia sola, verè in se ens est, existit : quidquid ex eâ constat, forma tantùm, accidens, propriè loquendo, apparentia, nihil est. Unum è primariis Indorum dogmatibus.

Pag. 52, *lin.* 20-24 : Et plures ..... fieri?

Hæc sunt τȢ *Oupnek'hat* verba.

O baazzi nadanan migouïand ke aalem ba zzanee awel nist

1. *Mém. de* F. H. MESMER, *docteur en médecine, sur ses découvertes* (*le* MAGNÉTISME *animal*); *an VII* (1799); *p.* 73 *etc.* — GOCLENIUS; *libr. cit. suprà*, *Dissert. p. XCIII - XCIX.*

boud o pas az nist hast schod aï nekokho az in nist hast tschoun tavanad schod.

Hìc creatio ex nihilo absolutè, prout nunc intelligitur, expressè negatur. Vide *suprà*, N.° VIII, p. 25. Plures tamen, tunc temporis, haud multùm à diluvio, huic sententiæ adhærebant.

Sequitur rerum productio, plasmatura et coagmentatio.

Pag. 53, *lin.* 13-15 : Hic *deïouta* .... fecit.

Quidquid immediatè vel mediatè Ens *unicum, universale sine simili*, producit, à se ipso, ut per diversi generis figuras plurimum fiat, promit (*az khod paeda kard*).

Ibid. lin. 13, 21, 23; *deiouta*, lege : *deïouta*.

Ibid. lin. 14, 15 : ignem ......

Ignis, aqua, et pulvis (*terra*), tria mundi elementa ex unico Ente producta.

Ibid. lin. 16-24 : *djiw âtma* ... et in illa ingressus ... animas (*vitas*) plurimas ... cùm induxisset.

Ens unicum, *anima universalis*, res productas ingressum, eis vitam inserit.

Pag. 54, *lin.* 5, 6, *ad pag.* 55 : color rubeus, qui in igne est, ...

Quidquid, mixtis trium elementorum coloribus, indè exsurgit, purum nomen est; ut ignis sensibilis, sol, luna, etc., hi colores solùm in naturâ, existunt.

Pag. 56, *lin.* 2, (quod); lege : (*quod*) : *lin.* 10, crassum; *lege* : crassa.

Ibid. lin. 8, *ad pag.* 57, 58 : nunc *tarbat keran* τȢ intrà audi etc. .....

Subtilis et meditatione digna, hujus *tarbat keran* compositio; quomodò ex alimento, aquâ et igne, diversa fiant et conserventur corporis elementa.

Pag. 57, *lin.* 7, illos; *lege* : illas : *lin.* 10, (quantùm); *lege*: (*quantùm*).

Ibid. not. 1, *lin.* 1 : formam .... ipsam rei essentiam, etc....

Forma, ait Bruckerus [1], *id est* (juxtà Aristotelem), *quod reipsà dicitur esse, sive tota rei natura et essentia, quæ definitione comprehenditur.*

Pag. 58, *lin.* 5, (et); lege : (*et*).

N.° XVII.

Ibid. lin. 16, MAHABAK; lege : MAHA BAK : *lin.* 18, *sok'hepat;* lege : *sak'hepat.*

Ibid. lin. 22 : assequi (*obtinere*) seipsum est.

In alto somno, homo verè ipse est, cum *átma* unum redditus.

Pag. 60, *lin.* 3, (quo); lege : (*quo*) : *lin.* 8, (sine simili); lege : (*sine simili*) : *lin.* 9, (sunt); lege : (*sunt*).

Pag. 61, *lin.* 12 : usquè (*ad*) tempus, quòd ad principium perveniant.

Quandiù seorsim, hac in vitâ, existunt animantia, seipsa, quod reverà sunt, non cognoscunt; tùm tantùm suî conscia, cùm ad principium suum, à quo nunquàm reapsè diversa fuerunt, pervenerunt.

Pag. 63, *lin.* 9, 10 : illud quod in hoc semine .... hæc arbor magna contenta, etc. ....

Arbor, in semine, licet oculo videri non possit : Ens supremum in omni re, quamvis sensu non percipiatur.

Pag. 64, *lin.* 3, (ejus); lege : (*ejus*) : *lin.* 33, (magna); lege : (*magna*).

Pag. 65, *lin.* 14 : Ferrum calidum .... cum manu ejus dant, etc.

Hoc (*per ignem*) probationis genus semper in India viguit : adhuc in usu est [2]; et ab ipsis Anglis oram Malabaricam habitan-

1. *Histor. critic. philosoph. T.* 1 (1742), *p.* 827.

2. Henri GROSE; *Voyag. aux Ind. Orient. Tr. de l'angl.* (1758), *p.* 291-293.

tibus, ut mihi, dùm *Bombaye* degerem, testatus est amicus meus D. SPENCER, olim Officinæ Anglicæ τȣ *Anjingue* præfectus, adhibetur.

N.° XVIII.

Pag. 65, *lin.* 25 : τȣ SANTKAMAR.

Quòd si *Santkamar* ille *rek'heschir* (*Sounnat kamar*) est, qui [1] τὸν *Prourda*, τȣ *Radjah Man* nepotem, orbis totius invasorem, cujus imperium ab oriente ad occidentem pertingebat, tyrannicè regnantem redarguit; hic *synchronismus*, si non τȣ *Oupnek'hat Tschehandouk*, saltem τȣ SAM *Beid* epocham ad tempora à diluvio haud remota referre sinet. Vide *infrà* not. ad pag. 96, lin. 14, 15.

Pag. 67, *lin.* 4, 5; duo, *lege* : duæ myrabolani citrinæ, etc.

Propter formam et magnitudinem, quæ gallarum vel dactylorum sunt, hîc adducuntur tres *myrabolanorum* species, quarum descriptio in *Valentini Historiâ simplicium reformatâ* videri potest. *Chebulam* et *Indam* addit Germanus medicus. Tùm, *quod ad vires*, inquit, *usumque horum fructuum attinet, purgantibus plerumque enumerantur remediis*, *ita quidem, ut citrinas myrabolanos bilem, Indas melancholiam, emblicas et bellericas pituitam expurgare credant* [2].

Cogitationem, cognitionem, voluntatem, desiderium, id est, omnes *mentis* operationes *cordi* tribuit auctor τȣ *Oupnek'hat*: philosophi Græci, super hac materiâ divisi, alii animam in capite, alii in corde aut sanguine posuerunt, rationem et mentem circà caput. Sic in Plutarcho :

1. MAHABAR. 1 *Porb. fol.* 46 *recto.*

2. VALENTINI : *Archiari Hassiaci et Professoris medici Gisseni Histor. simplicium reformata*, è *German. lat. reddit.* (1732), *p.* 232-233. — BONTIUS; *de medicin. Indor.* (1645), *lib.* 1. *fol.* 7 *verso : de Myrabolanis.* — THEVENOT; *Voyag. des Ind.* (1684), *p.* 73, 168.

[1] *De principe animæ parte.*

Inesse hanc aiunt PLATO *et* DEMOCRITUS *in toto capite :* *Infrà, T. II, N.° XCVII, p. 40.* STRATO, *in superciliorum intercapedine :* ERASISTRATUS, *circà membranam cerebri, quam epicranida nominat :* HEROPHILUS, *in cavo seu fundo cerebri :* PARMENIDES, *in toto pectore :* EPICURUS *et* STOICI, *in universo corde, aut cordis spiritu :* *Suprà, N.° LXXV, p, 356. Infrà, T. II, N.° C, p. 56, 60.* DIOGENES, *in arteriosâ cordis caveâ, quæ est spiritualis :* EMPEDOCLES, *in sanguinis substantiâ : alii, in collo cordis : alii, in membranâ cor ambiente : alii, in septo transverso : non nulli recentiorum, eò usque a capite pertingere :* PYTHAGORAS, *vitalem animæ partem circà cor, rationem et mentem circà caput.*

Pag. 68, *lin.* 24, (existunt); *lege : (existunt).* — *Pag.* 69, *lin.* 16, not. margin. *infrà*, 74; hanc not. *lin.* 18 appone.

Pag. 70, *lin.* 28 : si videns remanet, non videns ....

Apud Indos, qui duobus diebus inediam patitur, vel perit, vel mente, sensibus captus efficitur. Juxtà Plinium [2], *homini*

---

1. Τίς τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικὸν, καὶ ἐν τίνι ἐστίν.

Πλάτων, Δημόκριτος, ἐν ὅλῃ τῇ κεφαλῇ. Στράτων, ἐν μεσοφρύῳ. Ερασίστρατος περὶ τὴν μήνιγγα τοῦ ἐγκεφάλου, ἣν ἐπικρανίδα λέγει. Ηρόφιλος, ἐν τῇ τοῦ ἐγκεφάλου κοιλίᾳ, ἥτις ἐστὶ καὶ βάσις. Παρμενίδης ἐν ὅλῳ τῷ θώρακι, καὶ Επίκουρος. οἱ Στωϊκοὶ πάντες ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ, ἢ τῷ περὶ καρδίαν πνεύματι. Διογένης ἐν τῇ ἀρτηριακῇ κοιλίᾳ τῆς καρδίας, ἥτις ἐστὶ πνευματική. Εμπεδοκλῆς, ἐν τῇ τοῦ αἵματος συστάσει. οἱ δὲ, ἐν τῷ τραχήλῳ τῆς καρδίας· οἱ δὲ, ἐν τῷ περὶ καρδιάν ὑμένι· οἱ δὲ ἐν τῷ διαφράγματι. τῶν νεωτέρων δέ τινες, διήκειν ἀπὸ κεφαλῆς μέχρι τοῦ διαφράγματος. Πυθαγόρας, τὸ μὲν ζωτικὸν περὶ τὴν καρδίαν, τὸ δὲ λογικόν καὶ νοερὸν περὶ τὴν κεφαλήν. PLUTARCH. *Oper.* (1624), *T.* 2, *de placit. philosophor. libr. IV*, *cap.* 5, *p.* 899. — BRUCKER; *Histor. crit. philosoph. T. I*, *p.* 517; *animam habitare in arteriosâ cordis caveâ, quæ est spiritualis : cujus (opinionis Diogenis) fundamentum videtur esse, quòd animam cum reliquis Ionicis aëreæ naturæ esse dixerit.* Sententia Pythagor. *id. p.* 1091.

2. PLINII *Natur. histor.* (1723), *T. I*, *libr. XI*, *p.* 645, *cap.* 118 (54).

non utique septimo (die) lethale est inedias durasse : at ultrà undecimum plerosque certum est mori.

Pag. 72, *lin.* 28; in *somran*, voti; *lege:* in *somran* est, voti.

Vera laus sanè τȣ̃ *somran*, seu memoriæ. Equidem magnâ memoriâ præditi, acuto vel recto ingenio sæpiùs carent. Verùm, cum factis plerumque nitatur hominum inter se commercium, è memoriæ defectu errores, contentiones, jurgia oriri nimis solemne est.

Pag. 74, *lin.* 13: *Nard* τὸν *pran* ab omni majorem scivit.

Nunc, ordine inverso, qui verè rectus est, entium seu agentium hominem, animam constituentium, moventium, seriem præbeamus.

1. (*p.* 73, 74); *pran*, seu respiratio, primum omnis rei principium.

2. (*p.* 73); *desiderium non obtentum*, seu appetitus è *pran* proveniens, dùm res desiderata, et jugiter animo versata, altiùs menti inhærendo, memoriam producit, exercet et roborat.

3. (*p.* 72); *memoria*, societatis, colloquii vinculum, desiderio seu appetitu formata.

4. (*p.* 72); *bhout âkasch*, in quo, et quo mediante entia existunt, operantur.

5. (*p.* 71, 72); *ignis*, caloris, luminis, aquæ etiam auctor.

6. (*p.* 71); *aqua*, cœli, terræ, cunctorum animantium mater, alimenti fons et origo.

7 (*p.* 70, 71); *alimentum*, immediatum vitæ animalis, sensitivæ, etiam rationalis, causa, sustentaculum.

8. (*p.* 70); *robur*, alimento productum; undè oritur omnis actio corporis, mentis, cujusvis actionis fructus; per quod stat mundus materialis, à formicâ ad cœlum ipsum.

9. (*p.* 69); *vekian*, verificata scientia, cujus ope suprà

dicta, mundus materialis, spiritualis, bonum et malum cognita fiunt.

10. (*p.* 69); *dehan*, meditatio, attenta rerum consideratio, omnis magnitudinis fons; cui operam dant omnes mundi partes.

11. (*p.* 68); *tschat*, intelligentia, perceptio, meditationis fructus; cogitationis, locutionis, denominationis, hominum fiduciæ causa; omnium fons, medium et finis.

12. (*p.* 67, 68); *sanklap*, volitio, cujus operâ cogitatio etiam, locutio, denominationes fiunt; quæque cœlum facit, terram, elementa, hominem, artes; sicut et *tschat*, animam, corpus.

13. (*p.* 67); *cor*, locutionem et denominationem possidens, de omni re materiali vel spirituali cogitans: cor vult, expetit.

14. (*p.* 66, 67); *loquela*, quæ omnia materialia, spiritualia, ostendit, indicat, ad notitiam effert, adducit.

15. (*p.* 68); *nomen*, rei inditum, à loquelâ prolatum, ut quatuor *Beid*, omnes scientiæ, quæ nomen τῦ *âtma*, ipse *Brahm* sunt.

Hæc si non semper rectè, saltem argutè dicta fatendum est.

Pag. 75, *lin.* 1-5: verbum cum probatione (*argumento*) verificatum ..... fides super dictum directoris, quod conforme (*quæ conformis*) libro divino sit.

In doctrinâ, disciplinâ Indicâ, cuique proprio sensui adhærere non licet, nec cæca directori fides debita. Omne libri divini trutinâ probandum. In memoriam redit illud Apostoli: [1] *rationabile obsequium vestrum.* Verùm dubium, sollicitudinem struit discussio. Cuncta credere aut negare satius ducit homo laboris impatiens.

Ibid. lin. 5, quod (*quæ*) conforme; *lege:* quod conforme (*quæ conformis*).

---

1. τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. *Rom. XII*, 1.

Pag. 75, *lin.* 19, *ad pag.* 76 : solatium et tranquillitas, etc. In seipso solum esse, seipso frui, nihil extrà se cogitare, habere, omnia sese reputare, vera est, in Indico systemate, animi quies, supremus felicitatis gradus.

Hunc statum, de Ente supremo loquens, graphicè exprimit Santolius (*omnium Sanctor. hymn.*) :

Altis secum habitans in penetralibus,
Se rex ipse suo contuitu beat,
Illabensque, suî prodigus, intimis
Sese mentibus inserit.

Pag. 76, *lin.* 18, (*tum*); lege : (*tùm*) : *lin.* 24, âtma ; *lege: âtma.*

Pag. 78, *lin.* 17; τὸ custoditos habere sensus quinque generum à non audiendo....

Sensus omnes comprimere, vi suâ, effectu suo privare satagit Indus philosophus ; sensus omnes excitare, neotericus Europæ philosophus.

« L'homme n'a donc, inquit Abbas Sicard [1], la faculté de « sentir, ou la sensibilité, que parce qu'il a des sens ; et il n'a « des sens que parce qu'il a une ame. Cette sensibilité est plus « ou moins délicate, à raison du plus ou moins d'exercice, ou « plutôt à raison du plus ou moins de délicatesse des organes. « Et comme la sensibilité le rend plus ou moins propre à recevoir « plus ou moins d'impression ; que des impressions naissent « les sensations, de celle-ci, les idées, des idées, les pensées « ou les sentimens; *l'homme a plus ou moins de facultés intel-*

1. *Cours d'instruction d'un sourd-muet de naissance, pour servir à l'éducation des sourds-muets, et qui peut être utile à celle de ceux qui entendent et parlent*; *an* 8 (1800); *ch.* XXIV, *p.* 412, 413.

« *lectuelles et morales à raison du plus ou moins de sen-*
« *sibilité.* »

Contrarium autumat Indus, qui tùm demùm *intellectuali facultate frui*, verè *intelligere* putat, cùm, silentibus sensibus, cessante omni *impressione* externâ, mens sola, suî compos, verum potest *liberè* intueri.

« O sensibilité! exclamat idem auctor, nimium *Garumnæus*,
« c'est à toi donc, à toi qu'il faut rapporter et les biens et les
« maux qui se partagent notre triste vie! c'est toi qui fais le
« bonheur et le malheur de nos jours : c'est toi qui, différente
« dans chaque individu, produis cette diversité si merveilleuse
« dans l'espèce humaine, et qui, bien ou mal dirigée, es sou-
« vent la cause de nos vertus et de nos vices. C'est toi qui nuances
« avec tant de richesse cette flamme de l'ame qu'on nomme
« *amour*, qui n'est que le repos de l'ame *voulante* dans l'objet
« de ses désirs et de ses espérances. »

Indus qui hæc legeret, in sensuum mundum delapsum se videns, tristis ingemisceret.

Ibid. not. 2 : Hoc comma deest, etc.

Manifestum, res externas, quæ posteà memorantur, ut *alimentum*, designare potest; *absconditum*, internas, *intelligentiam* etc. aut, generaliter, quidquid ex entibus, agentibus, facultatibus, actionibus manifestum est, aut absconditum.

N.° XIX.

Pag. 79, *lin.* 5. Nomen *Brampour*, duobus verbis compositum; *Brahm*, *Deus* (*khoda*), et *pour*, *pouram*, samskreticè, *urbs*. Corpus hominis *urbis Dei* nomen habet : et cubiculum parvum, *nenuphari* simile, in hac urbe contentum, τȣ *Brahma* instar, folio *nenupharis* insidentis (*suprà*, *N.° II*, *p.* 8, *not.* 1),

habitat *âkasch* subtilis, *tsched âkasch*, *âtma*, ens verum supremum, corporis accidentium expers, et cœlum, terram, nec non cuncta alia entia, intrà sicut extrà hoc corpus comprehendens.

Pag. 80, *lin.* 6, 7; meritum .... pretii reliquum non manet.

Qui benè agit, operis mercedem accipit, sed nihil ultrà, si τὸν *âtma* in hac vitâ ignoraverit : qui autem, præter opera bona entis unici cognitionem adeptus est, solo voluntatis actu in omnibus mundis, cum mundorum istorum habitatoribus, verâ felicitate fruitur.

Ibid. lin. 18, 19, (gratus, benè); *lege* : (*gratus*, *benè*).

Pag. 84, *lin.* 7-8, *ad pag.* 86; arbor *pilpel* est, quòd ab illâ aqua vitæ stillat .....

Duo hîc observatione digna. 1.° Arbor, undè fluit aqua vitæ [1] in paradiso τȣ̃ *Brahma*. *Infrà*, *N.° CXII.* In τῷ *soun* (lunâ) aqua vitæ esse dicitur.

2.° Per radium solis, in venas cordi hominis terreni et hominis cœlestis adhærentes, ingressum, cum eorum pectore adunatum, solis cum homine, dùm vivit, intima conjunctio. Mortis tempore, anima, per cerebri membranam transgressa, ejusdem radii viâ ad cœlestia, si Deum rectè homo cognovit, cum seipso existentem intellexit, progreditur : quæ Deum ignorat, hoc in inferiori mundo manet, per venas operibus suis congruentes egressa.

Hæc autem omnia, paradisus, urbs, aqua vitæ etc., per allegoriam, figuram dicta, ex his verbis concludi potest : (*p*. 84) « et « hic *behescht* (*paradisus*) cum quolibet (*omni re quæ*) in eo « est, in ipso hoc corpore hominis apparens et subsistens est. »

N. XX.

Pag. 86, *lin.* 19 : *Fereschteha .... Andr .... Proudjen ....*

Ipsi Angeli, boni vel mali, ut Deum, qualis est, cognoscant,

1. Genes. *II*, 9.

externâ indigent institutione, nec famulitii, ad scientiam acquirendam præscripti, immunes sunt.

Hoc servitii genus semper apud veteres Europæ philosophos in usu fuit, sicut et apud Indos. Magistro discipulus operam præbebat : nec alio isti famulo opus erat. Primis sæculis idem mos in ecclesiâ christianâ viguit : episcoporum, præsbyterorum famuli erant clerici. Anachoretæ, eodem titulo discipulos habebant.

Nunc in Oriente, servi ipsi, pecuniâ empti, quasi filii reputantur, non rarò, hæredes instituti.

Minimè philosophica est Europæ de abjectâ, ut credunt, servorum conditione opinio ; nec magis ad societatis tranquillitatem necessaria, cùm Asiatici, quin ipsi Arabes, Tartari, eam ignorent, cum servis famulis optimè, pacificè conviventes.

Pag. 89, *lin.* 3, *ad pag.* 96 *:* hi τὸν *âtma* ut non intellexerunt ....

Atma, anima universalis, qui et *Brahm* et *âkasch,* nec corpus hominis est, aut ejus in aquâ imago; nec imaginatio, in somno vigiliæ, diei operationes exequens ; nec status quo homo dormiens, somnii expers, absolutâ quiete fruitur : verùm, corpori addictus, in illo residens, sub nomine τȣ̃ *djiw âtma* omnes affectiones corpori proprias experitur, sensus omnes, cor ipsum, seu mens ipsa est : tandem cum luce-ente unum factus, originalem formam recipit, corporis, pristinæ mansionis immemor.

Atma ille solâ mente percipi potest, et quamvis sensuum ope, quorum organa movet, externis objectis affici videatur, *omnes voluptates in seipso, à seipso obtinet.*

Entia quæ oculis videntur, *nomen tantùm sunt et figura.* Ens universale solummodò existit, etsi in eo τὸ *nomen et figura* etiam locum habet.

Homo fontem suum agnoscat, *âtma* se fuisse, esse, futurum

esse, certò sciat : sic, solutis omnibus vinculis, plenâ fruens libertate, et felicitate, rursùs corpori non alligabitur. Hæc est τȣ̃ *Oupnek'hat Tschehandouk* doctrina.

Ibid. lin. 26, (existant); *lege : (existant).*

Pag. 96, *lin.* 14, 15; *Kaschap* cum *Radjah Man*, qui *Adam* (*homo*) primus .... dixit.

Tȣ̃ *Kaschap* et τȣ̃ *Radjah Man* genealogia eo modo refertur in *Mahabarat*.

[1] *Primùm* PRATSCHETA *fuerunt : et ex illis* DADJEH PRATSCHAPAT *cum corpore venit* (*ad existentiam venit*, *natus est*); *et mulier* τȣ̃ DADJEH τῆς PRANI *nomen habuit : et ex* DADJEH PRATSCHAPAT, *et ex* PRANI *mille filii producti fuerunt. Et hi omnes cum cultu et obsequio* (*Dei*) *maschghoul* (*meditantes*, *attenti*, *dediti*) *fuerunt*, *et derelictionem mundi fecerunt. E Dadjeh Pratschapat quinquaginta filiæ iterùm cum corpore venerunt. Tredecim filias cum* (τῷ) KASAB *dedit*, *et ex filiis* τȣ̃ KASAB *Radjah* MAN *productus fuit. Et is decem filios et unam filiam habuit; et filia* τῆς ADA *nomen habuit; et ex illa filius* PROURDA (infrà PROUR) *nomine*, *productus fuit.*

Alio loco τȣ̃ *Man* origo sic narratur.

[2] *È* BRAHMA DADJ PRATSCHAPAT *proveniens fuit* (*originem*

---

1. *Awel Pratscheta boudand ve az eischan dadjeh Pratschapat bevodjoud amad ve zan Dadjeh Prani nam dascht ve az Dadjeh Pratschapat ve az Prani hazar farzand paedah schodand ve eischan beaabadat o ttaaat maschghoul schodand o tark dounia kardand az Dadjeh Pratschapat pendjah dokhter bevojoud amadand sisdeh dokhterra be Kasb dad ve az farzandan Kasb Radjah Man paedah schod ve ou deh peser o iek dokhter dascht, o dokhteresch Ada nam dascht ve az ou peseri Prourda nam paedah schod.* MAHABARAT; 1 *Porb. fol.* 46 *recto.* — *Not. pour le N.° II du Supplém. aux Recherch. etc. sur l'Inde, p.* 2. Ad calcem *Descript.* etc. *de l'Inde, T.* 3.

2. *Az Brahma Dadj Pratschapat hassel schod ve ou dokhteri dascht Adat nam keh oura be Kasb dadah boud ve az eischan Souradj iaani Aftab motavellad schod o peser*

duxit). *Et is filiam habuit* ADAT *nomine, qui illam cum* KASAB *dederat* (*dedit*). *Et ex illis* SOURADJ, *id est, sol, natus est. Et filius τȣ̃* SOURADJ *τȣ̃* MAN *nomen habuit; et filia, τῆς* PROURDA *nomen habuit.* BALDÆUS, *lib. cit. p.* 455.

Tempore τȣ̃ *Radjah Man* evenisse perhibent diluvium universale, undè ille *Radjah* anno antè cœlitùs admonitus, navi magnâ vectus, quæ monti *Hamadjel* alligata adhærebat, cum omnium animantium paribus, seminibus et juvencis arboribus quæ secum tulerat, salvus evasit. [1] *N.° XXVIII, p.* 165. Septem *rek'heschir* [2] nominantur, quorum penultimus, *Kaschap*, τȣ̃ *Radjah Man* coœvus hîc memoratur. Sic et antè *Noè* septem numerantur patriarchæ. LUCIAN. *Op. T. II* (1619), *de Syr. Deâ*, *p.* 883.

Kasab, de quo in *Mahabarat* mentio facta est, est *Kaschab* τȣ̃ *Brahma* nepos, à quo nomen sumpsit *Kaschmir* (*Kaschapmir*), priùs, quasi magni lacûs speciem præbens, aquis inundantibus; quibus, juxtà veterum illius regionis regum historiam, et Brahmanum narrationem, iste *Pir* (*Kaschab*), scissis montibus, exitum dedit. (BERNIER; *Voyag. T.* 2, *p.* 268. — TIEFFENTHALER; *Descript. etc. de l'Inde*, *T.* 1. CACHEMIRE, *p.* 79-80.) Inter hujus exundationis epocham et diluvii universalis tempus aliquam rationem supponere posset fides chronologica.

Quidquid sit de istis traditionibus [3] vel, si libuerit, commentis, cùm à *Radjah Man* ad *Radjah Djedeschter*, qui, chronologicè [4] 18 vel 19 sæculis antè æram Christianam in Indiâ imperavit,

---

Souradj Man nam dascht o dokhter Prouda nam dascht. MAHABAR. 1. *Porb. fol.* 56 *verso.* — *Not. citat. p.* 7.

1. MAHABARAT; 3 *Porb. fol.* 157 *recto.*
2. MAHABARAT; 3 *Porb. fol.* 149 *recto.*
3. GENES. *cap. V. VI. IX.*
4. *Recherch. histor. etc. sur l'Ind.* 1.e *Part. Lettr. de M. Anq. du P. p. LI.*

extremis exclusis, triginta generationes vel regna numerentur, quæ, generatione novemdecim vel viginti annorum supposità, circà 600 annos dare possunt, probabiliter, uti jam diximus, ad duo annorum antè æram citatam millia τȣ̃ *Oupnek'hat Tschehandouk* protrahi poterit antiquitas.

Pag. 96, *not.* 2, *bi boud ostendit*; lege : *bi boud*, *ostendit.*

OUPNEK'HAT 2.um BREHDARANG.

N.o XXI.

Pag. 97, *lin.* 5, 6: absque jussu τȣ̃ *schastr* ..... non occidet et non affligat ..... denuò existentiam apparentem non est sumpturus.

Samskreticè *schastram*, liber de scientiis agens; linguâ doctorum versus : *schastra vetta*, scientia, lex, moralis regula. Generaliter, nomine *schaster* lex divina scripta intelligitur.

Nemini vel mortem, vel simpliciter molestiam dare, nisi lege ipsâ, et quidem divinâ, jubente, præceptum τȣ̃ *Sam Beid* est, sanguinariis hujus ævi haud placiturum politicis, quibus justum, patriæ, ut aiunt, sed, reverà proprii commodi lance ponderatur, et, dummodò regimini faveat, legitima videtur atrox barbaries.

Ibid. lin. 8, 9: denuò existentiam apparentem non est sumpturus.

Hîc clarè tanquàm prioris vitæ pœnalis expiatio assignatur Indorum *metempsychosis*.

Pag. 98, *lin.* 7; *hic adhiaï*), lege : *hoc adhiaï*). — *Pag.* 99, *lin.* 2; [*et*], *lege :* [et].

Pag. 99, *lin.* 16, 17: et ossa reliqua ejus ..... quod viginti et octo mansiones lunæ ....

Hîc textum lubet apponere. *Ve ostokhanhae baki ou setarehai*

tsavabat keh bist o hascht (28) *manzel mah ast, keh anra sal kamar migouïand.*

Sic etiam *N.° LXXVI*, *p.* 359, *viginti* (20) *et octo* (8) *mansiones lunæ* memorantur : et, in utroque loco, cum signis 28, vel 20, 8 numeralibus.

Rectè ergò, quidquid in contrarium afferatur [1], viginti octo constellationes primitùs in zodiaco Indico extitisse auguratur astronomus BAILLI [2], testimonio fultus P. DUCROZ [3], ad oram *Malabaricam* missionarii Jesuitæ.

Aliæ orbis et temporis divisiones in hujus equi descriptione mysticâ nominatæ, attentum et eruditum lectorem haud inutiliter detinebunt.

Pag. 100, *lin.* 7, *usbek;* lege : *Usbek* : *lin.* 8 ; faciens, τὲς; *lege* : faciens τὲς : *lin.* 10, *ascho* ; lege : *Ascho.*

Ibid. lin. 17 : Et petitum ex hoc *korban* etc. .... Ampliori *Ascho Brahmen* explicatione non indiget.

Mundus totus sub figurâ equi, in sacrificio mactati, è primo Ente egressus, in illo existens; homo ipse ille equus, cum eo sacrificatus, in eodem primo Ente absorptus, in nihilum redactus : hic sensus sacrificii equi, totus mysticus, non, uti corporis oculis apparet; altus sanè conceptus, ad quem difficilè pervenient terræ glebularum, festucarum curiosi expiscatores.

---

1. DANIS. *Missionar. .... Bericht. T.* 2, 24; *Continuat.* (1729), *p.* 1028 - 1030.

2. *Traité de l'astronom. indienne et orientale* (1787), *p.* 221. Opus doctum et sat arduum, cujus auctorem, ad scrutanda et exponenda scientiarum intima summè idoneum, verùm litterariæ simul et politicæ laudis avidiorem, revolutionis torrens, omnia feroci impetu secum trahens, sub immani Gallicorum sicariorum imperio, uti et illustrem DE MALESHERBES, priscâ probitate virum, ad patibulum præcipitem egit.

3. SOUCIET, *S. J. Observations ..... astronomiques ..... faites aux Indes, à la Chine*; *T.* 1 (1729), *p.* 243, 244.

N.° XXII.

Pag. 101, *lin.* 3 : *Haranguerbehah* ullam qualitatem non habebat nisi famem.

Hæc fames erit rerum productarum, ad interitum, ex se, inclinatio.

Ibid. lin. 7 : Posteà ille *Haranguerbehah* etc. . . . . .

Suprà (*N.° VIII, p* 27), creatio simpliciter ex parte primi Entis considerata; hîc, ex parte agentium secundi ordinis : et labor qui illam comitari videtur, simul et operantis grata de se, cum sensu voluptatis, quasi sibi ipsi litaret, opinio, nihil aliud esse videtur, quàm τȢ *et vidit Deus quod esset bonum* (GENESIS [1]), more Indico glossema. Nihilominùs series productionis rerum, unâ ex aliâ exeunte, aliquid novum oculo physico offerre potest.

Pag. 102, *lin.* 5, 6 : ignis, et sol, et ventus.

Hîc intelliguntur primaria istius generis agentia, sicut *N.° XVI, p.* 52, 53, quibus addi debet aqua primaria.

Pag. 103, *lin.* 19 : ex illo sole, parvo anno, id est, qui noviter simul provenerat, ...

PLUTARCH. *Op. T.* 2, *de Plac. Philos. lib.* 2, *cap.* 20, *p.* 890.

Duplex sol memoratur, sicut in GENESI, *lux* et *sol* [2] : primus (*p.* 102), secunda τȢ *Haranguerbehah* divisio; secundus, è posteriore ejusdem *Haranguerbehah* corpore mediatè productus, cujus motu annus, anteà non existens, cognoscitur. Proindè annus *solaris* est primus Indorum annus, juxtà *Djedjr Beid.*

Pag. 104, *lin.* 3 : illum *Rak* nominant . . . . *Siam* dicunt.

Tria hîc observanda. 1.° Metrorum, versuum, mensurarum, ligati sermonis antiquitas. 2.° Trium solummodò *Beid* mentionem fieri. 3.° Omne, quod *Rak, Djedr, Sam* nomen habet, non idcircò *Beid*

1. *Va iare Elohim ki ttob.* GENES. *I*, 18.

2. *Id. vers.* 3, 16, 18.

esse; cùm scripta, ex iisdem mensuris constantia, per analogiam, *Rak, Djedr, Sam* etiam dicantur.

Pag. 105, *lin.* 18, *ad pag.* 106, *lin.* 10, 16 : *Haranguerbehah* equus fuit .... ille equus forma solis est .... *mout* .... quod *Haranguerbehah* est.

Τȣ̃ *aschomideh djak* (*suprà, p.* 98, 100) mysterium revelatur. Equus illius sacrificii victima, *Haranguerbehah,* seu collectio elementorum non compositorum est, simul et forma solis, et mors omnia destruens, id est, rerum cursus, à principio ad finem, sibi invicem, morte continuâ, succedentium.

N.° XXIII.

Pag. 106, *lin.* 26 : Sensus externi et interni .... etc.

Proindè τῶν *fereschtehha,* et τῶν *djenian* bella, conventus, congressus, nihil aliud sunt, quàm sensuum, intelligentiâ, libro divino directâ, subactorum, cum sensibus, incuriâ, voluptatibus, libidini carnali, contrà libri divini præcepta, deditis, conflictus.

Porrò, concupiscentiæ cultores plurimi; veri Dei, pauci : et, quemadmodùm inter mundi materialis partes, mortis opere, perpetuus est destructionis et reparationis circulus; sic, in mundo spirituali, indefessa durat boni et mali luctatio.

Pag. 108, *lin.* 13 : si unus sensus....

Sensuum communio adverti potest. Unus sensus Deo soli addictus, alios sensus suæ perfectionis reddit participes.

Pag. 109, *lin.* 4, *ad pag.* 112 : socium .... pravitatis suæ effecerunt.

Latè, ut videre est, et antiquitùs propagata, de sensuum et ipsius cordis depravatione, quatenùs Dei jusso adversantur, vel

Deum finem non habent, et ad se operum mercedem, meritum referunt, opinio.

Pag. 110, *lin.* 28, 29 : Videre .... aliquid est, quod propter Deum non sit.

Hîc consonat verbum Apostoli : [1] *sivè ergò manducatis, sivè bibitis, sivè aliud quid facitis ..... omnia in gloriam Dei facite.*

[2] *Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.*

Pag. 113, *lin.* 24, 25, *ad pag.* 114 : eum (*pran*) principium omnis rei (*esse*) invenerunt. ....

Pran, de quo hîc agitur, Entis supremi *flatus* est, omnia moventis, omnia purificantis, mortem, seu peccatum procul pellentis, et sibi fideles ad omne desideratum perducentis. Hinc illorum consortii, quorum in corde peccatum habitat, fuga præcipitur. Et sic, apud Indos, moralis doctrina, quæ quidem certa in se et probata est, theoriâ tamen de Dei attributis et operationibus certiùs adhuc innititur.

Relligio, hominum his in terris solum vinculum est, ut sola quæ potenter, assiduè et cum fructu mentes percellere possit. Quisque rationi, conscientiæ suæ confidit, nec alieni hominis, quoad moralem scientiam, opus habere putat. Sermonibus, colloquiis aurem præbebit; et seipso contentus, juxtà propriam et sæpè planè contrariam aget opinionem. In hac materiâ imprimis locum habet illud : *tot capita*, *tot sensus.*

---

1. εἴτε οὖν εσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τὶ ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν θεοῦ ποιεῖτε. 1 Cor. X, 31.

2. καὶ πᾶν ὅ, τὶ ἂν ποιῆτε, ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργω, πάντα ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ, εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ καὶ πατρὶ δὶ αὐτοῦ. Col. *III*, 17.

Prætereà, homini affectionum procellis violenter agitato, vel malis, pauperie quasi demerso, quid prodest longas et elegantes de bono, de societatis commodo audire orationes, quandò ipse, cupiditatibus abreptus, illarum vocem tantùm auscultat, aut nullo tam decantatæ societatis fruitur præsidio?

Ad has miserias adacto, fræno vel consolatione opus est aliundè petitis. Utrumque præbet relligio, terrenæ felicitati vel infelicitati longè superior, bonis et malis alteram vitam cum operum mercede vel pœnâ annuntians; quæque, ut plebs rudis, sapientis examinis incapax, dicto obediat, moralia præcepta, quemadmodùm theologica, legalia, cæremonialia, supremâ suâ sancire debet auctoritate.

Pag. 113, *ultim. lin.* ras; lege: *ras.*

Pag. 115, *lin.* 1: Loquela .... ignis evasit.

Nova sensuum, elementorum et astrorum *correlationis* causa: priores in posteriora conversi.

Pag. 116, *lin.* 11, 12, *ad pag.* 118-120: quicumque alimentum cum *pran* .... facit pervenire, hos omnes *mokelan* sensus .... saturatos facit.

Halitus in omnibus vitæ principium; motûs omnis fons et origo, et hac ratione librorum *Beid* seu verbi divini auctor: undè modus libros *Beid* pronunciandi eruitur.

Pag. 118, *not.* 2, *lin.* 1: Quemadmodùm *Betl* dentibus commolito .....

Betl, cujus virtuti τȣ *pran* efficacia comparatur, proprietates sic in *Heetopades* docti WILKINS describuntur (*p.* 220): « *Betl* is « pungent, bitter, spicy and sweet; it is alkaline and astringent; « it expelleth wind, destroyeth phlegm, killeth worms, and sub- « dueth bad smells; it beautifieth the mouth, removeth impuri- « ties, and kindleth the fire of love. *Betl*, my friend, possesseth

« these thirteen qualities, hardly to be found, even in the region « of heaven. »

Vide et BONTIUM, de medicinâ Indorum (1645), *p.* 6, *de Betele.*

Pag. 120, *lin.* 8. Illud quod in *mantr* primo memoratum est....

Verbum divinum legere Indi officii ducunt; simul et præpararorias debent formulas pronunciare, quæ, separatione à peccato, unicitatis confessione, ignorantiæ propulsione, mentem ad entis supremi afflatum recipiendum reddant idoneam.

Ad orbis primordia referri debet summi omnium creatoris et moderatoris cognitio, si tanta à primis sæculis præscribitur ejus verbi reverentia.

N.° XXVI.

Pag. 121, *lin.* 11, 12-16. Hæ omnes figuræ diversæ .... in *Haranguerbehah*, (*qui*) à seipso aliud (*ens*) non vidit ....

Τὸν *Haranguerbehah* materiam primam vocassent prisci philosophi; sed materiam quoquomodo, si dici potest, intelligentem, cùm seipsam cognoscat, et omnia, materiale et spirituale, ex se educat. Rem, ad primam entium originem pertinentem, penitùs introspicere, homini, materiâ visibili circumfuso, in eâ ore tenùs immerso, non est datum. Τȣ̃ *Haranguerbehah*, agentis secundi ordinis, operationes simpliciter consideremus.

Pag. 122, *lin.* 4: ipsa illa persona *Haranguerbehah* fit (*facta est*).

Istius loci sensus hic esse videtur. *Haranguerbehah* primum Ens (*pag.* 126, vocatur *Adam*, *homo*) fuit, meditatione, verâ suî ipsius cognitione et agnitione (*p.* 101), ad illud agentis (τȣ̃ *Haranguerbehah esse*) gradum evectum: et quicumque in

hujusmodi *maschghouli* constans manet, eumdem statum, eamdem prærogativam adipiscitur; se majora potest producere, quemadmodùm fecit *Haranguerbehah* (*p.* 126).

Ibid. lin. 16 : timor in illo *Haranguerbehah* ....

Rursùs de rerum productione agitur. Hominis creatio : ejus causa, primò timor entis, cùm sibi ipsi litasset, *Haranguerbehah* effecti; deindè, timore pulso, suî ipsius, quatenùs solùm existentis, in hac solitudine, displicentia.

His verborum involucris tegitur naturalis entium sive materialium, sive spiritualium, sollicitudo, motus, sese exerendi, explicandi per formas vel alias quascunque productiones, quasi desiderium.

Pag. 123, *lin.* 9, 10-12 : seipsum cum muliere uno loco (*unitum*) invenit .... *porsch* duas medietates cùm effecisset, pedem corpus fecerat.

Hæc ultima verba possunt etiam verti : *occasionem* (*pedem*) corpori fecerat, illud plasmaverat.

Haud absimilis veterum quorumdam Rabbinorum de feminæ productione opinio. *R. Semuel bar Nahman*, inquit MANASSEH BEN ISRAEL [1], *mulierem conjunctim cum Adamo creatam, et quasi pice agglutinatam scapulis ejus existimabat, ità ut à fronte Adamus, à tergo, Eva esset.*

Ibid. lin. 21 : nomen τȣ *porsch*, *Man*, et nomen feminæ, *Satroupa*; id est *Adam* et *Heva*.

Hìc et aliis locis, ut observari potuit et poterit, explicationes è libris Judaicis vel Mohammedicis desumptas, textui Indico addit interpres Persicus : quod semel indicasse sufficiat.

---

1. MANASSEH, BEN ISRAEL *Conciliator.* (interpret. *Dyonis. Gerard. J. Vossii filii*; 1633); *Quæst. VIII*, *in verb. Genes. I*, 27, *Marem et feminam creavit eos*; hebraicè: *zakar o nekba bara otam*, *p.* 14. *Version.* Lusitanic. 1 *Part.* (*T.* 1, 1632), *p.* 22.

Apud Henry Lord [1], primâ mundi ætate, primus homo vocatur *Pourous*, et ejus mulier, *Parcoutee*.

Banianorum urbis *Suratæ* de primi hominis, 2.ª mundi ætate, creatione opinio, ab eodem *Henry Lord* relata, cum τῷ *Oupnek'hat* satis aptè congruit.

[2] « *Bremaw* (*Brahma, Haranguerbehah, suprà*, N.° XXII, *p.* 101), « inquit viator Anglus, se mit à méditer en soi-même de quelle « manière il pourroit s'acquitter dignement de la charge qui lui « avoit été commise (par l'Être suprême). Comme il étoit forte- « ment appliqué à y penser, il sentit une incommodité univer- « selle par tout son corps, accompagnée de grandes douleurs par « tous ses membres, qui le menaçoient de quelque fâcheux « accident; ce qui se changea tout d'un coup en des tranchées « pareilles à celles que souffrent les femmes qui sont en travail. « Son corps s'enfla d'une manière extraordinaire, et proportionnée « à la soudaine maturité du fardeau qui y étoit enfermé; ses « entrailles s'étendirent visiblement, quoiqu'il fût d'une taille plus « grande que celle des autres hommes; et cet effort fut si violent « qu'il le mit presqu'à l'agonie, et ne le quitta point qu'il ne s'en « fût déchargé, et que son corps ne se fût ouvert, en deux endroits, « l'un au côté droit, et l'autre au côté gauche, d'où il sortit aussitôt « deux gémeaux (jumeaux), l'un mâle et l'autre femelle, c'est-à- « dire, un homme et une femme, qui vinrent au monde dans « une parfaite grandeur, lesquels *Bremaw* instruisit ensuite des « choses qui regardent la divinité. Il appela l'homme *Manow*, et « la femme *Ceteroupa*; lesquels, après avoir adoré Dieu, le créateur, « remercié *Bremaw* qui les avoit mis au monde, et reçu sa bénédic- « tion, pour pouvoir multiplier, furent envoyés vers l'Orient, etc... »

1. Henry Lord; *Hist. de la religion des Banians*; *tr. de l'angl. p.* 5, *etc.*
2. *Id. p.* 52, 54.

Ibid. lin. 21 : fæminæ; *lege* : feminæ ; et sic ubique.

Pag. 124, *lin.* 4 : In hac cogitatione .... afflicta fuit.

Ad prima mundi tempora referenda est pudica copulationum naturæ repugnantium fuga.

Pag. 125, *lin.* 9, 10, 21 : *Haranguerbehah,* qui qualitatem τῦ *Pradjapat* simul pervenire facit .... ignis ....

Hîc et deinceps, elementis simul mixtis, compositis, entibus tertii ordinis productis, formatis, *Pradjapat* loco τῦ *Haranguerbehah* apparet. Forsitan *suprà* (N.° XXII, *p.* 102), eàdem de causâ, *Pradjapat* τῦ *Haranguerbehah* personam accipit; quamvis *Haranguerbehah* formam creationis se esse, id est, se omnia produxisse, nôrit. Sic, pro operum ratione, progressu, hæc duo agentia permutantur, unum alterius vicem supplet. *Suprà* (*p.* 102), ex *Haranguerbehah* ignis oritur; hîc ope τῦ *Pradjapat,* foràs prodit. Idem de aliis productionibus, *fereschtah* etc.

Ibid. not. 1, adhibita; *adde*: peculiariter animal quod mactatur. Vide N.° XL, *p.* 208.

Pag. 126, *lin.* 3, 4 : *kia soum* .... aqua vitæ : .... existens factum cum alimento ....

Jam observatum est quomodò alimento, aquâ et igne, corpora conserventur. Vide, ad pag. 56, etc. *annotat. p.* 470.

Kia Soum, cujus *suprà* (*p.* 118, *annotat. p.* 487), sub τῦ *Betl* figurâ τὸν *pran* repræsentantis, mentio facta est, est aqua vitæ, aqua secundaria, forma lunæ [1], et è semine τῦ *Pradjapat* producta; alimentum generale, quod ignis, forma solis, comedit. Isto modo, aquâ et igne, lunâ et sole, omnia constant et foventur.

Ibid. lin. penultim; pag. 127-131 : Posteà ille *pran* (lege: *pram*) *âtma* in corpora cujusque (*rei*) .... cùm venisset .....

---

1. È SOUM, *id est aquâ cum (in) lunâ* BRAMHA τὸν *Brahman creavit.* MAHABAR. 12 *Porb. Part.* 2, *fol.* 566 *verso.*

In *Genesi : formatis igitur, dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, et universis volatilibus cœli, adducit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea :* [2] *omne enim quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum est nomen ejus : appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia, et universa volatilia cœli, et omnes bestias terræ.*

In *Oupnek'hat* hæc operatio, quæ verè est generum, specierum, qualitatum, rem quamque constituentium, nomine, designatione propriâ distinctio, τῷ *Haranguerbehah* tribuitur; qui quidem *pram âtma* est, anima universalis, à summo ad imum per omnia diffusa, et, pro naturâ cujuslibet entis, motum dans et actionem.

Verùm istis speciatim qualitatibus attentum præbere animum, quasi aliquid reipsà essent, intelligentiâ carere est. *Atma* unus existit. Qui illum invenit, cognoscit, omnibus potitur. Solus ille amore dignus; et in ejus delectu *petitor forma petiti efficitur.* Qui se omnium principium, solem, *Haranguerbehah, Brâhm* esse certè scit, et apertè profitetur, omne, *forma omnis (rei) fit.* Rerum seorsim existentium, quin τῶν *fereschtah* cultor, iis addictus, verus Dei cognitor nequit effici.

Pag. 131, *lin.* 11 : In principio præter *Brahman,* qui cum figurâ ignis apparens venit ....

Ille *Brahman* erit ignis secundarius, à *Pradjapat* (*suprà*, N.° XXIV, *p.* 125) productus; id est, potentia activa quæ diversos, sub se, in cœlo et in terrâ, entium præfectos producit. Sic successivè pandit sese Indica potentiarum *intermediarum* series.

Oleum et operam perdis, inquient novi *Paracelsi, Fludi, van Helmontii,* Chymicorum et Alchymicorum grex altè sapiens.

---

2. Hebraicè. *Ve kol ascher ikra lo ha Adam nephesch khaiah hou schemo : va ikra ha Adam schemot le kol habehemah ou le kol oof haschschamaim ou le kol khaiat haschschadeh.* GENES. II, 19.

Hæc emblemata, quæ tanto molimine explicare satagis, nihil aliud quàm pura puta MAGNI OPERIS mysteria, et si rectè intelligantur, eorum clavim præ se ferunt.

Benè sit! non desunt in Indiâ naturæ secretorum indagatores, qui hunc in scopum divinorum librorum studio incumbunt.

At verò, *adeptorum* veniâ, theologicum, si velint, mythologicum Indorum systema mihi liceat, quoad potis est, enucleare, hoc modo, si non certiorem, saltem ad elucidanda antiquitatis monumenta aptiorem viam sequenti.

Ibid. lin. 22 : *Maha diw* .....

Maha diw hìc distinguitur à τῷ *Roudr*, qui generaliter destructionis primarium agens perhibetur. Vide *suprà* N.° *VI*, *p.* 24.

Pag. 132, *lin.* 3 : Etsi *Brahman* .....

Quamvis *Brahman* sit primus origine, ordine, maxima tamen ab eo Regi, id est rem publicam administranti, regenti, qui etiam in sacrificio regio *Brahm* dicitur, debetur observantia; et vicissim, propter relligionis auxilia, τȢ *Brahman* opus habet administrator: sic stringitur societatis vinculum.

Ibid. lin. 27 : *octo Beschn* etc.

N.° XL, *p.* 207, 208; 8 *Beschn*, 11 *Roudr* et 12 *Adat* exponuntur; N.° *LXXVI*, *p.* 361, *Veschodiw*: 49 *Mrat* erunt 49 mortes, seu mutationis causæ aut occasiones. *Infrà T. II*, N.° *CLXII*. In Dictionario *Samskretico suprà* (*p.* 428, *not.* 4) laudato, *Roudr*, destructionis *Diw*, 48 nomina habet.

Pag. 133, *lin.* 14. *Scharee* (*lex* ....), quod rex regum et custos custodum est.

Antequàm quatuor classes terrestres totidem cœlestibus respondentes appareant, *lex*, *justitia*, *relligio*, *scharee*, idem quod *ssadeh*, id est, *purum*, *sincerum*, quod omnium, præsertim regum norma, debilium columen et præsidium esse debet, pro-

ducitur. Nullus ergò regimini, cujuscunque naturæ sit, arbitrario locus relinquitur; nullus subreptitio, ad nutum mutabili, violento.

Pag. 134. *lin.* 1, *pag.* 135, 136 : Posteà ille *Brahmani* ....

È quatuor τῶν *fereschtah* præfectis, quatuor hominum classes educuntur.[1] Prima ad relligionem pertinens; secunda militaris; 3.ª mercatorum; 4.ª operariorum : omnes ad *Brahman*, ignem, qui ipse *Brahm* est, ut in cœlo, sic in terrâ, referuntur. Illum *Brahm*, illum *âtma*, qui mundus est, apprimè cognoscere, unica ad felicitatem perfectam, scilicet nunquàm terminandam, via. Absque hac scientiâ, omnia opera, sivè mores spectent, sivè relligionem, licet in se bona, ad transitoriam tantùm beatitatem possunt perducere.

Pag. 137, *lin.* 1-4 : *maha djak* ... legere *manthrai* τȣ *Beid* est.

In sacrificio, divinitatis agentium simul et hominum ratio habetur, libri sacri leguntur, et pauperes aluntur. Sic cœlum cum terrâ, religionis actibus verè conjungitur. Osee *VI*, 4.

N.° XXV.

Pag. 140, *lin.* 3 : Quicumque hoc alimentum commune .....

Quod omnibus animantibus destinatur, sibi proprium affectare, maximum crimen, aliorum criminum fons et origo. Cuique suum à naturâ, victûs causâ datum est, sed non ultrà. Privatum, regem, regionem spoliare, idem facinus; quamvis bello capta, injusto, barbaro præjudicio, communiter legitimè parta videantur.

Ista breviter observasse, hîc sufficiat : plura deinceps, hac de materiâ, si occasio fuerit.

Ibid. lin. 14, τȣς; lege : τȣ̃ς.

Pag. 142, *lin.* 3 : *Pradjapat* tria elementa ....

Pradjapat, quemadmodùm *suprà* dictum est, est potentia naturæ activa; sicut et *Haranguerbehah*. Elementa quæ sibi reser-

---

1. Abr. Roger; *des Mœurs des Bram. p.* 3-12. — Henry Lord; *Rel. des Ban.* p.6-8.

vat, sunt id, per quod in motu est, operatur; quo veluti vivit, sustentatur, et vitam inspirat; scilicet, cor, loquela et respiratio, seu aeris actio et reactio. Quo significatur, omnia in naturâ, per cor seu intelligentiam; per loquelam, mentis cogitationes, cordis affectiones, voluntates manifestantem; per halitum, decem hominis *pran*, aeris motum, existere.

Quomodò his tribus alimentis corporis sensus, potentiæ innitantur; quomodò trium mundorum forma sint; scilicet, mundi præsentis, terreni, in statu vigiliæ; ejusdem mundi terreni in statu somni; et mundi futuri, cœlestis, post mortem (*N.° XLII, p.* 227; *XLIII, p.* 241, *etc.*); quomodò forma trium librorum *Beid*, τῶν *fereschtehha*, animarum patrum, et hominis; quomodò pater, mater, filius: hæc fusè deinceps et sat curiosè, quamvis fortè non admodùm propriè, saltem subobscurè declarantur.

Ib. lin. 13, 14: cor audit et videt... intelligentia actio cordis est...

Duo hîc advertenda: cor sedes intelligentiæ (*suprà, p.* 472), non caput; et idem sensuum et mentis operationes exequens: undè sequitur sensus organa physica tantùm esse, omnemque eorum vim ad mentem pertinere.

Ibid. lin. 19, cùm; *lege*: cum.

Pag. 143, *lin.* 26, 27: Ut τοῖς *fereschtah* quidquid è linguâ super it .... fit (*proprium*).

N.° XXIV, p. 138; bona quæ *fereschtehha* homini conferunt, *auditu illa audit*, percipit: visus hominum est hac in terrâ; auditus, proindè loquela, angelorum in *fezza*, atmospherâ, quæ est soni vehiculum.

Pag. 144, *lin.* 6; cor, quod .... (*conceptio*) ....

Cor concipiens, fingens, efformans ideas, *pater* est; loquela, verbo, corpus eis dans, *mater; pran*, spiritus, loquela cum verbò, exiens, prodiens, *natus*.

Pag. 144, *lin.* 21, 22; *pran*, cum figurâ potentiæ factum; *lege* : *pran*, cum figurâ potentiæ factus.

Quamvis quid sit *pran* omnimodè non cognoscatur, tamen, ut potentia, sive *djiw âtma*, *Brahm*, hoc ipsum scientem, trahendo et emittendo spiritum alit.

Ibid. lin. 23 : corpus hujus loquelæ terra est : et figura ....

Rursùs elementorum, astrorum, spatiorum, τῶν *fereschtehha*, cum corde, loquelâ et *pran* correlatio, commixtio exprimitur.

Corpus, quasi subjectum materiale et passivum loquelæ, cordis et *pran* esse videtur : *figura*, quasi spirituale et activum, quo informantur, determinatam, positivam habet existentiam. In trium horum sensuum, agentium operationibus, eadem, æqualis utriusque, subjecti et formæ, etiam agentis, quantitas; proindè iidem influxus.

Pag. 145, *lin.* 8 : *pran Andr* est.

Observa τὸν *Andr*, τῶν *fereschtah* regem, hîc allegoricè pro *pran*, halitu, sumi. Undè forsan concludere licet omnia illa agentia ultimò ad hominis, mundi elementa, sicut ad Entis suprêmi attributa reduci.

Ibid. lin. 14, 15 : *pran*, cum lunâ et aquâ æqualis est.

Aquam in lunâ et ejus formam esse, memoriâ tenendum est. Vide *infrà*, *T. II*, N.° CXII.

Ibid. lin. 16, 17 : cor, et loquela, et *pran* .... æqualia sunt.

Suprà, p. 495. Hæc tria, cor, *patrem*; loquelam, verbum, *matrem*; *pran*, spiritum, *natum*, inter se æqualia, non terminata, æterna esse meditari, perpetui et sine termino mundi asserit possessionem. Vide *suprà*, *Monitum*, *p.* XVII.

Ibid. lin. 24, 25: Ille *Pradjapat* .... figura anni integri est ...

Hùc usquè *Pradjapat*, ut potentia activa, mundum et ejus agentia producens, datus est. Nunc temporis mensura, annus lunaris perhibetur. Et homo ipse, hujus rei gnarus, annus forma

ejus est; homo opibus suis crescens, plenus, deficiens, quæ circulus sunt, et ejus *djiw âtma* centrum. Vide *suprà, N.° XXV, p.* 140.

Pag. 147, *lin.* 24 : In tempore quo aliquis ....

Cujus rei causâ homo natos gignat; quarè pater illos rectè instituat, liberaliter educet, iis opus habeat; quomodò filius patris sui, post ejus mortem, vicem gerat, illius opera compleat, perficiat, ei *Brahm*, sacrificium, mundus, tres mundi sit, hîc clarè exponitur.

Pag. 149, *lin.* 9, 10 : *Deïoutaïani*, qui è terrâ et igne in loquelam hujus filii ut intravit .... *molki* ....

Angelica (*molki*) loquelæ, cordis, et *pran*, patris, elementa; scilicet, terra, et ignis; *fezza*, et sol; aqua, et luna, in filium intrant, in illo, iisdem quasi organis, agentibus, inhabitant, per ea operantur : et sic in filio pater adhuc vivit.

Pag. 150, *lin.* 1 : malum .... in *Pradjapat* opus non facit.

Cùm *Pradjapat* sit ipsa potentia activa, nullo malo, nullo defectu affici potest, quamvis elementa, è quibus constat, in se, sub eâ, iis sint subjecta.

Ibid. lin. 3-5 : malum .... sors existentiæ .... puritas ... donum.

Hoc est quod dicunt philosophi : malum, defectus, *non ens*, ab entis imperfecti naturâ provenit; bonum, *ens*, à Deo creatore, summè perfecto, cujuslibet entis gradûs fonte, solo auctore.

Pag. 151, *lin.* 8 : omnes sensus *pran* dicunt.

Omnes sensus, *pran* ideò dicuntur, quòd operationes suas quandiù *pran*, respiratio, in corpore est, et illius ope, exequi tantùm possunt.

Ens, ejus forma, ejus adjutor, quod in eo habitat, ei vitam impertit, motum dat; denique simile, dissimile, ens et non ens; omnia, in systemate Indico, sunt unum et idem. Quæ in aliis

systematibus, per figuram, allegoriam dicta perhibentur; hìc sæpiùs propriè, ut verba sonant, sumuntur : et ea est mentis humanæ conditio, ut, re attentè perpensâ, semotis ideis, notionibus quæ ex institutione ortum ducunt, quâ parte stet veritas, vix queat probari, affirmari.

Pag. 151. *lin.* 25-30. *Mokel* visûs, sol est ... ventus est, quòd consummatum fieri ....

Quinque *fereschtah* externi, sidera, elementa, quinque sensibus, *fereschtah* internis, respondent, eorum actionem producunt, motum fovent. Primus eorum et præcipuus, ventus, præpositus τῷ *pran*, halitui, nunquàm deficiens. Aer ergò omnium principium est, et in eum (*p.* 152) omnia resolvuntur.

Pag. 152, *lin.* 11-20 : ut *pran* et *apan* uno loco .... (*mors*) attingit .... dominum *schoghl* (*hujus*) .... cum hoc *maschghouli* super mundum victoriam obtineat.

Id est, qui hac de re meditaturus est, dominio mortis primò subjicitur : verùm, per *maschghouli* præscriptum, cum *pran* unum factus, victoriam super mundum obtinet.

N.° *V*, *p.* 19; *N.*° *LXII*, *p.* 302, *pran*, halitus, nominatur, nec non *apan*, ventus, qui secretionem alimenti per urinam et excrementa facit, et purissimum per membra distribuit. Locus quo illi venti conjunguntur in umbilici nodò (*N*°. *V*, 19), *bian* dicitur, qui et *loquela*.

Sensus erit : *pran* et *apan* ventis, simul junctis, alimentorum recta fit maceratio et dispensatio; et loquela, hominem valere denotans, exit : hoc est vitæ, sanitatis indicium.

Ibid. lin. 12, 13 : *mouti* (*mors*) quòd cum loco (*vice*) peccati est.

Hæc mortis et peccati synonimia observatione digna. Quandiù corpus respirat, vivit, mors illud non attingit : quandiù anima

in Ens supremum quasi respirat, vivit, peccatum illam non attingit. Sed mysticitati modus esto.

Rerum et verborum obscuritate, mentis captu difficile est hoc *adiaï*. Textum *samskretico-persicum* ad verbum strictè reddidi. Hinc et indè obtuli qualescunque observationes : si lectoris eruditi desiderium eæ non explent, viam tamen ad mystica philosophiæ Indicæ secreta attingenda, non dicam sternere, sed indicare poterunt.

Si mare transit hæc debilis lucubratio, *Brahmanum* simul et Europeorum pertractata manibus, quæstiones, responsa, disceptationes, elucidationes pariet : et sic tandem patefiet systema, cujus rami ad oras Indiæ et insulas extenti, per totâm Asiam, totum ferè orbem diffusi, tam multis et opinionibus et relligionibus originem dederunt.

Sapiens omnia pandit, veritatis, ubicunquè sit, triumphum fidenter expectans.

N.° XXVI.

Ibid. lin. 23, 24, *pag.* 153 : Mundus .... comprehensus, in .... nomine et figurâ et opere.

Novum metaphysicæ Indicæ specimen. Mundus nihil aliud est quàm nomen, figura (forma corporis τȣ̃ *Pradjapat*), loquelâ, visu, corpore producta. Ex his tribus, nomine, figurâ, opere, corpus provenit : in corpore, licet uno, tria ista apparent ; et, sub crassi corporis velo, delitescit *pran*, qui et *âtma* τȣ *âtma*, anima animarum.

Pag. 154, *lin.* 4, 6, 7 : *asthoul scherir .... lang âtmaï* [id est, *âtmaï* τȣ̃ *âtma*] (*est*) quod in corpore subtili est ....

Similiter *lang scherir* erit corpus corporis, radix corporis, corporum præstantissimum, subtilissimum, τῷ *asthoul scherir*, corpori crasso oppositum. Vide *suprà*, N.° XXXV, *p.* 191, *et infrà*, *not. ad* 518.

N.° XXVII.

Pag. 154, *lin.* 21 : doctus in loco (*vice*) animæ mundi est.

Docti et verè scientis excellentia. Anima (vita) mundi est, cujus individua sunt ipsius membra. È contrariò, indoctus, doctum simulans, mundi mors erit.

Hoc si animo fixum haberent, qui aliorum institutioni se dedunt, divinum quasi ministerium, vanis, periculosis, et sæpè veneficis studiis polluere, magis reformidarent. Seipsos lue inficiunt, et aliis labem inserunt.

Pap. 155, *lin.* 21, 23 : *porsch* solis .... non *Brahm* (*eum esse*) sciens.

N.° *XXXI*, *p.* 181, *porsch* est agens in aliquo sedens, operans. Hîc, nec *porsch* qui in sole est, nec qui in lunâ vel fulgure, vel *bhout âkasch* (quod comprehendit omnia); nec qui in vento, igne, aquâ, atmospherâ, speculo; vel qui è naso, cùm spiritus emittitur, egreditur; vel qui forma umbræ; vel qui in corpore, scilicet, *djiw âtma;* nec *pran* ipse : hi omnes *porsch*, de quibus attentè meditari, omnium bonorum fons est, separatim sumpti, non sunt *âtma;* sed omnes simul, sunt; quatenùs *âtma*, Ens unicum, omnia est.

Pag. 156, *lin.* 4, 5 : *porsch* lunæ .... regem vegetabilium...

Antiqua opinio, quæ vegetabilia sub dominio lunæ, in quâ est aqua vitæ, supponit. Vide *N.*° *LXXI*, *p.* 332.

Ibid. lin. 8, 9 : *kia soum* multùm contritum fiet.

In domo divitis Indi, magna τȣ *betl*, in proprium usum et in munera, fit consumptio.

Ibid. ad marginem, *pag.* 119, lege : *p.* 118, *not.* 1, 2.

Pag. 157, *lin.* 6-8 : venti, *Andr* .... quòd, ullo loco, super exercitum ejus aliquis victoriam non obtinuit ....

N.° xxv, p. 143, 145 *:* Venti mentio facta est, seu aeris omnium principii et finis, nullo alio victi, qui quidem est *mokel τȣ pran*, vitæ animalis causæ primariæ et indefessæ.

Pag. 158, *lin.* 3, 4; ullus agens oppositus; *lege :* ullum agens oppositum.

Ibid. lin. 6, 10 *: djehat* .... in duabus auribus ....

Aer athmospheræ, *djehat,* causa, vehiculum soni, qui auribus percipitur.

Ibid. lin. penultim : pran ... vitam naturalem ... obtineat...

Respiratio, halitus è naso emissus, vitæ principium.

Pag. 159, *lin.* 5, eum eo; *lege :* cum eo.

Ibid. lin. 7, 8 *:* hunc *porsch* umbræ, *mout* (*mortem esse*) ut scivi..

Umbra mors est, quatenùs vacua et inanis substantiæ repræsentatio, simul et nullitas, absentia luminis.

Ibid. lin. 15 - 17 *:* dominum electionis (*ssaheb ekhtiar*) .... *djiw âtma* ....

Djiw âtma, in homine voluntatis, arbitrii, electionis, proindè libertatis principium; quod tamen gratiæ ad bonum necessariæ et efficaci, ut *N.° XL, p.* 34, dicitur, non obstat, et fatum ineluctabile pariter et hominis impugnat superbiam.

De hac materiâ quid senserint antiqui videre est in Grotii eximio opere jam citato, cui titulus : *Philosophorum sententiæ de Fato ;* virum doctissimum, etsi *Arminianismi* fautorem et victimam, veterum sententias præcisè ut sunt, fideliter non reddidisse, suspicari haud licet.

Pag. 160, *lin. penultim et ultim*, *pag.* 163 *:* in habitatione ... quâ hæc persona sopita erat, [qui] .... hæc persona quo loco erat .....

Agens, quod, homine expergefacto, actiones vigiliæ exequitur, *pram âtma* est, forma scientiæ; qui quidem, tempore somni,

operatur, sensibus, venarum à corde egressarum viâ, ad cor adductis, in eo deletis, quandò homo sopitus, vel somnia, in quibus sub diversis figuris spectaculum præbens, se esse, existere sibi similem fingit; vel in *sak'hepat* nihil absolutè cogitat (N.° XX, *p.* 92), et tunc altâ quiete fruitur, seipsum possidens, verè suî compos, cum *pram âtma* unum factus; puerulum, apparenti inscitiâ, regem dominio in sensus, doctum *Brahmen* conjunctione τῷ *djiw âtma* cum *pram âtma*, formâ, ut dictum est, scientiæ, referens.

Idem *âtma*, cum homo expergiscit, sensibus ex se foràs eductis, filorum instar, quibus è se extractis aranea telam texit, et scintillarum, quæ è carbone ardente egressæ sparguntur, foris operatur; verâ inscitiâ involutus.

Pag. 161, *lin.* 14 : *Bram âtma;* lege : *pram âtma.*

Pag. 163, *lin.* 1, 2 : sicut aranea, quæ ut è seipsâ filum productum fecit, texit.

Araneæ opificium in medium affertur, ad monstrandum quomodò è *pram âtma* omnia exsurgunt; N.° LXXX, *p.* 377, ut indicetur quâ ratione res è se producit, et in se posteà Ens supremum adducit (*quemadmodùm aranea fila à seipsâ ut produxit, rursùs in se deorsùm attrahit*), idem exemplum adhibetur : quod fusiùs declarant Indi recentiores. Hac de re doctissim. BERNIER ad CHAPELAIN scribentem audiamus.

[1] « Pour conclusion, inquit celeberrim. Viator, je m'en vais « vous découvrir le mystère d'une grande cabale, qui a fait « beaucoup de bruit, ces dernières années, dans l'Indoustan, « parce que certains *Pandets* ou docteurs gentils en avoient infecté

1. *Voyag. T.* 2. *Lettre à Chapelain, touchant les superstitions, étranges façons de faire, et doctrine des Indous ou gentils de l'Indoustan. Chiras, en Perse;* (10 *juin* 1668); *p.* 163 - 166.

« l'esprit de DARA et du Sultan SUJAH, les deux premiers fils « de CHAH-JEHAN.

« Il n'est pas que vous ne sachiez la doctrine de beaucoup « d'anciens philosophes, touchant cette grande ame du monde, « dont ils veulent que nos ames et celles des animaux soient « des portions. Si nous pénétrions bien dans *Platon* et dans « *Aristote*, peut-être que nous trouverions qu'ils ont donné dans « cette pensée. C'est là la doctrine comme universelle des *Pen-* « *dets* gentils des Indes; et c'est cette même doctrine qui fait « encore à présent la cabale des *Soufys*, et de la plupart des « gens de lettres de Perse, et qui se trouve expliquée en vers « Persiens si relevés et si emphatiques, dans leur *Goultchen raz*, « ou parterre des mystères; comme ç'a été celle-là-même de « *Flud*, que notre grand *Gassendi* a réfutée si doctement, et « celle où se perdent la plupart de nos chimistes.

« Or ces cabalistes ou *Pendets* Indous que je veux dire, pous- « sent l'impertinence plus avant que tous ces philosophes, et « prétendent que Dieu ou cet Être souverain qu'ils appellent « *Achar*, immobile, immuable [1], ait non-seulement produit « ou tiré les ames de sa propre substance, mais généralement « tout ce qu'il y a de matériel et de corporel dans l'univers, et « que cette production ne s'est pas faite simplement à la façon « des causes efficientes, mais à la façon d'une *araignée*, qui « produit une toile qu'elle tire de son nombril, et qu'elle reprend « quand elle veut. La création donc, disent ces docteurs imagi- « naires, n'est autre chose qu'une extraction et extension que « Dieu fait de sa propre substance, de ces rets, qu'il tire comme « de ses entrailles; de même que la destruction n'est autre chose

1. Samskreticè, *akar*, *sine actione*, *non agens*.

« qu'une reprise qu'il fait de cette divine substance, de ces divins « rets, dans lui-même : en sorte que le dernier jour du « monde, qu'ils appellent *maperlé* ou *pralea* [1], dans lequel ils « croient que tout doit être détruit, ne sera autre chose qu'une « reprise générale de tous ces rets que Dieu avoit ainsi tirés de « lui-même.

« Il n'est donc rien, disent-ils, de réel et d'effectif de tout « ce que nous croyons voir, ouir, ou flairer, goûter ou toucher; « tout ce monde n'est qu'une espèce de songe, et une pure il- « lusion [2], en tant que toute cette multiplicité et diversité de « choses qui nous apparoissent, ne sont qu'une seule, unique « et même chose, qui est Dieu même; comme tous ces nombres « divers que nous avons, de *dix,* de *vingt,* de *cent,* de *mille,* et « ainsi des autres, ne sont enfin qu'une même *unité* répétée « plusieurs fois.

« Mais demandez-leur un peu quelque raison de cette imagi- « nation, ou qu'ils vous expliquent comment se fait cette sortie « ou cette reprise de substance, cette extension, cette diversité « apparente; ou comment il se peut faire que, Dieu n'étant pas « corporel, mais *biapek* [3], comme ils avouent, et incorruptible, « il soit néanmoins divisé en tant de portions de corps et d'ames: « ils ne vous payeront jamais que de belles comparaisons; que « Dieu est comme un océan immense, dans lequel se mouve- « roient plusieurs fioles pleines d'eau; que ces fioles, quelque « part qu'elles puissent aller, se trouveroient toujours dans le

---

1. Samskreticè, *maha prali*, *resurrectio magna*. Suprà, *N°. II*, p. 12.

2. Le *maïa* de l'*Oupnek'hat*, *N.° XXIX*, *p.* 168; *N°. XXXI*, *p.* 181.

3. Samskreticè, *abakt*, absconditus, non manifestus, qui sensibus percipi non potest : vel *apagamaha*, *destrui*, *mori*; *apagatam*, *excidium*, *ruina*. Proindè, *vi*(*bi*) *apag*(*k*), *incorruptibilis*, *qui destrui*, *deficere non potest.*

« même océan, dans la même eau, et que, se venant à rompre,
« leurs eaux se trouveroient en même temps unies à leur tout, à
« cet océan dont elles étoient des portions : ou bien ils vous
« diront qu'il en est de Dieu comme de la lumière, qui est la
« même par tout l'univers, et qui ne laisse pas de paroître de
« cent façons différentes, (selon la nature) des objets où elle
« tombe, ou selon les diverses couleurs ou figures des verres par
« où elle passe. Ils ne vous payeront, dis-je, jamais que de
« ces sortes de comparaisons, qui n'ont aucune proportion avec
« Dieu, et qui ne sont bonnes que pour jeter de la poudre aux
« yeux d'un peuple ignorant; et il ne faut pas espérer qu'ils
« vous répondent solidement si on leur dit que ces fioles se
« trouveroient véritablement dans une eau semblable, mais non
« pas dans la même, et que c'est bien une semblable lumière
« par tout le monde, mais non pas la même, et ainsi de tant
« d'autres fortes objections qu'on leur fait; ils reviennent toujours
« aux mêmes comparaisons, aux belles paroles, ou, comme les
« *soufys*, aux belles poësies de leur *Goultehen raz*. »

Clarè et accuratè Indicum systema de rerum origine et fine exponit *Bernier*, à doctissimo *Pendet*, scholæ *Benarès*, forsitan eruditus [1]. Apud celeb. viatorem, voces samskreticæ eundem sensum habent ac in *Oupnek'hat* et aliis Indorum libris. Omnia è quatuor *Beids* desumpta, existimantur; *mot* (*Beid*), inquit *Bernier*, *qui signifie science, parce qu'ils prétendent que dans ces livres toutes les sciences soient comprises.*

Verùm non æquè philosophum agit, quandò τῶν *Pendet* comparationes sugillat; quasi, in re perobscurâ quidquam aliud, quidquam probabilius adhiberi posset.

Ens sine fine, juxtà *Oupnek'hat* (N.° LXXI, *p.* 337), *ab omnibus*

1. *Voyag. T.* 2, *p.* 133, 134.

limitibus probationum immune est (*ultrà illas est*) : quod certè ejus operationes spectat, et proindè rerum originem.

At dic, amabo, viator physice, quid sit *producere simpliciter et causarum efficientium modo;* dic, re quidem ipsâ, non verbis tantum modò : id est, explica lucidè in quo *ista productio ab emanatione Indicâ* differat ; quomodò, ut jam observavi, in Ente summè perfecto, cui nihil absolutè deest, nihil novi accrescere potest, sibi semper simili, pari, in quo nullum accidens, nulla forma à substantiâ diversa ; eodem sub omni respectu, semper in seipso, nunquam extrà se, in quo igitur, *actio, actum, agens* sermone distingui possunt, sed, reverà, sine defectu differre nequeunt : ostende, quæso, philosophicè, solis mentis viribus, ingenii acumine, quæ sit causarum *efficientium* operatio, quâ ratione iste operandi, producendi modus essentiæ perfectæ congruat; emanatio, qualem Indi admittunt, exponere satagunt, ei repugnet : problema solve, et *eris mihi magnus Apollo.*

Errores si qui sunt, quâdam reverentiâ sunt adeundi, ubi menti, rationi humanæ, sibi ipsi relictæ, nihil certius suppetit, nihil enucleatius ; et à magnâ hominum frequentiâ, omnibus animi dotibus præditorum, nullis affectibus servientium, quique rei, ut dicunt, commoda et incommoda versare potuerunt, reipsà versârunt, errores illi, longo tempore producuntur, propugnantur.

Repetitis lapsibus in rebus physicis, moralibus, politicis, moniti, tardo et suspenso pede tandem incedere discamus, itineris diuturnitate et difficultatibus minimè territi, dummodò ad metam pervenire queamus. Ad bonum persequendum perseverantia, roboris, fortitudinis indicium est; ad malum, nimiæ tenacitatis et fortè imbecillitatis, quæ probrum mutationis comitem reformidat.

Pag. 163, *lin.* 6 : Ipso hoc modo è *pram âtma* ....

Quemadmodùm *djiw âtma,* homine è somno surgente, sensus omnes ex se educit, etc : sic *pram âtma,* qui, tempore τȣ̃ *maha sak'hepat,* id est, quandò entia in se tranquilla continens, cum suâ ipsius originali figurâ, solus verè existens remanserat; rursùs, post magnam resurrectionem, sensus omnes, mundos, *mokelan* omnes, omnia elementa, entia tandem omnia, ab infimo ad summum, comite *maïâ,* id est apparentia tantùm, errore, verè autem nulla, ex se extrahit, araneæ instar sua fila è ventre educentis; illa omnia expergefacit, surgere facit, et mundus apparens denuò suo modo existit : ille *pram âtma* tunc *Pradjapat* (elementa composita), *Haranguerbehah* (elementa simplicia) est, omne est : et sic τȣ̃ *Oupnek'hat,* quod secretum tegendum, nomen habet.

Hoc est parvi mundi, hominis, cum magno mundo, Omni-Ente, comparationis, connexûs, correlationis genus.

N.° XXVIII.

Pag. 164, *lin.* 2, 3 : Quisquis puerulum, et domum ejus ... scit ....

Ingeniosa sanè et lepida animæ et ejus domicilii, fulcrorum, custodum, descriptio; alimentorum, astrorum, τῶν *fereschtah* cum diversis oculi partibus; septem priorum Indiæ patriarcharum vel *rek'heschir,* cum diversis capitis partibus ratio, correlatio.

Ibid. lin. 14 : Lineæ rubræ ....

Hæc erunt sanguinolentæ lineæ, quæ super corneam quasi deductæ aliquandò videntur, capitis fervidi indicium; quod τῷ *Roudr,* violentiæ agenti aptè congruit.

Ibid. lin. 19 : est, sol; *lege* : est; sol.

Pag. 165, *lin.* 5 : Et ille *pran* cum figurâ ....

Ista, sæpè repetita, observatione digna sunt : *pran,* figura

totius mundi : loquela, cùm *Beid* legitur, unum cum hoc libro, qui *Brahm* est, reddita. Sic omnes et singulæ rerum universitatis partes ad unum, *Brahm*, Ens supremum, constanter reducuntur.

Pag. 165, *lin.* 10, 12, 13 : caput est ... *pran* ... in eo custoditum habuerunt.

Hîc *pran* magnus, unicus, in capite residet, ideò quòd halitus, ejus indicium, per os et nasum, capitis partes, ingreditur et egreditur : communiter intrà corpus, in pectore, etiam corde collocatur.

Ibid. lin. 22 : in sinistrâ (nari) *Kaschap*.

Kaschap, penultimus horum septem *rek'heschir*, τὸν *Radjah Man* (N.° XX, *p.* 96), cujus tempore diluvium universale evenit (*suprà, p.* 481), ipse erudivit; proindè primi veteris Indorum historiæ viri, duplicem personam, realem et mysticam, in eorum libris ferunt : quod sanè tenebras spargit, quas tamen haud difficilè depellet sedulus lector.

N.° XXIX.

Pag. 166, *lin.* 1 : *Mourt amourt*.

Hæc duo verba per *mortale* et *immortale* reddi possunt; quod τῷ *corruptibili*, *sine cessatione*, et aliis quatuor qualitatibus, deinceps relatis, respondet.

Ibid. lin. 2 : *Brahm* cum *aoudia* ....

Id est, *Brahm*, seu quod verè, solùm existit, *cum aoudia*, ignorantiâ; scilicet, inscitè cognitus, intellectus.

Ibid. lin. 8, 9 : illud quod .... formam habet ....

Quod formam habet, qualitatibus defectivis afficitur, scilicet, corruptibile, terminatum, apparens est : quod formam non

habet, perfectionis qualitatibus pollet; quæ sunt, sine cessatione, non terminatum, interius (non apparens).

Ibid. lin. 24, 25; *p.* 167 : id est, *mokel solis.*

Hìc, in cœlo, *mokel* sideris, agens, non cessans, non terminatum, absconditum, sine formâ, scilicet, spirituale, quod in sidere operatur, illud dirigit, ab ipso sidere (oculo solis astrorum præcipui) corruptibili, terminato, apparenti, cum formâ, scilicet materiali, expressè distinguitur.

Similiter, in hominis corpore, rector oculi, sensuum præcipui, corruptibilis, terminati, apparentis, cum formâ, id est, materialis, *Porschi*, agens non cessans, non terminatum, interius, sine formâ, id est, spiritualis, in oculo statim operans, ab eo diversus perhibetur.

Quo *potentiarum intermediarum*, spiritualium, intelligentium simul et actione præditarum, systema disertè adstruitur.

Pag. 168, *lin.* 6 : hoc modo non est, et hoc modo est ....

Hujus loci sensus hic esse videtur. Nihil de *Brahm* negandum, nihil affirmandum; à *maïâ*, cujus *Brahm* expers est, immunis, oritur, quòd aliquid vel cum formâ vel sine formâ dicatur. Hæ duæ qualitates [1] inscitiâ τῷ *Brahm* attribuuntur, modo loquendi, è sermonis vitio, verborum penuriâ nato. Purè et simpliciter *hak hak*, principium principii omnis rei dicendus est.

Systematis Indici, librorum Indiæ theologicorum, philosophicorum clavis : quædam minùs propriè, eo quòd aliâ ratione declarari non possunt, exprimuntur : intelligenti lectori sensus subolere debet.

Indè, fateor, nasci possunt portentosæ, perniciosæ sententiæ : et reverà periculosarum opinionum, etiam practicarum, lue,

---

1. *An Brahm monschekl o bi schekl nist : ille Brahm formâ præditus, et sine formâ non est.*

BALDÆUS; *Libr. cit. p.* 436. 437, 596. — *Suprà, p.* 420.

sicut aliæ orbis partes, laborat India. Τῷ *maïa, aoudia*, id est *ignorantiæ* hoc malum tribuunt Brachmanes; nec minùs systematis sui principiis adhærent; et quidem rectè. Propter abusus, corruptionem, verum, ut putatur, deserere, est errori, audaciæ campum relinquere.

Enim verò nunquàm cum majori fiduciâ, dicerem impudentiâ, falsa, etiam haud verisimilia protruduntur, affirmantur, quàm *ignorantiæ* temporibus. Testis ista scriptorum *revolutionarium* moles, ubi de origine, essentiâ et effectibus temporalis et spiritualis [1] potestatis *principia*, clamitant, *inconcussa* ponuntur, venditantur, quorum contrarium heri sapientissimorum virorum nixum auctoritate asseverabatur. Testis illa audacia, illud os indomitum, induratum, quo neoterici materialistæ, metaphysicis discussionibus impares, orbis antiquitatum, linguarum, temporum, locorum, planè ignari, suas de Ente supremo, rerum origine, quasi oracula prædicant et præfractè defendunt opiniones.

Pauca admodùm agnosco certa, aut saltem probata. Verùm, obscuritatis causâ omnia negare! Cum *Carthesio, Clarkio, Leibnitzio, Lockio, Arnaldo, Mallebranchio*, etiam *Bailio* disputationem habere amo. Robusta illa ingenia ipsa rerum principia scrutantur, bases, fundamenta, circùm, subtùs, severâ et reverenti manu

---

1. Vide, inter alia, opus inscriptum : *Origine et étendue de la puissance royale suivant les livres saints et la tradition. Par.* 1789 - 1790, 3 *vol. in* - 12.

Hujus libri rudis et inconditi, veræ tamen, tempore quo publicatus est, *cladis*, auctor D. MAULTROT, celeb. in supremâ curiâ Paris. pro rebus juris canonici patronus; qui relligione semper fuit sincerè et piè addictus : verùm exasperatus perpetuo Aulæ et Senatûs conflictu, et ecclesiasticis dissentionibus, quarum fomes præcipuus et ferè inexhaustus Cleri primi ordinis, et curiæ Romanæ erat superbia, et forsitan ortâ tempestate abreptus, contrario nisu et excessu, populo in omnibus primas dans, in eo totus est, ut subditorum, inferiorum jura ultrà limites *libris divinis* et ratione positas extendat. Mentis humanæ deplorandæ infirmitas!

visitant, non convellunt, veritati, prout ipsis apparet, solummodò litantes, non præconceptis, vel adjectitiis dediti opinionibus. Pigmæi, simiæ, decimi octavi philosophi, probationum loco, spurcities [1], ex Ethnicorum vel Rabbinorum contrà relligionem Christianam sentinâ, ad os evomunt, illius animalis modo, quod à venatore pressum, alvum exonerat, hostem insequentem tetro fetore repulsurum.

N.° XXX.

Pag. 169, *lin.* 9, 10 : quemadmodùm homo opes habens, cum desidiâ vitæ caput fert.

Divitiarum periculum : etiam merentibus distributæ, per se ad cœlum nihil prosunt; desidiam pariunt æternæ, veræ beatitudini adipiscendæ contrariam. O nimis despecta paupertas! corporis et mentis salus, morum et relligionis tutamen! quàm citò hujus mundi bonorum asseclæ, instabili, fugitivæ, tumultuosæ felicitati valedicerent, si permanentem animi parvo contenti tranquillitatem uno momento gustassent! verum affectionum turbo miseros in altum mare projicit, requiem semper quærentes et fugientes.

Ibid. lin. 22 : non hoc modo est ....

Homo, quidquid agat, proprio quæstui servit, non rei quâ occupatus videtur; atqui *âtma* omne est, omne desiderium implere potest : illum ergò solum audire, intelligere, corde, mente tenere, operæ pretium est.

Pag. 170, *not.* 2, *lin.* 2 : *homeh* : lege : *hameh.*

---

1. Hoc in genere excellit liber, cui titulus : *Dictionnaire des Athées anciens et modernes, par Sylvain M.....l.* (MARÉCHAL), *sous-bibliothécaire des Quatre-nations. Paris, an* 8 (1799), *in*-8.° ; opus crassum et indigestum, quod rectè vocaretur : *Ultimum atheismi suspirium expirantis*; cum epigraphe : *monstrum horrendum, informe .... cui lumen ademptum.*

Pag. 171, *lin.* 7, 8, 16 : *nakarah* pulsatum fit . . . τῷ *sank'hah* lusum fit.

Nakarah, instrumentum musicum, magni tympani ferrei aut ænei genus, ferreis virgis, solummodò in honorem magnatum, in Indiâ pulsati.

Sank'hah, instrumentum itidem musicum, è conchâ formatum : *infrà, Tom. II, N.° XCIV.*

Bin instrumentum musicum, cordis metallicis, ut in notâ textui appositâ dictum est, instructum. *Infrà, Tom. II, N.° XCIV.*

Pag. 172, *lin.* 3 : Porrò, aliquid, quod sine . . . . illud . . . . (*monstrat*) . . . .

Conferri potest *not.* 1, *suprà N.° XVI, p.* 57, cum hac definitione, et sequentibus comparationibus; è quibus sequitur formam realiter idem esse ac rem cujus est forma; causam cum causato, ens sine simili, cum re sui simili, quam producit.

Pag. 172, *lin.* 5, *illum;* lege : *istud.*

Ibid. lin. 9 : ex illo *mahabhout.*

Mahabhout est magna substantia, anima universalis, undè, quasi spiritus emissus, Libri divini exierunt.

Ibid. lin. 17 : Quemadmodùm antè creationem . . . . .

Ex his verbis rectè concludi potest, mundum antè, vel post creationem, semper in Deo eumdem existere.

Ibid. lin. 24, 25, *hardiákasch; lege : hardi ákasch.*

Hìc *hardi ákasch* pectus est, quo *pranha,* sensus includuntur. Vide N.° XLII, p. 227.

Pag. 173, *lin.* 6 : *átma*, quod ab intrà . . . .

Sivè visibilis sit cum elementis, corpore, sensibus, sensatis; sivè invisibilis, scientia pura; *átma* idem est.

Pag. 174, *lin.* 1 : cum figurâ dualitatis . . . .

In rerum varietate, agens et res in quas agit, diversa aparent; sed omne unum et idem est. *Atma*, licet unus, per loca, sensus, in alio per alium operari videtur. Media, vehicula, quorum ope actiones exerit, quorum ope eæ actiones ad notitiam veniunt, sunt falsa scientiæ forma. Ipse, individuus, nulli addictus, omnis mali, imperfectionis absolutè expers est. Proindè illi uni adhærere, tanquàm bonorum omnium fonti, omnes opes, quæ quidem apparentes tantùm sunt, in se continenti, vera et unica hominis, sivè in hac fluxâ et visibili vitâ, sivè in permanente et invisibili, felicitas.

N.° XXXI.

Pag. 175, *lin.* 1 : *porschi*, qui in terrâ est.

Porschi, ut pag. 181 dictum, agens est quod in re quâdam residet, operatur, illam regit. Quidam etymologistæ τὸ *persona* latinum à *porsch* samskretico deducerent.

Entium in hoc *medah* recensitorum series, externum agens offert, et sensum qui ei respondet, eo regitur. Duo ergò in omni re sunt motores. Omnia, in naturâ, physico et morali vinculo ligantur, ut ex eodem fonte manantia. Indè actio pura, rectitudo, cum eorum fructu, mercede; homo et beneficentia, in numero rerum quæ sibi invicem testimonium præstant, inveniuntur.

Ibid. lin. 11 : Et *porschi*, qui in guttâ (*seminali*) est ..... *Brahm* est.

Rerum origo à semine, guttâ seminali, cui agens proprium, aquæ *porschi*, præsidet. Hæc gutta, hic *porsch*, à *lang serir*, cujus in notâ ad pag. 154 mentio facta est, fortè non differat. Vide N.° XL, *p.* 214, 218. Vel erit *membrum virile summum* clavis tabulæ *kabbalisticæ*. BUDDEUS; *Introduct. ad Histor. Philosoph. Hebræor.* (1702), §. XL, *p.* 282.

Ibid. lin. 24, *bhout akasch*; lege : *bhout âkasch*.

Pag. 175, *lin. ultimâ* : *hardi âkasch.*

In hoc loco, *hardi âkasch*, est *âkasch* omnia circumdans, complectens, ut pectus sensus et *pranha* continet; simul et cor, intellectûs sedes.

Pag. 178, *lin.* 28 : Nunc *Djaknoulak*, τȣ *kessah douin* .....

Hoc *medah*, tanquàm præcedentis *Brahmen* continuatio considerari potest. Hìc *Djaknoulak* cognoscendæ *unificationis* difficultatem et excellentiam mythologico facto, et parabolis exponit. *N.° xxi* (*p.* 98, 100), equi, mundum, ipsum *Brahma* repræsentantis, visa est, in mythologiâ Indicâ, præstantia.

Pag. 180, *lin.* 7, 8 : propter rectitudinem ....

Hoc exemplo, vel hac parabolâ, fidem datam, etiam capitis periculo servari debere, indicatur.

Pag. 181, *lin.* 14, 17, 23 : ille *âtma* .... ille *pormeser* .... *Brahm* est.

Atma, Ens magnum, *Brahma*, per erratum, falsam visionem multiplex apparet : id per quod apparet, et ipse est; extrà eum nihil.

Pag. 182, *lin.* 1, et *kian* : lege : et *kian* (*cognitio*).

N.° XXXII.

Ibid. lin. 10 : *djak aschomideh.*

Vide *suprà* illud *djak*, N.° XXI, *p.* 98-100.

Ibid. lin. 13 : *Gorg'het panhal*, id est, *kanoudj*.

Gorg'het urbs magna est Indiæ superioris, propè *Thansir*; ad occidentem τȣ *Dehli*. Sedes fuit imperii *Radjah* Kour, decimi octavi τȣ Bhart nepotis, et familiæ τῶν Kourvan capitis, à quo amplitudinem, splendorem et nomen accepit.[1]

---

1. Mahabarat; 1 *Porb. fol.* 56 *recto.* — Bagavad (1788), *p.* 252. — Esker.

Kanoudj, urbs olim celeberrima, sita est ad septentrionem τ8 *Boundel kound*, circà 27.° latitud. ad ripam *Gangis*, propè locum ubi fluvius *Calini* illi flumini aquas suas miscet, in provinciâ *Anderab* (*Douab*), inter *Gangem* et *Gemna*. [1]

Pag. 83, *lin.* 22 : ex opere *Houta* ....

Houta, nomen sacrificii igni oblati. *Infra*, *T.* II, N.° CXXVII, CLIV. Samskreticè, *hota vya dravyam*, idem quod *aguenihi*, *ignis*, *calor*, ignis Deus. *Agueni hotram*, *ignis*.

Hoc responsum, et quæ sequuntur, in id conspirant, ut omnia, sacrificium, ejus objectum et agens, sensûs et *fereschtah* ejus *mokel* (præfecti), ei respondentis, id est cœlestium et terrestrium agentium, quæ vicissim sunt unum alterius forma, habitâ ratione, unum et idem esse noscatur; quo corruptionis et temporis soluto vinculo, ad *behescht*, ad æternam perveniant felicitatem.

Pag. 184, *lin.* 3 : τὸ *adhouradj*. ....

Nomen sacrificii. Samskreticè, *adhouayam*, *unitas*, *pluritatis negatio*.

Ibid. lin. 21 : τὸ *adkata* ....

Nomen sacrificii. Samskreticè, *adikatayâ*, *multùm* : vel *adkiteh*, *suprà*, N.° IV, *p.* 15, 16.

Assalatt. Ms. Pers. biblioth. nat. fol. 117-321. — *Recherch. histor. et géograph. sur l'Inde*, 1 *part. lettr. etc. p. XXXII, XXXIII.*

Celebres, illo tempore, *Kork'het* et *Kanoudj* regni *Krounpahal* urbes erant.

1. Vide P. TIEFFENTHALER; *Descript. histor. et géograph. de l'Inde*, *T.* 1, *p.* 193-195; *vers. German. T.* 1, *p.* 237-239. — RENNELL; *Mem. of a map of Hindost.* (1788), *p.* 54; *trad. fr.* (1800), *T.* 2, *p.* 13, 14. — FEREESCHTAH; *Hist. Ind. ms. Pers. fol.* 13 *recto*. — DOW, *Histor. of Hindost. T.* 1 (1770), *p.* 5, 9; *prefac. p. IX.*

Fusiùs de urbe *Kanoudj* agitur in opere, quod prelum expectat, jam in Diario *Magasin encyclopédiq.* annunciato, N.° 10, *Vindem. an.* 8 (*Sept.* 1799, *ou* 5.e *année*, *T.* 2, *p.* 230, 232), sub titulo : *Considérations philosophiques*, *historiques et géographiques sur les deux mondes*, *etc.* 1 *Vol. in*-4.°

Pag. 185, *lin.* 3 : *Proun, akia, djadjba, sasba, atschel atnid* et *anschir*, sunt prima septem *mantrs* et *aïets* vocabula, quemadmodùm diceremus *pater, ave*, etc.

Ibid. lin. 6, *bhoulok* ; lege : *bhou lok*.

Ibid. lin. 23, τῷν; lege : τῶν.

N.° XXXIII.

Pag. 186, *lin.* 19 : *kreh* octo est (sunt), et *ankreh* adhuc octo.

Accurata satis et clara est hæc hominis, sensuum, facultatum, et eorum objecti, effectûs, propriè sensûs et sensi, sensûs activi vel passivi, expositio; quæ Indicæ metaphysicæ specimen quoddam esse potest.

Pag. 188, *lin.* 7 : si *kiani* sit, id est, doctus ....

Qui, τὸν *Brahm* scit, quandò moritur, in *Brahm* resolvitur, nec iterùm in hunc mundum victurus redit. Cùm autem τὸν *âtma* non cognoverunt, homine mortuo, diversa ejus entis elementa variis orbis partibus, agentibus committuntur; undè rursùs, post temporis intervallum egressæ, hac in terrâ, in novam plasmantur animantis formam. Quisque operum suorum figuram gerit: solus τὸν *Brahm* rectè intelligens, statim in *Brahm* demergitur.

Ibid. lin. 20 : pleni edulio ....

Nemo nescit, ventre alimentis referto, è stomacho vapores surgere, quæ mentem obnubilant. Grates ergò rependantur *Gallicæ revolutioni*, quæ probos viros ad subtilissima uti et altissima quæque percipienda reddidit aptissimos!

N.° XXXIV.

Pag. 189, *lin.* 3 : in regno *Bedr*.

Regnum *Bedr* potest esse pars τῦ *Dekan*, inter *Heidrabad* et *Aurengabad*, cujus urbs primaria, *Bedr*, sita est circà 18 latitud.

septentrionalis gradum. Vide doctiss. RENNELL, *Mem. of a map etc. p.* 170, 171. — TIEFFENTHAL. *Descript. histor. et géograph. de l'Inde, T.* 1; *de la province de Safarabad, ou de Bedor, p.* 492, 493.

Brachmanes olim totam Indiam, scientiæ acquirendæ causâ, ut nunc faciunt eorum posteri, peragrabant : et τῦ *Iloura*, propè *Aurengabad*, monumenta [1], Indorum mythologiam, et, procul dubio, eorum philosophiam, in regione de quâ agitur, antiquitùs viguisse probant.

Pag. 189, *lin.* 8 : *kand'herpi*; lege : *kanderpi.*

Ibid. lin. 21 : mundus est, quòd, circulus ....

Hîc tres tantùm mundi numerantur; et circuli eos circumdantes non sunt concentrici. Primus, quem circumdans circulus triginta duobus diurnis orbitis solis æqualis est, videtur esse cœlum astrorum. Extrà illum mundum est terra; et circulus eam circumdans præcedenti circulo duplo major est. Tandem extrà terram, mare, verisimiliter *Maha Samandar* (*suprà*, N.° *II*, *p.* 12), circulo circumdatum, pariter circulo terræ duplo majore. Et hic mundi limitati finis.

Physicum istud orbis sensibilis systema, ab eo discrepat, cujus, ut à Brahmane Bengalico traditi, mentio in *astronomiâ Indicâ* [2] facta est : in quo terra centrum occupat, septem planetarum orbibus, et duobus circulis qui [3] *Natschater* et *Akasch* nominantur, circumdata; quamvis, in *Oupnek'hat*, terræ mundus etiam inter duos alios mundos situs appareat.

Hæc breviter observasse sufficit, ut deinceps rerum Indicarum scrutatores genuinas ab adscititiis distinguant opiniones.

---

1. *Zend-Avesta*, *T.* 1, 1.e *part. p. CCXXXV-CCXLIX.*

2. *Bailly; Traité de l'astronom. indienne et orient. p.* 204-208.

3. *Suprà*, *N.*° *XXXVII*, *p.* 198; *XL*, *p.* 207. *Natschatter* est mundus stellarum fixarum; *Akasch*, quintum elementum (*N.*° *VI*, *p.* 22, *not.* 1), aer superior, æther,

Pag. 190, *lin.* 11. Desiderium è vento hoc loco .... *Haranguerbehah* est.

Hinc sequitur ascensum animarum per varios mundos, et earum vento traditionem, allegoricè sumi debere, cùm ventus hîc sit propriè *Haranguerbehah*, collectio elementorum simplicium (*suprà* N.° *II*, *p.* 9), qui et ipse *Brahm* est : et sic illa itinera, nihil aliud quàm bonorum animarum in universalem animam, reditum, receptionem, resolutionem, significant.

Hic locus mythologiæ Indicæ clavim rerum justis æstimatoribus dabit : quandoquidem ad alios *fereschtahhan*, *mokelan*, diversos orbis præfectos, pertinere potest præcedens observatio.

Cuique agenti superiori suum, ut Deo, dominium particulare dedit superstitio ; et, hac in terrâ, quò propior illi foret, suum sacellum.

N.° XXXV.

Ibid. lin. ultim. cùm; *lege* : cum.

Pag. 191, *lin.* 5 : quisnam *átma* .... vel cum *lang scherir* .... est ?

Lang scherir est gutta seminalis, quæ corpus subtile, corporis crassioris semen, radix est, corpus corporis, ut suprà (*not. ad pag.* 154, *p.* 499) dixi. *Porsch* particularis, in illâ guttâ residet, illam vivificat (N.° *XXXI*, *p.* 175; N.° *XXXVIII*, *p.* 201).

In MAHABARAT (12 *Porb.* 2 *part. fol.* 451 *verso*), *lang serir iaani nafs ammareh : lang serir, id est, prævalida carnis libido* (*impotens affectus*).

IDEM (*fol.* 469 *verso*), *badanra keh serir migaüand be sabab ân ast keh maani serir tschakidan ast o badan mitschakad iaani na tschiz mikardad. Corpus quòd serir dicunt, cum causâ illâ est, quòd sensus* τȣ̃ *scherir guttatim stillare est, et corpus sic stillat* (*cadit, manat*), *id est, non quid* (*nihil*) *efficitur.*

Prior interpretatio occasionem dederit τῷ *lingam* carnalis, seu productivæ actionis signo. Vide *suprà*, N.° *XVIII*, *p.* 77, *not.*

De *lang scherir* BERNIER loquentem audiamus.

« Il m'e souvient, inquit doctiss. viator [1], que je les mis encore « sur la nature du *lengue-cherire*, que quelques-uns de leurs « auteurs admettent ; mais je n'en pus tirer autre chose que ce « que j'avois dejà depuis long-temps entendu de notre *Pendet*, « à savoir, que les semences des plantes, par exemple des « arbres et des animaux, ne se forment point de nouveau ; qu'elles « sont toutes dès la première naissance du monde dispersées « partout, et mêlées dans toutes choses, et qu'elles ne sont autre « chose, non-seulement en puissance, comme l'on dit, mais « actuellement et effectivement, que des plantes, des arbres, et « des animaux même entiers et parfaits, mais si petits qu'on « ne peut distinguer leurs parties, sinon lorsqu'étant venues « dans un lieu convenable, elles se nourrissent, s'étendent et « grossissent : en sorte que les semences d'un pommier et d'un « poirier sont un *lengue-cherire*, un petit pommier et un petit « poirier entier et parfait avec toutes ses parties essentielles ; « comme celles d'un cheval, d'un éléphant et d'un homme, « sont un *lengue-cherir*, un petit cheval, un petit éléphant, et « un petit homme, auxquels il ne manque que l'ame et la « nourriture pour le faire paroître tel qu'il est. »

Hæc cum iis quæ in *Oupnek'hat* leguntur, et recentioribus microscopio factis observationibus, omninò concordant.

Djaknoulak quæstionibus idem semper respondet ; scilicet, *âtma* hominis, qui sub quinque corporis ventorum formâ est, et illos movet, regit, ille ipse *âtma* cuncta sæcula possidet, complectitur, ubique præsens est : sed, cùm sit visus visuum,

1. *Voyag. T.* 2; *p.* 162, 163.

auditus audituum, cogitatio cogitationum, scientia scientiarum, nec audiri, nec videri, nec intelligentiâ apprehendi, nec sciri potest. Etenim, quod videtur, extrà visum, ut objectum, esse debet: porrò *âtma* est ipse visus, visuum radix; proindè extrà visum supponi, nec visu apprehendi poterit. Eadem quoad tres alias facultates et earum actiones relativè ad *âtma* adhibenda ratiocinatio.

Pag. 191, *lin.* 24: bovem [et] equum.

Id est, unum promittit, aliud exequitur: siquidem bos iens et equus iens, separatim, non sunt unus bos-equus, uti ostendendum spoponderat.

N.° XXXVI.

Pag. 193, *lin.* 7: mundos ambos ut reliquit....

Ambos mundos relinquere, scientiæ ipsi superiorem esse, τȣ̃ *Beid* veritate probatâ, omni actione se abstinere, unicâ Entis veri memoriâ detentum, tria sunt quæ *Brahman Saniasi* efficiunt.

N.° XXXVII.

Ibid. lin. ultimâ: (cum) stamine subtegminis venti ....

Hîc clarè exponitur entium unum ex alio, sicut telæ et panno stamen et subtegmen invicem texendis inserviunt, eductio. Catenæ annulus primus, aqua; ultimus, *Brahm lok*, τȣ̃ *Brahm* mundus, id est, *Brahm* ipse.

Pag. 194, *lin.* 4, 7, 9, 11, 14: *antrdjehdeh lok* ... *adat lok* ... *tschandr lok* .... *nadjhetr lok* .... *diw lok* ....

Ascendendo ab *antrdjehteh*, atmospheræ mundo, ad *diw lok*, mundorum quasi spiritualium primum (*N.° XXXIV, p.* 190), ordo est, sol (*adat lok*), luna (*tschandr lok*), stellæ fixæ (*nadjhetr lok; N.° XXXIX, p.* 207, *nadjhetr mandel*), sicut N.° *XXXVIII, p.* 198, *et N.° XL, p.* 213, 214.

Ea est opinio quam communiter Indis tribuunt viatores. [1] Verùm, *N.° LV, p.* 275, cœlum lunæ inter aerem et cœlum solis, qui proindè lunæ superior est, statuitur; quod observatu dignum.

Pag. 194, *lin. ultim. Fereschtehha* in quæstione ....

Suprà, N° XX, p. 86-96 : videre est τὰς *Fereschtehha*, *Brahm* ipsum cognoscere cupientes, à τῷ *Pradjapat* ejus essentiæ quamdam explicationem accipere. Verùm idem hominibus privilegium non conceditur. Diversæ entium naturæ diversas dant animi dotes : et his in terris, Ens supremum, in se, vel operans, penitùs scrutari, mentis facultates, substantiæ imperfectæ accommodatas, superat, simul et extremum parit periculum, pœnam temeritati debitam.

N.° XXXVIII.

Pag. 196, *lin.* 20 ; cum fune venti ....

Vento et aere, aeris motu omnia vivunt (*N.° XXXVII, p.* 193). *Atma*, qui in cunctis entibus, elementis, sideribus, meteoris, libris *Beid*, sacrificiis, sensibus, actibus, etiam in spermate (*N.° XXXV, p.* 191), residet, operatur; illorum omnium corpus, externam faciem induit, et hoc velo opertus ignoratur; invisibilis, solus vivens etc. incessabilis, eorum actiones exequitur, hominis *âtma* est.

Pag. 201, *lin.* 10: illud (*ens*), quod in obscuritate (*tenebris*) est.

Ens universale in lumine et in *absque lumine* existens, est illud ipsum *Ens* et *non Ens* jam observatum. Abstrusum dogma, quod hùc redit, ut *suprà* dixi, nihil de summo Ente affirmari, nihil negari debere, cum simul sit et non sit.

N.° XXXIX.

Pag. 203, *lin.* 1 : *Djaknoulak* dixit, pete ....

---

1. Bernier; *Voyag. T.* 2, *p.* 154. — Le P. Delalane, *Jés. Lettr. édifiant. T.* 10, *p.* 38.

Suprà (*p.* 194, 195) : silentium τῇ *Kark Djaknoulak* auctoritate et metu imposuit. Hîc augusti consessûs, peculiariter τῶν *Brahmanum* licentiâ acceptâ, et forsitan secretâ ipsius *Djaknoulak*, ut assentatoria verba quibus colloquium terminatur (*p.* 205), indicare videntur, suasione, præcedentem quæstionem eadem mulier repetit, urget: et *Djaknoulak*, præsentium quasi habitâ ratione, illi respondet; joci, *argumenta communicata* nuncupati, facetum et antiquum exemplum.

Pag. 203, *lin.* 5 : in quonam stamine ....

Eâdem persona, eadem quæstio, idem responsum, quod *suprà*, N.° XXXVII, *p.* 193, 195.

Ibid. lin. 7 : *Brahmand* est .... τȣ̃ *âkasch* ....

Suprà, p. 419. *Brahmand* est orbis mundi (N.° II, *p.* 12), id est, quidquid, ubicumque, fuit, est, futurum est.

Akasch hîc legitur : N.° XXXVII, *p.* 194, *Bhout âkasch.*

Ibid. lin. 22 : *âkasch*, qui *Brahm maïa* est ....

Id est, *Brahm*, *erroneus*; siquidem seductione τȣ̃ *maïâ*, errore *âkasch* etc. apparet.

Ibid. lin. 26 : illud *hasti* (*ens*) est ....

Hoc in loco Ens supremum secundùm quod non est, sivè per qualitates negativas, defectum excludentes, primò definitur; deindè, per id quod agit.

Ibid. not. cum *maïa* est; *lege* : cum *maïa est* ....

Pag. 204, *lin.* 9 : qualitatem inveniendi (*producendi*) non habet.

Proindè Ens illud summum nihil producit, semper, et solum intrà se existens : quod extrà esse videtur, mera est apparentia. Primarium Indicæ Theologiæ dogma.

Ibid. lin. 22 : maria è monte nivis egressa ....

Maria, *Caspium, Mediterraneum etc.* è monte Caucaso, *Koh kaf*, monte salivæ (nive albo ut saliva), educta.

Pag. 205, *lin.* 2 : Quilibet qui hoc *hast*. ....

Opera bona, quæcunque sint, quàm multiplicia, per se hominem rursùs hoc in mundo apparentem existentiam trahendi necessitate non liberant; licet, pro merito, mercede propriâ donentur. Solâ τȣ̃ *hasti, Entis* cognitione homo beatus et veri entis forma efficitur, novæ sensibilis existentiæ immunis.

N.° XL.

Pag. 206, *lin.* 2 : numerus *mokel* (*præfectorum*) ......

N.° XXIV (*p.* 132), 93 *Deïoutaï* ad tribum τῶν *Beis* tertiam animantium ratione præditorum classem pertinentes memorantur; hîc omnes *mokelan* 2.ⁱ et 3.ⁱ ordinis : quorum 33 tantùm ut præcipui designantur, qui tandem ad unum ens necessarium rediguntur.

Sic paulatim ruit et ultimò evanescit immensa illa *Potentiarum intermediarum* structura, quâ orbis totus diversi generis agentium imperio subjacebat. Unus *mokel magis*, id est solus necessarius. Reliqui ergò quid erunt? Peculiari et propriâ virtute, facultate præditi, in se, quemadmodùm primus, juxtà ordinem statutum, necessarii absolutè dicendi sunt. Verùm, ut deinceps declaratur, ille *mokel* unicus omnes alios supplet, complectitur; qui quidem erunt solummodò variæ orbis partes, et illius Præfecti unici attributa, nomine et formâ agentium eo fine donata, ut populi mens, sensibilibus assueta, quamdam terrenæ administrationis imaginem in cælo perspiciens, istis potestatum gradibus innixa, quasi per scalam ad summum omnium moderatorem faciliùs ascenderet.

Pag. 207, *lin.* 24 : decem venti ....

Illi decem venti sunt quinque *pran, apan etc.* (N.° LXII, p. 302), et eorum quinque *mokel.* Hi τῶ *kian,* seu scientiæ causâ sunt; illi, τῶ *karm*, caloris seu vitæ. Quibus omnibus cum *djiw* *âtma* recedentibus, homo moritur; quod luctum creat : ex quo undecim *Roudr* appellantur. Non statim menti se offert analogia : verùm veterum librorum mysticæ explicationes facili animo excipiendæ sunt.

Pag. 208, *lin.* 3, 4 : duodecim soles .... duodecim annus et mensis.

Id est, ex eô duodecim soles nominantur, quòd sol, quoque mense, unum *bordj* (*signum*) peragret. Sic duodecim solibus, seu menstruis itineribus, annus conficitur, qui vitæ hominis et entium subsolarium mensura.

Ibid. lin. 10 : *Andr* nubes est; et *Pradjapat, djak.*

Novum allegoriæ specimen. N.° XX, *p.* 86, *Andr* τῶν *fereschtah* rex est; et hìc, nubes, eo quòd τῷ *bidjr*, instrumento bellico, quemadmodùm nubes fulgure, armetur. *Pradjapat djak* nominatur, seu animal (equus mundum totum repræsentans : N.° XXI, *pag.* 99, 100) in *korban* occisum.

Ibid. lin. 23 : tres mundi ....

Scilicet, præsens, futurus, et mundus somni.

Ibid. lin. 26 : fruges (*terræ*) .... et *pran.*

In hoc omnia consistunt; frugibus (alimento), et *pran* (aeris motu reciproquo).

Pag. 209, *lin.* 1 : ventus qui sufflat.

Ventus, N.° XXXIV, *p.* 190, sumitur pro *Haranguerbehah,* qui collectio elementorum simplicium. Agens istud universale, omnia flatu suo vivificans, multiplicans, *pran,* Deus justus, *Brahm* est : proindè unus *magis,* solùm, orbis totius *mokel*, præ-

fectus, rector necessarius (*zerourter keh az ou tschareh na baschad .... gouzirter*).

Pag. 209, *lin.* 14 : et lux quæ ; *lege* : et lux, quæ.

Ibid. lin. 20, 27 : *porsch* .... [causa] productionis ejus. *N.° XXXI, p.* 181, vidimus τὸν *porsch* propriè agens esse, quod in subjecto, quo inhabitat, operatur, illius subjecti actiones exequitur, illud ipsum est. Hoc in loco, *causa productionis,* est causa vel existentiæ, ut femina τȢ *porsch,* qui, sub corporis humani figurâ, velo sese monstrat; et *djehat* (atmosphera), auditûs; cor, appetitûs carnalis; *bran,* aquæ; pater, filii : vel simplicis rationis, quemadmodùm visus relativè ad solem; inscitia, ad umbram; loquela, ad ignem.

Pag. 211, *lin.* 5, 6 : in existentiâ apparenti lunæ est.

Cor dominium lunæ est (*N.° XXXI, p.* 176); ex quâ aqua vitæ, guttæ seminalis fons, provenit.

Pag. 212, *lin.* 10 : lux quæ ; *lege* : lux, quæ.

Pag. 213, *lin.* 6 : *Pradjapat.*

Hoc Agens, collectio elementorum simul fermentantium, hîc omnium pater est, et, per metonymiam, quilibet pater. *N.° XXII, XXIII, p.* 102, etc.

Ibid. lin. 12, τῷν ; lege : τῶν : *lin.* 14, *djehet;* lege : *djehat.*

Ibid. lin. 16 : in (*te*) ipso ostende.

Mystica et metaphysica hominis partium, etiam operum moralium, ceremonialium, operationum mentis, cum reliquo orbe conjunctio, quæ attenti lectoris meditatione digna videri potest.

Indo primùm externam mundi ordinationem confiteri, deindè illam in seipso agnoscere, seipsum τῶν *mokelan* loco subrogare, se illos dicere, injunctum est. Hùc redit semper Indica spiritualitas, se solum in omni videre : et, quod fortè mirum apparebit, *egoitas*, superbia, nihilominùs præcisè, clarè condemnatur, arguitur.

Sic nodus solvitur. Homo omne est, scilicet in Deo, per Deum; nihil in se vel per se. Undè ergò gloriaretur?

Pag. 214, *lin.* 6-12 : opera misericordiæ .... in *tofik* (*gratiâ Dei*).... in corde ....

Textum Persicum hîc appono.

Poursid kheirat dar kodam mehel mibaschad, goft dar tofik tscheh dar Beid *mokarrer gaschteh keh har gah tofik rafik kardad kheirat dehend poursid tofik dar kodam mehel mibaschad goft dar del tscheh tofik az del kheizad o dar hamin del mibaschad.*

Infrà, T. II, N.° XCI, p. 17.

Gratia Dei adjutrix, efficax, necessaria ad bonum faciendum, nec tamen libertati officiens (*N.° XXVII, p.* 159), in corde residet : dogma sanè, quod in relligione Indicâ adeò luculenter expressum non putassent.

Pag. 215, *lin.* 16 : *hardi* .... pectore, quod in eo intellectus est.

Intelligentia in pectore, corde (non in capite) hîc asseritur; quod jam observatum est.

Ibid. lin. 22 : et comedant.

Post hæc verba, hoc in loco, verisimiliter deest in meo *ms.* et nat. comma sequens :

« Hoc modo est, ô *Djaknoulak!* verùm dic : in *djehet* (*latere*)
« deorsùm cum figurâ cujusnam *mokel* existis?
« Dixit : cum figurâ corporis subtilis et crassi.
« Rursùs *Schakl* petiit, quòd mansio .... « Vide *N.° XLII*, *p.* 228.

Quæ omissio sensui nihil officit.

Ibid. lin. 27, 28; *pag.* 216, *lin.* 14 : *pran* .... in *apan.*

Quatuor ventorum exteriorum in ultimum *saman*, quasi resolutio : quod tamen non est *âtma*, ens incommunicabile.

Pag. 216, *lin.* 19 : *porschi* [unicum], quòd secùs ab *Oupnek'hat* τȣ *Beid* ....

Unus *porsch* perfectè simplex et stabilis, unus *âtma*; unum Æns et agens, universaliter doctrina est specialis τȣ *Oupnek'hat* è *Beid* extracti; nec absque hoc opere sciri, cognosci potest; quoniam, videlicet, in quatuor *Beid* diffusa, non æquè menti, ac in libro ubi omnes ejus partes, sibi invicem hærentes, eodem collineant, obvia est.

Pag. 216, *lin. ultim. Radjah djang;* lege : *Radjah Djank.*

Pag. 217, *lin.* 17, 18, 20 : quemadmodùm quòd [arbor] ... fructus corporis.

Arboris cum hominis corpore fusa et accurata collatio.

Pag. 218, *lin.* 6, 20, 21 : illa radix quænam est .....

Brahmi ....

Brahmi, forma Entis, roboris et scientiæ, id est, *âtma*, qualitates, unam alteri, oppositas congregans, in se halitûs (*N.° XXXVIII*, *p.* 200) radix est, undè homo, quem mors, veluti arborem, secavit, reviviscit.

N.° XLI.

Pag. 219, *lin.* 12 : verum; *lege :* verùm.

Ibid. lin. 23 : Hoc quarta pars τȣ maschghouli .....

Loquela *Brahm* est; suî ipsius corpus est; *âkasch*, locus ubi illa est; loquela est intellectus purus : hæc quatuor commata integrum *maschgouli*, cujus *pram Brahm* verè objectum est, conficiunt : et sic de cæteris sensibus, corporis partibus.

Pag. 220, *lin.* 21 : modus (*mos*) patris mei ....

Indico more institutores pauci in Europâ invenirentur. Stipendium ubique, antè scientiam à discipulo acquisitam, in magistro studium creat et alit.

Pag. 221, *lin.* 10 : (*Illum*) dilectum ....

Pran, spiritûs tractus et emissio, proindè vitæ fons, dilectus

est; propter quem et quo medio hominis actiones etiam irritæ, periculosæ conficiuntur.

Pag. 224, *lin.* 17, 20 : *anand*, lege : *ânand.*

N.° XLII.

Pag. 228, *lin.* 3 : Et nomen illius venæ *Sakhemna* .....

De pectore (*hardi âkasch* et corde *p.* 227) actum est. Vena quæ è corde (N.° LXXVIII, *p.* 372) *sursùm progreditur*, videtur esse *æsophagus*, per quem alimenta in stomachum intrant, et indè in totum corpus distribuuntur.

Cæterùm, ex hoc loco, et alio suprà citato, fortè concludi posset quæ fuerit anatomica apud veteres Indos corporis humani scientia. Certè major hodiedùm apud eorum posteros non invenitur. Indorum moribus et indoli absolutè repugnat ars dissectionum; quo solo cognosci potest corporis humani status interior.

Ibid. lin. 13-17 : Huic *porschi τὰ pranha* est (*sunt*); qui in latere orientis .... in latere deorsùm.

Suprà (N.° XL, *p.* 209-216) octo *porschi* nominati sunt; hìc *pranha* istorum *porsch*; id est, *pran* unicus qui omnes includit.

Ibid. lin. 21 : Et hi omnes *pran*, non *atmaï* purus est (*ve in hameh pran nah atmaï ssarf ast; et* N.° LXXI, *p.* 332).

Pluries dictum est quemque *pran*, sicut quodcumque aliud ens, esse *âtma* : hìc autem *pramha* non esse *âtma purum* disertè asseritur. Verbo *purum* (*ssarf*) contradictio evanescit. *Atma purus* est *âtma* universalis, nullo modo *ligatus*; particularis, ut tali speciatim functioni, officio addictus, quemadmodùm *djiw âtma*, in corpore, *pran* etc., est *âtma*, sed non *purus.*

Hæc distinctio cum Indico systemate non pugnat; in quo *âtma*, quisquis sit, etiam *djiw âtma* (N.° XLIV, *p.* 262), cuncta entia simul vel separatim sunt *pram âtma*, qui certè *âtma* purus est.

Pran et *âtma*, in quocunque statu, essentiam suam, quâ *pram âtma* sunt, nec amittunt, nec amittere possunt; quamvis, pro tempore, sub particularitatis velo quasi lateant, et errore à *maïâ* producto, agentium privatorum, delegatorum instar, esse et operari videantur.

Mysterium quoddam, in hoc dogmate, primo aspectu apparet. Altiùs perpensum, rerum omnium harmoniam, orbis universi concentum, miro et inaudito modo expressum, præbet; sed opertum caligine, quam diversorum respectuum, diversarum rationum distinctio partim saltem fugare potest.

Pag. 229, *lin.* 8 : nati τȣ̃ *Badieh.*

Celebre heroum Indorum genus, cujus nomen fortem et strenuum indicat bellatorem (*N. XXXIV, p.* 202).

N.° XLIII.

Pag. 230, *lin.* 6, 7 : causa motuum et operationum illius *porsch,* quodnam lumen est? ....

Porschi, agens de quo hîc quæstio, homo totus, corpus et anima est, cujus operâtiones primùm lumine astrorum vel vocis producuntur, diriguntur; 2.° et principaliter, lumine ipsius *âtma.*

Tres sunt mundi, in quibus homo ab *âtma* regitur; 1.° Mundus præsens, dùm homo vivit, ubi status vigiliæ; 2.° Idem mundus, cum statu somni [1] sine vel cum somnio; 3.° Mundus futurus, seu *behescht,* paradisus, post mortem.

---

1. Quod somnum, ejus naturam, causam, necessitatem spectat; quod somnia; quod elementa vitæ, scilicet, alimentum, motum (exercitium), somnum sivè quietem; aerem purum seu vitalem aspiratum et expiratum; aquam vitalem, sivè succum nervosum; quinque sensus, eorum actionis fontem; sextum sensum, intellectualem, propriè et realiter animam, mentem : hæc omnia satis clarè exponuntur in opusculo Parisiis, anno IX Reipubl. Gallic. (1800), 2.ª edit. (1.ª anno

In mundo præsenti, *djiw âtma*, à *pran* adjutus, tempore somni cum somnio, homini phantasias ostendit, seu meras apparentias; corpore crasso relicto, sensibus et aliis animi facultatibus secum in cor ad corpus subtile quod produxit cum vigiliæ operibus bonis vel malis adducit; quibus mœrens vel lætus est; in variis vigiliæ statibus, conditionibus iis operibus congruis, ex

---

1793 prodiit), publicato, cui titulus : *Du sommeil, par le citoyen* Chabert, *directeur de l'école vétérinaire d'Alfort, membre associé de l'Institut national des sciences et des arts, membre de la Société d'agriculture du département de la Seine, de plusieurs académies et sociétés savantes.* Loca ipsa ad diversa ista capita pertinentia, curiosum lectorem hîc videre non pigebit.

(*P.* 1.) „ Pendant le sommeil il y a cessation d'action d'organes, des sens, et „ cessation de tous mouvemens volontaires : mais il n'y a pas cessation de mou- „ vemens involontaires. „

(*P.* 9.) „ La principale cause du sommeil est dans l'émission du suc nerveux, „ ou la perte qui s'en fait pendant la veille. "

(*P.* 6.) „ Ce repos est un temps nécessaire à la filtration de nouveaux sucs „ nerveux, dont la perfection seule remplit le vœu de la nature. "

P. 9.) „ Les corps tactiles n'agissant plus sur elle (la nature), le repos se mani- „ feste par le relâchement des muscles, et par l'affaissement des membres; cette „ cessation des sensations est bientôt suivie du sommeil, qui est d'autant plus „ doux et d'autant plus restaurant qu'il est plus complet. „

Hîc agnoscere est τὸν *sak'hepat* Indorum, qui perfectior somni gradus.

(*P.* 25) „ Quant aux rêves ..... ces phénomènes dépendent de l'irritation „ qu'aura éprouvée tel ou tel plan de fibres pendant la veille. Cette impression, „ n'ayant pas eu le temps de s'effacer, se trouvera rappelée avec plus ou moins „ de force et de clarté, au sixième sens, après que tous les autres auront cessé „ d'agir. „

(*P.* 26.) „ Il y a cela de remarquable dans les sensations que font éprouver „ ces sortes de rêves, que la durée en est d'autant plus grande que la cause qui les „ produit est moins active ..... „

„ Quant aux rêves qui rappellent des particularités qui se sont passées depuis „ un temps plus ou moins considérable, on ne peut que les rapporter au renouvel- „ lement d'une disposition de la machine qui se trouve telle, dans le moment où

ignorantiâ versari videtur : vel vigiliæ opera, accidentia, menti repræsentat, quasi existentia, licet reverà nihil sint.

Quandò homo expergiscit, idem *djiw âtma* facultates, agentia, quæ secum abstulerat, foràs producit; et in homine ludum suum ludens, actiones vigiliæ, cum figuris et existentiis apparentibus perficit.

„ ils ont lieu, qu'elle se trouvoit dans le temps où l'action s'est véritablement „ effectuée."

Jejuna sanè et manca explicatio, ad materialismum accommodata : quomodò facta præterita, etiam à longo tempore, cum circumstantiis, cogitationibus, rationamentis, denuò menti repræsentare posset idem iste et solus machinæ situs?

P. 35.) „ Ces trois parties (la nourriture, l'exercice, le sommeil), quelque dif- „ férentes qu'elles puissent être entre elles, n'en sont pas moins indispensables; „ car il est évident que c'est par la triple combinaison de ces trois moyens, mis en „ action l'un après l'autre, et réagissant l'un sur l'autre,

Hic ad memoriam revocare liceat justam trium qualitatum, toties in *Oupnek'hat* memoratarum, scilicet, creationis, conservationis, destructionis, quibus tota natura constat, temperaturam :

„ que nous parvenons à mettre nos corps dans cet état de repos doux, paisible „ et restaurant, qui constitue le vrai sommeil."

(*P*. 10.) „ Les premiers élémens du fœtus sont une goutte de fluide (*gutta semi-* „ *nalis* τȣ *Oupnek'hat*) douée d'un mouvement particulier. Ce mouvement, soit „ qu'on le regarde comme inhérent à cette goutte de matière, soit qu'il lui ait été „ imprimé lors de la conception, n'est bien sensible dans les volatiles ou ovipa- „ res qu'après quarante - huit heures d'incubation."

(*P*. 10, 11.) „ La partie (du fœtus dans les vivipares) qui se meut la première, „ est le cœur. Il se montre sous forme d'aréole. Toutes les autres parties, étant „ transparentes, ne peuvent être aperçues. Il se resserre, et se dilate. Ces deux „ mouvemens sont sans intermittence et sans interruption; „ ils ne finiront qu'avec la vie.

(*P*. 12.) „ Ce n'est que lorsque le fœtus est sorti de l'enceinte qui le tenoit „ asservi, qu'il jouit de ce qu'on appelle la vie animale : sa première action, lors „ de sa première immersion dans l'air, est l'éternument; la forte inspiration que „ cette action exige pour être effectuée, met les poumons en jeu, et la respiration, „ une fois commencée, ne peut plus s'éteindre qu'avec la vie."

In somno alto, qui *sak'hepat* nominatur, homo nihil omninò somniat : in utroque, minimè sibi, statui suo attentus, quomodò ex uno statu in alium transeat, qualis propriè in quoque statu sit, quis illas mutationes et quâ ratione exequatur.

Pran venti, seu spiritûs ductionis, à quâ vita animantis pendet, descriptio.

(*P.* 13.) „ La respiration étant en action, le sens du goût (dans l'enfant nouveau-né) ne s'est annoncé qu'après plusieurs inspirations et expirations successives; ce qui porte à croire que la portion *d'air pur* ou *vital* qu'a aspirée la substance pulmonaire, se mêle au sang, et que ces fluides, ainsi combinés, deviennent, à compter de cette époque seulement, propres à fournir au cerveau la véritable matière de filtration du *suc nerveux*. Peut-être que ce suc n'est, à proprement parler, que ce même *air pur*, modifié d'une certaine manière; mais tout ce qui nous paroît suffisamment prouvé, c'est son existence (quoiqu'elle soit niée par un grand nombre d'auteurs ; *p.* 38, *not.* 1). "

(*P.* 34.) „ Fluide par excellence (qui a peut-être une sorte d'identité avec la matière électrique (*not. cit.*), dont l'existence semble nous être démontrée, sans que néanmoins nous en connoissions la nature, et qui paroît être le principe primitif de tout ce qui compose la machine humaine. "

Aerem purum, vitalem, eundem ac succum nervosum, attende.

(*P.* 4, 5.) „ Les organes, de quelque nature qu'ils soient, et dont l'ensemble constitue notre frêle machine et concourt à son existence, ne sont que des agens passifs. Ils n'exercent les fonctions qui leur ont été départies que par l'entremise des nerfs; et ces mêmes nerfs ne deviennent agens actifs que par le *fluide nerveux* qu'ils reçoivent du cerveau, du cervelet et de la moelle allongée, pour le transporter dans toutes les parties de la machine; car il n'est aucun point de toute la surface, tant intérieure qu'extérieure, qui puisse jouir de la vie sans sa présence. "

„ Ce fluide, dont la nature et la fabrication nous sont inconnues, est l'ame de la machine animale ; il est l'agent efficient de tous ses mouvemens; il exerce sur toutes ses opérations un empire absolu ; sa présence constitue la vie; et cette vie, ou les facultés qu'elle détermine, en opèrent la filtration et la distribution pour l'exécution des fonctions. C'est ainsi qu'il est tour à tour cause et effet de sa perte et de son renouvellement; ainsi, et de la manière que le *sommeil* agit pour amener *l'exercice* des corps, et leur exercice pour amener le sommeil. "

In somno figuras, phantasmata fingit, deliciis quasi fruitur, motus animi experitur, se esse tale animal, in tali periculo imaginatur, sine novâ creatione vigiliæ crises, apparentias rursùs menti offert : successivè è statu somni cum somnio, ad statum

---

(*P.* 7.) „ Quant au *sens intellectuel*, ce sixième sens (qui ne commence à donner des signes de son existence qu'à fur et mesure que le sujet approche de sa „ puberté (*p.* 14), produit par tous les autres (*materialistarum* more auctor loqui- „ tur), dont l'étendue et la perfection dependent du bon usage que l'on peut faire „ et même qu'on a fait des images réfléchies sur nos sens extérieurs, n'opère pas „ moins, à sa manière, une consommation très-considérable de *sucs nerveux*. On „ observe même qu'il en consomme d'autant plus qu'il est plus long-temps et plus „ fortement employé. L'usage modéré ou immodéré qu'on en fait, pour l'étude, la „ méditation ou les combinaisons, en déterminent la conservation ou la perte, selon „ le degré d'exercice qu'on lui donne. Dans un état d'attention très-soutenue, nous „ éprouvons que la trop grande tension de notre esprit nous isole des objets exté- „ rieurs, au point que rien ne nous frappe plus que l'objet de notre occupation „ actuelle, et que tout le reste est nul pour nous. Dans un état d'application encore „ plus forte, ce sens, à mesure que cet état augmente ou se prolonge, finit par „ s'émousser au point de refuser le service, tellement que les choses peuvent aller „ par degrés jusqu'à l'altération de la raison : tant il est vrai que le terme de sa „ perfectibilité touche à celui de son abolition ..... "

Sextus iste sensus, nihil aliud est quàm *djiw àtma* (spiritualе principium vitæ vegetativæ, animalis, spiritualis), qui quinque sensuum operationes exequitur, æquè ac ex iis operationibus nascentes actus, cogitationes, meditationes, comparationes.

„ De tout ce que nous venons de dire, nous devons nécessairement conclure „ que nos facultés morales sont relatives à nos facultés physiques, et que celles-ci „ sont absolument subordonnées aux moyens que l'on prend pour les alimenter, „ soit par la voie de *l'exercice*, soit par celle des *alimens* proprement dits, soit par „ la voie *du repos.*"

Quisquis hoc excerptum cum iis quæ in *Oupnek'hat* de somno, somnio, *pran* vento, aquâ vitæ, guttâ seminali, sensuum vis et actionis causâ, leguntur, attentè contulerit, philosophis Indis prima rerum, animalis machinæ motûs et vitæ principia, eo gradu cognita fortè mirabitur.

sine somnio, vel vigiliæ pergit; undè ad primum, vel secundum redit; quoniam isti diversi status non sunt τȣ̃ *djiw âtma*, qui primitùs *âtma* sine cessatione est, status.

Verùm in *sak'hepat* summam requiem capit. In hoc statu, ubi nihil omninò sentit, bonum et malum, ens et non ens ei idem sunt; nihil videt, omnia videns; in perfecto ens et non ens existit, omnia et nihil, objectum simul et subjectum et agens: in hoc statu seipsum plenè possidens, sensibus tacentibus (*infrà*, *T*. 2, *N.° CVIII*, *p*. 86, 87), quasi exutus corpore sensibili, soli invisibili addictus, se *Brahm* esse scit, ipse *Brahm* est. (Vide *N.° LXII*, *p*. 300.)

Status somni medius est inter vigiliam et mortem; quo tempore, *djiw âtma* è corpore exiens, à sensibus, elementis crassi et subtilis corporis separatur.

Hæc est summa hujus *Brahmen*, quo sola in Deo existentia, sivè vigilantis, sivè dormientis hominis, ut dogma unicum, supremæ felicitatis culmen et causa, iteratim et cum diversis comparationibus edocetur.

De statu sine somnio, et eo statu quo homo, omni corporis et animi motu cessante, seipsum in perfectâ quiete tenet, loquentem audiamus celeberrimum MONTAIGNE. « Nous ne sentons rien[1], inquit summus Philosophus, corporis et animi optimè gnarus, « de plus doulx en la vie, qu'un repos et sommeil tranquille « et profond sans songes ..... [2] Ils (le reste des hommes) « joüyssent les autres plaisirs, comme ils font celuy du sommeil, « sans les cognoistre. A celle fin que le dormir mesme ne m'eschapast ainsy stupidement, j'ai aultrefois trouvé bon qu'on me le « troublast, pour obtenir que je l'entreveisse. Je consulte d'un contentement avec moy: je ne l'escume pas, je le sonde: et plie ma

---

1. Essais (1611); *liv.* 3, *ch.* 12, *p.* 1062.
2. *Ibid. ch.* 13, *p.* 1125.

« raison à le recueillir, devenue chagrine et desgoustée. Me trouvé-
« je en quelque assiette tranquille, y a t-il quelque volupté qui
« me chatoüille? Je ne la laisse pas friponner aux sens, j'y associe
« mon ame. Non pas pour s'y engager, mais pour s'y agreer : non
« pas pour s'y perdre, mais pour s'y trouver. Et l'employe de
« sa part, à se mirer dans ce prospere état, à en poiser et estimer
« le bonheur, et l'amplifier. Elle mesure combien c'est qu'elle
« doibt à Dieu, d'estre en repos de sa conscience, et d'aultres passions
« intestines : d'avoir le corps en sa disposition naturelle : joüys-
« sant ordonnement et competamment des fonctions molles et
« flatteuses, par lesquelles il lui plaist compenser de sa grace les
« douleurs dequoy sa justice nous bat à son tour : combien
« luy vault d'estre logée en tel point, que où qu'elle jette sa veuë,
« le ciel est calme autour d'elle ; nul desir, nulle crainte ou
« doubte, qui luy trouble l'air : aulcune difficulté passée, presente,
« future, par dessus laquelle son imagination ne passe sans
« offense. »

Gallus sapiens, *divitiarum naturalium quæsitor*, uti se præbet[1] *acerrimus*, moribus facilis, et vitæ amœnæ, sed motuum internorum et externorum expertis, studiosissimus, illam τῶν *Brahmanum* à sensibilibus absolutam secretionem haud libenter tulisset : verùm profundam in Ente supremo, in nihilo quietem, affectionibus et sensibus sopitis vel silentibus, si cognovisset, quâ erat indole, forsitan quærere et experiri tentasset.

Pag. 233, *lin.* 13, quod; *lege :* quòd.

Pag. 236, *lin.* 19, 20 : tempore requiei, totam vim sensuum ... in corde collectam fecit ....

Hæc vis sensuum in corde collectio, tempore somni, Alcmeonis sententiæ, à Plutarcho relatæ, respondere potest. *Alcmæo,*

1. *Libr. cit. p.* 1126.

inquit, [1] *somnum existere ait sanguinis in concursum venarum receptu : ejusdemque diffusione nos evigilare : plenum autem abscessum mortis esse causam.*

Pag. 136, *lin.* 25 : si unâ vice (*subitò*) expergefaciunt...

Hominem somno immersum repentè excitare vetant Indi medici, ne subito motu sensus sopiti rectè nec surgant, nec membra sibi propria aptè occupent ; et sic illa membra torpentia, quasi mortua maneant, medicinæ artis vi haud sanabilia. Nimias et improvisas vitandas esse commotiones sivè quandò homo dormit, sivè quandò vigilat, hoc prudens indicat præceptum. Cerebri, sensuumque debilitas quasdam, absque vitæ periculo, aut mentis alienatione, quassationes experiri non valet. Notum est illud infantiæ celeb. *Montaigne,* quod adultis æquè convenit. « Parce qu'aulcuns tien- « nent, inquit peritus infirmitatum humanarum pictor, [2] que cela « trouble la cervelle tendre des enfants, de les esveiller le matin en « sursault, et de les arracher du sommeil, ... tout-à-coup et par « violence; il (son père) le faisoit esveiller par le son de quelque « instrument, et ne feut jamais sans homme qui s'en servist. »

Pag. 240, *lin.* 4, illorum; *lege :* illarum.

Ibid. lin. 5, 6 : illæ venæ cum quibusdam rebus, albâ, et nigrâ, et flavâ, et viridi ... et rubrâ ... et *aoudia*, cum ipsis his utensilibus .... figuras .... colore cum colore .... in somno ostendit.

Humores diversi coloris, in quibus chylus, phlegma, bilis, sanguis dignosci possunt, venis contenti, imaginum, phantasiarum, figurarum homini somnianti præsentium, causa. Similiter, N.° XLIV, *p.* 257, quinque colores in medio venarum *heta*.

---

1. Αλκμαίων ἀναχωρήσει τȣ͂ αἵματος ἐις τὰς ὁμόῤῥȣς φλέβας ὕπνον γίνεσθαι φησί· τὴν δὲ ἐξέγερσιν, διαχύσιν· τὴν δὲ παντελῆ ἀναχώρησιν, θάνατον. PLUTARCH, *T.* 2, *de Placit. Philosoph. libr. V*, *cap.* 24, *p.* 909.

2. Essais; *lib.* 1, *ch.* 25, *p.* 142.

Vaporibus, digestionis motu, à stomacho ad caput pulsis, somnia produci notum est. Hîc, capitis, quod cogitationis, imaginationis sedes perhibetur, loco, juxtà Indicum systema cor ponitur.

Pag. 242, *lin.* 24, 25; *pag.* 244, *lin.* 20: in hoc statu quamvis quidquam homo non videat, videt .... immunis est. Mercedem vitæ suæ (*hoc esse*) sciunt.

Hominem in hoc statu purum corpus absque animâ diceremus: Indi ad supremum cognitionis, cum Ente supremo conjunctionis gradum pervenisse opinantur. Indè verisimiliter provenit summa et generalis in Indiâ, Asiâ totâ, stultis, imbecillibus (*divani*) præstita reverentia. Quò longiùs ab animalis ratione præditi statu discedit homo, eò propiùs ad Deum accedere videtur!

Quid est ergò ratio? Homo-ne cùm dormit, cognoscens, sapiens est, vel cùm vigilat? Nec nulla nec nimia rationi humanæ fides habenda. Notum quàm spissâ obducta caligne fax illa sæpè inveniatur, ubi divinæ rationis lux menti dignatur affulgere.

Pag. 245, *lin.* 3, 8, 12, 13, 14, 15; *pag.* 246, *lin.* 11: *anand* .... *petrlok* ... *kandherplok* ... *kramdiw* ... *atschandiw*; lege: *ânand* ... *petr lok* ... *kandherp lok* ... *kram diw* ... *atschan diw*.

Samskreticè, *kramha*, ordo, gradus, vicis: *krayaha*, terra, globus cœlestis. Sic *kram diw* erit ordo, orbis τῶν *diw*.

Samskreticè, *atsch*, qui è nemine natus (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 560 *vers.*): hic sensus geniis cœlestibus convenit.

Ibid. lin. 17: *sak'ha* sua ....

Samskreticè, *schâkaha*, dapes; in *Mahabarat* (14 *Porb. fol.* 692 *rect.*) *sak'ha*, genus edulii. Samskreticè, *sakhâ*, amicus; sic, in *Mahabar.* 13 *Porb. fol.* 624 *vers.* Indicè.

È duabus istis significationibus, cum *Oupnek'hat* comparatis, erui potest, *sak'ha*, esse loca è divinis libris desumpta, quæ cum

intelligentiâ et gaudio, tanquàm animæ alimenta, legere, Indus officii ducere debet.

Pag. 245, *not.* 2; *schakgaha*, lege : *schakyaha*.

Ibid. lin. 25, *ad pag.* 246, *lin.* 5, 6, 10, 12 : gaudium .... mundi τȣ̃ *Pradjapat* .... τȣ̃ *Brahma* .... τȣ̃ *Brahm* .... τȣ̃ *Bram lok.*

Omnes ergò illi felicitatum, deliciarum gradus, sunt merè symbolici : cùm *Pradjapat* nihil aliud sit quàm elementa composita ; uti, *N.° XLIV*, *p.* 253, *Haranguerbehah*, elementa simplicia; et *Brahma*, qualitas creationis ; optima autem et suprema beatitas in eo consistat, ut homo externi et interni nescius, verùm se *pra Brahm, pram âtma* sciens, cognitione plenus, eâ immersus, in eâ solâ quasi ad nihilum redactus, perfectè, absque ullo corporali motu, veluti altùm dormiens, requiescat.

Pag. 247, *in marg.* *N.° XXXI*; lege : *N.° XXXI*, *p.* 182.

Ibid. lin. penult. ultim. ad pag. 248, *lin.* 4 : ut corpus crassum reliquit, cum corpore subtili .... acquisivit.

Corpus quod, homine defuncto, sumit *djiw âtma*, qui, tempore somni, crasso depulso, subtile induit, est alterum corpus subtile, quocum ad mundos actionibus suis respondentes pergit. Vide *suprà*, *N.° VI*, *p.* 24.

N.° XLIV.

Pag. 249, *lin.* 5 : in statu τȣ̃ relinquere corpus ....

Quandò homo animam exhalat, sensus et eorum facultates ad ea, undè primitùs egressa sunt, elementa, agentia, entia revertuntur.

Pag. 250, *lin.* 1 : virtus .... τȣ̃ gustare ....

Illa vis (*kowat tschaschidan*) est ipse gustatus materialis; et virtus gustûs (*kowat dzaekeh*), facultas gustûs quasi spiritualis.

Pag. 251, *lin.* 8; (*et*) cùm; lege: (*et*) ut, cùm: *lin.* 10, manserat: *lege:* manserat;

Ibid. lin. 12; *pag.* 254, *lin.* 23, *ad pag.* 255, *lin.* 5: si hæc persona opus fecit, quòd cum mundo (*ad mundum*) solis eat ....

Varii orbis universi mundi determinatam cum corporis membris rationem habent; et etiam coloribus, qui in venis *heta* apparent, peculiares assignantur *mokelah*, præfecti (*p.* 257). Per illa membra, *djiw âtma*, qui, mortis momento, corpus deserit, ad istos mundos, juxtà mortui meritum, tendit, cum corpore novo, vitæ præteritæ, et sic τȣ *djiw âtma* desiderio accommodato.

Filius, ut jam dictum est, vel quicunque alius opera hujus hominis imperfecta perficit; et eo modo pater, in inferiora, corpus denuò sumpturus, descendere non coactus, optatâ felicitate fruitur.

Pag. 252, *lin.* 10; (*appentiâ*), lege: (*apparentiâ*).

Pag. 253, *lin.* 10, 21, 22, 25: ille *djiw âtma* .... et in appetitu carnali, forma appetitûs carnalis .... actiones facit.

Actus omnes, sivè bonos, sivè malos, vel purè physicos, ipsius appetitûs carnalis, omnes sensationes, affectiones, *djiw âtma*, qui formâ *Brahm* est, exequitur, eorum nomen habet.

Pag. 254, *pro pag. num.* 154 lege: 254; *in margin. N.° XXV*, lege: N.° XXV, *p.* 148.

Pag. 255, *lin.* 13, 14, 21, 22, *ad pag.* 256, *lin.* 3: illa persona ... sine volitione est ... in *âtma* ... omnia obtinuit ... moriens est.

Nihil absolutè velle, cunctæ rei mortuum esse, quoniam ipso *Brahm*, qui omne est, homo plenus effectus est, ultimus perfectionis gradus, quò homo iste, in ipso hoc corpore, etiam *Brahm* evadit. Hæc est vera, sola vita: desideria morientem reddunt.

Pag. 255, *lin.* 19; cum, *lege :* cùm.

Pag. 256, *lin.* 13 : ei *Brahm lok* factus est.

Proindè quidquid de variis mundis spiritualibus, ad quos animæ, operum mercedem recipiendi causâ, progrediuntur, dictum, in sensu allegorico, ut jam observavi, sumi debet. Diversi isti mundi, hominis statum relativè ad animæ perfectionem, virtutes, merita, repræsentant : quicunque *Brahma* vivendi ratione effectus est, mundum τȣ *Brahma* obtinere dicitur; *Brahm* ei *Brahm lok* redditur. Nova systematis Indici clavis.

Pag. 257, *lin.* 1, 10, 15, 26 : lucem ens ... lucis entis ... lucis entis ... luce ente; *lege :* lucem-ens ... lucis-entis ... lucis-entis .... luce-ente : *illa*, lege : *illâ.*

Ibid. lin. 1, 3, 20 : *salekan* .... dicunt quod albo colore est .... (*nam*) *Brahm* sine colore est ....

Juxtà colorem quem in venis vident, lucem-ens illo colore esse dicunt, errantes; cùm *Brahm* sine colore sit. Vide quinque illos colores in venis contentos, N.° XLIII, p. 240.

Pag. 258, *lin.* 26, 27, *ad pag.* 259, *lin.* 1, 3 : quisquis τὸν *Brahm* non scit .... eum .... obscuritas summa deorsùm cepit.

Qui *âtma* non cognoscit, in tenebrarum mundo demergitur. Antiqua, ut videre est, doctrina; extrà Ens supremum cognitiones nihil aliud esse, quâcunque scientiâ valeant, glorientur, quàm spissas tenebras, caliginis mundum.

Pag. 259, *lin.* 24, 25 : sensus .... sextus *Bhout âkasch.*

Suprà, N.° 11, *p.* 10, *Bhout âkasch* interpretatur : *comprehendens elementa quatuor;* hìc, sextus sensus est, in *âtma*, cum quinque aliis comprehensus. Sic diversarum orbis partium connexus declaratur, diversâ eorumdem agentium acceptione.

Pag. 260, *lin* 5 : Quisquis hunc unum *âtma* separatum ....

Atma non quælibet res separatim sumpta, sed omnia simul. Vide N.° XIV, p. 47; N.° XXVII, p. 163.

Ibid. lin. 11 : is *biapek* est.

Viator Bernier [1] illud quod *biapek est esse incorruptibile* asseverat : hic *biapek* est, circumdans omne (*immensum*) ; quod significationi primùm datæ : *abakt*, non manifestus ; *biabakt*, manifestus (ubique sensibilis), magis congruit.

Ibid. lin. 17, 18 : *kiani* .... libros plurimos non legat ....

Homini meditatione τὸν *Brahm* assecuto, verè possidenti, lectio multa inutilis, imò noxia : illum ab objecto cui inhæret avocare posset. Forma scientiæ factus, in hoc requiescat.

Ibid. lin. 21, 27, 28 : *âtma* ... productum faciens bonum ... et malum.

Bonum et malum *âtma* producit, quatenùs cunctorum orbis motuum causa superior, nec tamen ulli defectui pervius.

Pag. 261, *lin.* 16, 17, 18, 23 : *beidanian* .... volitionem uxoris et natorum non fecerunt .... hic mundus ....

Veteres Indi, τὸν *atma* possidentes, mulierum, natorum, bonorum, etiam τȣ̃ *behescht*, seu futuri mundi, desiderium abjiciebant ; supremo bono hoc in mundo (*hic mundus substantia est*) repleti et contenti, mendicantium statum eligebant.

Pag. 262, *lin.* 20, 21, 24, 26 : *Brahmdan* ... *Brahmdani* ... lege : *Brahm dan* .... *Brahm dani*.

Ibid. lin. 21, 27, 28, 29 : *Brahm dan* .... ex operibus non amplior .... fiat, non diminutus .... Deum sciens, Deus est ... et opus malum ei detrimentum non facit.

Homo *Brahm* ipse meditatione factus, operibus non eget ; ipsum malum (eo inscio, ut patet è conditionibus ad illum statum requisitis, factum) perfectioni nihil obest, nihil detrahit.

---

1. *Voyag. T.* 2, *p.* 161, 165. — *Suprà*, *p.* 504.

Pag. 263, *lin.* 1 : Oportet quòd has volitiones ....

Hominis Deum quemadmodùm necesse est cognoscentis descriptio; omnes malas affectiones, omnes appetitus carnales, sicut et bonorum terrestrium usum excludens, simul et libris divinis et directori submissionem præcipiens : verum asceticæ moralis et disciplinæ manuale.

Ibid. lin. 23, *Brahmdan*; lege : *Brahm dan.*

Pag. 264, *lin.* 15, *anand sroup*, lege : *ânand sroup.*

N.° XLV.

Pag. 264, *lin.* 26; *pag.* 265 : *lin.* 9 : Ex illo *Brahm*, (*qui*) *pra* et sine fine est .... *k'ham Brahm.*

Nova nominis *pranou* (vide *suprà*, N.° *V*, *p.* 19, 21), quod *Oum*, sine fine est, cum *Brahm* connexio, identificatio; item *nominis* et *figuræ*, cum ente, cum *tsched âkasch*, cum *thout âkasch*, omnia nomina, qualitates, elementa comprehendentibus, seu cum universali et ligato.

Samskreticè, *khe*, aer : undè *k'ham Brahm*, aer subtilis, interior, *tsched âkasch* (N.° XII, *pag.* 38, *et not.* 1).

Sensus hujus *Brahmen* : *Brahm* est Ens, et simul *pranou*, *oum*, nomina, qualitates (id est, accidentia, abstractiones), universale et particulare; ens et non ens; substantia realis, et pura apparentia : dogma, ut sæpè dictum est, quo nititur verum systema Indicum.

Quærent fortè quâ ratione verbum *pranou oum* dici possit. Respondeo, 1.° mutatione litterarum, modo *kabbalistico* [1] : 2.° divisione vocis *pranou*, cujus prima pars *pra*, sine fine, magnum, immensum significat; secunda, *oum*, obscurè pronunciata, prolongata, protracta, *oum*, nazali sono commodè refert.

1. BUDDEUS; *Introduct.* etc. *Hebræor.* §. XXXVIII, *p.* 268.

Pag. 265, *lin.* 22; Ipse hic *oum*; lege: ipsum hoc *oum*; vid. et N.° *IV*, *p.* 16. *Lin.* 23; *Brahmdanan*, lege: *Brahm danan.*

Ibid. lin. 28, 29: litterâ ... quòd tribus vicibus repetita ...

Nomen *oum* pronunciatur tribus temporibus, quasi *o ou m*, veluti tres syllabas ducendo; quod litteræ tripliciter repetitæ respondet.

N.° XLVI.

Pag. 266, *lin.* 2: Nati τȣ *Pradjapat* tres divisiones ....

Vide *suprà*, N.° *XIII*, *p.* 106, 107; N.° *XXIV*, *p.* 123, 125, 126; *et* N.° *XX*, *p.* 86-95, colloquium τῶν *fereschtah* et τῶν *djenian* cum *Pradjapat*, directionis causâ.

Ibid. lin. 16: τȣ *dam.*

Dam, in *Mahabar.* (12 *Porb.* 2 *part. p.* 566 *rect.*), actio quâ sensus subjugari possunt.

Pag. 267, *lin.* 10; litteram dixit, *lege*: litteram *d* dixit.

Ibid. lin. 15, 21: benevoli sitis .... tempore τȣ tenere ....

Præter externas praxes, qualis est sensuum repressio, beneficentia et benignitas tribus creaturæ intellectualis classibus à primo Ente et ipsis meteoris, tonitru, injungitur.

Pag. 268, *lin.* 1: cum *taschdid* ....

In samskreticâ linguâ litteræ duplicatio intensionem, firmitatem propositi significat.

N.° XLVII.

Ibid. lin. 8, 9, 10: *Pradjapat* .... cum figurâ cordis apparens ....

Hic *Pradjapat*, qui elementa mixta est, *hardi*, seu pectus, cor, intellectus, *Brahm* dicitur; id est, corde, intellectu, Deo ipso, entia edocentur: mystica et metaphysica vocis *hardi*, relativè ad sensus et eorum objecta, explicatio.

Pag. 268, *lin. ultim. tan* .... sine cessatione faciens.

Samskreticè, *tanaïa,* filius, quasi dans patri perpetuitatem.

N.° XLVIII.

Pag. 269. *lin.* 20, 24: *Haranguerbehah* ... elementa pura ... elementa composita .... *vrath* .... formam τȣ *Brahm* esse scit.

Semper elementa, sive non composita, sive composita, *Brahm* ipse denominata.

N.° XLIX.

Pag. 270, *lin.* 7, 8 : Priùs ab *Haranguerbehah* ....

Vide *suprà* creationem (*N.° XXIV, p.* 121-125, 126), ubi, uti et hoc loco, præcipua illius magni operis agentia sunt *Haranguerbehah,* et *Pradjapat,* idem ac *Vrath sroup.*

Ibid. lin. 12 : *sati Brahm* est.

Sati, et *Haranguerbehah* et *Brahm,* omnium creator.

Mystica primæ vocis explicatio. Littera mota; rectum, sine morte; quiescens, mendacium, mortem significat. Vide *suprà,* (*N.° II, pag.* 9, *not.* 1), apud Sinas, duo rerum principia, *yam* et *yn* : primum, quidquid mobilius, perfectius producens; 2.um quidquid minùs mobile, gravius, imperfectum.

Pag. 271, *lin.* 1 : cum non sciret, mendacium fecit ....

Accurata Indorum de mendacio doctrina. Qui sciens, illud profert, semper reus est.

Ibid. lin. 5-7 : et *porschi* qui in sole est .... et *porschi* qui in oculo recto est .... hi ambo .... locus .... unus alterius sunt ....

Solis cum oculo correlatio, è mutuâ, licet diversâ, actione deducta.

Sic ratiocinando Indi dicerent : pendulum, in aere suspensum, vibrationes suas eodem tempore perficit, quo percutitur hominis

integrâ sanitate fruentis pulsus : ubi videre est gravitatis liberæ et periodici sanguinis motûs, connexum.

N.° L.

Ibid. lin. 17, 20, *ad pag.* 272, *lin.* 8 : Et ille *porschi* qui in disco solis .... *bhou*, ... *bhoueh* .... ille *porsch* qui in oculo apparens redditus est ....

Porsch verum agens est, quod, in disco solis et in oculo, sub figurâ hominis fingunt; cujus caput, brachia et pedes sunt, pro ratione syllabarum, 1.um, 2.um vocabulum commatis τȢ *Beid* antè *kaëtri*, formulam precationis, pronunciandi.

Samskreticè, *bhou*, terra.

Ibid. lin. 23, 25 : Et *kalmeh* .... duorum pedum.

In meo *Ms.* et in nat. deest comma brachiorum, quod *infrà* (*p.* 272, *lin.* 14-16), in oculo, refertur : et *bhoueh* ad brachia pertinet. Textus, juxtà quod de oculo dicitur, restituendus est.

Ibid. lin. ultim. pag. 272, *lin.* 1 : omnis res (*sub*) figurâ hominis est.

Alia systematis Indici clavis : quidquid in homine est omnia entia exhibet, ostendit, significat; et ipse homo, omnibus entibus repræsentatur, ad ea refertur, iis respondet : comparatio vera est identitas.

N.° LIII.

Pag. 273, *lin. penult. ultim.* (*Liber*) *Beid*, qui forma loquelæ est, illum matrem bovem .... pullum habentem ....

Loquelæ, cujus forma *Beid* est, cum *pran*, respiratione, matrimonium. Illius, sub vaccæ figurâ, quatuor mammæ, è quibus entia intelligentia nutriuntur. Vitulus mammam sugens, intellectûs sedes, cor est.

Nomen primæ mammæ, *savahâkar*, à *sâvaha*, samskreticè, dormire; 2.ª *satkar*, à *sat*, bonum; 3.ª à *henstkar*, ab *hens*, anima in corpore; 4.ª *soudhâkar*, à *soudhihi*, vir doctus, intelligens.

N.° LIV.

Pag. 274; *lin.* 15, 16 : *âtma aguen roup*, quod *beschwanr* est, id est, calor naturalis qui .... alimentum digestum facit.

Hic *beschwanr* particularis portio est τȣ̃ *beschwanr* universalis, *beschwanr âtma* (*suprà* N.° XIV, *p.* 47, 48); nec tamen naturam suam amittit, cùm calor internus, qui digestionem operatur, ipse *âtma* sit (N.° LXII, *p.* 302, 303).

Aguen roup, id est, ignis figura.

Ibid. lin. ultim. non vox *anahed schid* (rectiùs, *anahed schabd*).

Hujus vocis forma *pran* est (N.° LXIX, *p.* 321), qui et corpus τȣ̃ *Brahm*. Vox *anahed schabd* (*infrà*, *T. II*, N.° XCIV, *sub fine*) est vox universalis, quam homo qui meditatur, in se, interiùs audiens, *pra Brahm* efficitur.

Observandum motus purè physicos, animales, materiales, à spiritualibus distingui.

N.° LV.

Pag. 275, *lin.* 9, 10 : Et luna .... sol ....

N.° XXXVII, *p.* 194 (vide *annotat.* ad hunc locum, *p.* 520), luna soli superior videtur; hîc, inter aerem et solem (vide et N.° LX, *p.* 291, 292) : indè patet, ex antiquis libris, hujus sideris juxtà Indos positionem certè et clarè concludi non posse.

Ibid. lin. 13 : *deh*; *deh*.

Samskreticè, *doun dou bihi*, genus cymbali, vel simpliciter

instrumentum musico-bellicum. Quidquid sit, cùm de foramine hîc agatur, cymbalum esse non potest.

N.° LVI.

Ibid. lin. penultim. ultim. p. 276, *lin.* 5, 9, 10, 12 : Cum certitudine ægrotam fieri personam, mortificatio (pœnitentia) ... est magna .... et τὸ extrà ferre mortuum .... et τὸ in ignem projicere .... hoc super me etiam est transiturum.

Sana, pia, et consolatrix moralis, ægrotantis statum pœnitentiæ locum tenere, sicut tristia et verenda ergà defunctos præstita officia.

Hîc etiam reperitur illud christianum : *memento homo quià pulvis es et in pulverem reverteris.*

Rarò simile quid præbent antiquæ Occidentis relligiones.

Jam duo observare liceat.

1.° Nulla, in *Oupnek'hat* mentio fit de mulieres vivas, cum defunctis maritis, eodem rogo comburendi more ; qui certè summa reputaretur *mortificatio.* Undè concludere licet atrocem istum usum, quo tempore opus illud, vel *Djedjr Beid*, ex quo *Oupnek'hat Brehdarang* desumptum, composita sunt, nondùm viguisse; quod certè alterutrius libri epocham longè ultrà æram christianam refert; quandoquidem eadem barbara ceremonia à Strabone (*Geograph. lib.* 15, *p.* 714), ex Aristobulo, Alexandri comite, memoratur.

2°. 4000 forsitan abhinc annis, summâ cum reverentiâ, relligione, apud Indos, suprema ergà mortuos persolvuntur. In Galliâ, annis 1795-1800, hominum cadavera, absque ullâ pompâ aut civili aut religiosâ, ad publica extrà urbes effossa et incustodita loca, quasi *animalia morticina,* deportanda curavit et adhuc curat atheorum zelus indefessus.

Rapport fait au départ. de la Seine; 15 Therm. an 8 (1800); p. 22-23.

At verò, quorsùm ista *mortuorum* infamiæ insectatio, dùm *vivorum*, modò aliquos soli, prædii alieni pedes arripiant, nulla ratio habetur?

Verum opum, divitiarum fontem procul dubio ignorant fervidi isti, et fato addicti, terrarum invasores, qui extorta extortis addendo, veterem dissentionum, bellorum fomitem alunt, novum accendunt. Ah! si moralem et physicum regionis, cui, Entis supremi jussu, præsunt, statum rectè cognoscerent, populos sibi commissos providâ regere administratione satagerent, non aliundè, sed ab ipso solo cui insident, hominum felicitatem, ut plurimùm exquirendam discerent.

Sic agros, artes, opificia, commercium, culturâ, præmiis, adjumentis fecundare; campos inundatos, diductis rivulis, exsiccare, siccos irrigare; arenosiores, limo, idoneis arborum plantationibus producto, feraces reddere; provincias viis publicis, fluviis, canalibus, mercium, commeatûs transvectioni faventibus, inter se conjungere; ubique fiduciam, tranquillitatem, benigno, tuto et *librato* imperio procreare: ea est genuina et sola, effossorem semper et solidè ditans fodina; ea est, nec victoris patriam sumptuoso apparatu sollicitans, exhauriens, nec pauperi angustiam, diviti timorem, administratori sollicitudinem, dolorem; cunctis, hominum consumptione, lacrymas parans, in hostes (desidiem et ignorantiam) docto et prudenti labore parta victoria; ea tandem fundum, nullius detrimento, sed abundantiam quasi è terræ visceribus eliciens, *triplicandi* ratio.

Vana fortè et inanis, ferocientibus adhuc terræ ducibus, et nihilominùs, ad generis humani miserè proculcati, divexati, solatium et spem, inserenda mentibus, et quantùm potis est, spargenda ubique politica doctrina.

Quoad pœnitentiam, homo, intimo superbiæ motu, eam solam

hoc nomine dignam arbitratur, quam sibi ipse imposuit, aut relligio quam profitetur, præcipit; licitum reputans de vitæ incommodis, calamitatibus, bonorum jacturâ, persecutionibus, Rectorum tyrannide, denique de corporis aut animi malis, cœlo missis, queri, et ea, tranquillâ conscientiâ, si non impatienter, saltem ægrè, morosè pati.

N.° LVII.

Pag. 276, *lin.* 16, 18, 21 : alimentum .... *pran* .... hæc ambo .... forma τȣ *Brahm* fiunt.

Alimenti et respirationis sibi invicem subservientium, conjunctio, forma τȣ *Brahm*, entis supremi, reddita.

Pag. 277, *lin.* 3, dixit : *d;* quod .... præsens esse.

Suprà (N. XLVI, *p.* 266) *d*, τȣ *doum abreviatura, collectum facere exterius est in introrsùm.*

N.° LVIII.

Ibid. lin. 17, *pag.* 278 : *Akteh;* id est, *mantri* .... forma τȣ *pran* est ....

Rursùs unius *mantri* cum *pran*, ab iisdem effectibus, comparatio ; ejusdem *pran*, cum tribus *Beid.* Seipsum hæc omnia scire, verus quo homo illa ipsa efficiatur, modus.

Samskreticè, *aktehe pyam*, tollere, colligere, capere, capi.

Akteh primum est τȣ *mantri* vocabulum.

Pag. 279, *lin.* 1, 16 : *pran* rex corporis est .... significatio (*verbi*) *tschehtr* ....

Homines à malis, calamitatibus tutos et incolumes præstare, verum τȣ *tschehtr*, principis (τῶν *Radjah*, τȣ *ketri*, 2.ª Indorum classis) officium, ipso imperii nomine indicatum. Subditorum rex vita est; quemadmodùm *pran*, respiratio, corporis : ab iis mala

interna et externa removere, pellere debet, τȣ̃ *pran* instar, qui, pus ejiciendo, vulnera curat.

Pag. 279, *lin.* 22 : *Radjah djank* (lege : *Djank*) ... *samrat* vocant.

Unum è nominibus soli tributis (N.° LXX, *p.* 326), id est, *rex totius* mundi.

N.° LIX.

Pag. 280, *lin.* 6, 7, *ad pag.* 281, *lin.* 5 : quisquis hoc modo *maschghouli* exequitur, quod ipsa hæc loquela ....

Qui sensuum virtutem, meritum, præstantiam confitetur, etiam membrum virile esse formam infantis (*suprà*, N.° 18, *p.* 76, *not.* 1; N.° *LIX*, *p.* 281), bonis, iis membris accommodatis fruitur.

Pag. 281, *lin.* 10, *ad pag.* 283, *lin. ultim.* Et *pran* et sensus ..

Initâ inter sensus et *pran* disputatione, locus primus τῷ *pran* adjudicatur. Vide *suprà* N.° *XIII*, *p.* 42-44, *infrà*, *T. II*, N.° *XCVIII*.

Verisimiliter eadem fabula est, amanuensis errore in *Ms.* nat. cum levi differentiâ repetita.

Pag. 282, *lin.* 24 : sicut equus magnus et robustus ....

Hæc sunt textûs sat intricati verba :

Tschoun asp (vel, *ast*) *kalan o kavi keh dar molk tafaand baham rasidah baschad o hengam djestan varm kardeh ravan schodan mikhaï pas o peischra mikonad.*

Pag. 283, *lin.* 9, 22 : loquela dixit ....

Tȣ̃ *pran*, respirationis, præstantiâ et primariâ necessitate et virtute agnitâ, eò ut in corpore manere consentiret, illi, quasi pro præmio, suam quisque sensuum vim, facultatem confert, largitur. Reverà quilibet sensus ex halitu vim suam habet, eo

spirante, conservat : et sic respiratio aliorum sensuum virtutem in se continere rectè dici potest.

Pag. 283, *lin. ultimâ* : digitum (*aquæ*) quòd ....

Vide N.° LXX, *p.* 328, præceptum, quo initio et fine prandii aquam *bibere* injungitur.

N.° LX.

Pag. 284, *lin.* 11 : (*ad*) *panhal* ....

Panhal idem esse videtur, quod *kronpanhal*, N.° XXXII, *p.* 182, vide *annotat.* ad hunc locum *p.* 514.

In Indiâ principes scientiis, etiam iis quæ critices laborem requirunt, addictos reperire haud rarum est. Verùm sæpiùs mysticæ et spirituali doctrinæ operam dant; et occasione alicujus festi, pluribus Brahmanibus convocatis, quæstiones de relligione, morali, metaphysicâ, etiam physicâ, agitant, clarè aut enigmaticè; magnam ergà doctos qui, mentis acumine, aut antiquorum librorum, veterum historiarum, etiam exterarum, cognitione, dubia, difficultates solvunt, exhibentes munificentiam, et plerumque ergà omnes qui cœtui adsunt. In his conventibus, ubi quisque ære publico alitur, suam *Radjahan* monstrant magnificentiam : in Europâ histrionibus et musicis primas dare consuetum est.

Pag. 286, *lin.* 1 : in medio patris et matris, quod significatio à terrâ et cælo est ....

Allegorica interpretatio. Igitur, ut jam observavi, verba simpliciter ut sonant, in libris Indicis non sunt semper accipienda. Sub carnali, rudi cortice latet sæpè spiritualis, sublimior sensus, quem lector Asiatico ingenio et sermoni assuetus haud difficulter apprehendet.

Pag. 288, *lin.* 22, 23 : Hæc scientia ... antè (*apud*) ullum *Brahmani* non est.

Semper, in Indiâ, etiam antiquis temporibus, ipsi *Brahma-*

nes, nisi præstantissimis *Ostadan* (præceptoribus) eruditi, doctrinæ mysticæ, spiritualis intima ignorârunt. Sacra vulgo tradere nefas. Indè, ut non loquar de ipsâ materiæ difficultate, sermonis allegorici obscuritate, nata est generalis in Indica dogmata effusa caligo. Raró homines, solo scientiæ amore, Indorum discipulorum ergà magistros observantiæ, disciplinæ, totos se dedere aggredientur.

Ibid. lin. 28, *ad pag.* 293 : *mokel* mundi *behescht* ....

Intricata rerum, usque ad guttam seminalem, productionis expositio, in quâ omnia principia sub figurâ quinque ignium et eorum attributorum, effectuum, simul et aquarum quinque successim in istos ignes projectarum, nec tamen eorum vim productivam extinguentium, quin imò accendentium, repræsentantur.

Indè necessitas, homine mortuo, corpus antè ignem ferre. Posteà plures è *mokelan* memoratis, videlicet cœlestes, et qui rerum productioni, ordine suo, servierunt, animam per varios mundos, quandò τῶν *fereschtehha* (angelicam) qualitatem habet: scilicet *Brahma* sciens est; usquè ad τȣ *Brâhma* cœlum traducunt; ubi, cum ipso *Brahma*, per totam orbis revolutionem est mansura.

Observa quoque τὸν *Brahma* non æternum esse, sed ad tempus tantùm, licet immensum, extiturum.

Quæ autem anima operum mercedi inhiavit, ducentibus terrenis *mokelan*, ad lunam usquè pervenit; in cujus mundo, operum prætio pro tempore fruitur: quo èlapso, rursùs in terram descendit; ubi, sub variorum animalium figurâ, vitam de novo degere cogitur; quod ei *djehennam*, seu infernus est.

At qui perfectè unitarius est, utriusque viæ immunis, ipse *Brahm*, in hoc mundo et in altero, efficitur.

Quatuor quæstionibus *Brahmanis*, *Radjah* respondit, cùm in explicatione duarum viarum quæsitarum, de hominibus terram

relinquentibus absolutè, aut rursùs in eam descendentibus (quod 3.am quæstionem includit), de guttæ seminis projectione, et operibus ad vias suprà dictas ducentibus, licet non ordine, ut dicunt, didactico, agatur.

Pag. 291, *not.* 1, *lin.* 1 : Hinc forsitan cognoscere est cœli statum .... dixi : *forsitan;* duo enim in hac materiâ sunt consideranda.

1.° Si non foret error in nominibus, aut interpretatione Persicâ.

2.° Si puncta solstitiorum accuratè et strictè, non, datâ operâ, modo laxiori aut tempori, sæculo, præjudiciis accommodato, determinata fuerint.

Certum est in libro *Oupnek'hat* quædam à Persico interprete textui samskretico elucidationis causâ fuisse addita.

Sic, N.° XX, *p.* 96, in commate : *Man, qui Adam primus, et pater humanitatis* ... hæc verba : *qui Adam primus;* — N.° XXIV, *p.* 121, *aham .... in Arabico (sermone), ana; et in Persico, vox Man* (*ego*) *sit;* — *p.* 123, *Man ... Satroupa fuit, id est, Adam et Heva;* — N.° LXXIV, *p.* 353, *Brahma, id est, Djibril;* — infrà, *T.* II, N.° XC, *p.* 14, « *Quemadmodùm propter* « *fateh* (*manus*) *suprà habent :* » hujusmodi explicationes sunt mera Mohammedani interpretis additamenta.

Eâdem ratione, in loco de quo nunc agitur, hæ voces : *quod à principio capri est, usquè ad finem geminorum* (*p.* 291) ... *quod illud à principio cancri est, usquè ad finem arcûs* (*p.* 292); et N.° LXXI, *p.* 334, 335, *quod à primùm* (*principio*) *capri usquè ad posterius* (*finem*) *geminorum ... à primùm cancri usquè ad posterius arcûs* (*sagittarii*) : hæc ab eodem interprete, ad determinanda sex mensium ascensûs et descensûs solis puncta in Zodiaco, simul et caloris et frigoris tempora, adjici potuissent.

Hæc breviter indicasse sufficiat. Cæterùm remotis istis et minùs eruditis, vel, ut ità dicam, practicis temporum [1] calculis certiorem et tutiorem procedendi viam præbebit, licet difficultatibus obnoxia, generationum, regnorum et synchronismorum computatio.

Quoad partem mysticam, novam attendamus hominis cum luce aut tenebris rationem. *Kiani*, qui mentis *lumine* præditus, *rectum* seu *Brahm* meditatus est, cognovit, post mortem ad cœlestia pergit, ducibus, inter alios *deïoutai, mokel luminis*,

1. „ Ce savant (M. DELUC) renverse en passant, d'un mot, *les Chronologies tirées immédiatement* des anciens monumens astronomiques, d'après la supposition que rien ne survient *dans le mouvement* ni la position de la terre, qui soit étranger aux causes ou aux lois dont *s'occupe l'astronomie.* Cette hypothèse, dit-il, étoit très-naturelle de la part des astronomes ; mais *la géologie* ne l'accorde pas, vu que la révolution qui produisit le déluge, dut avoir *à cet égard* quelqu'influence sur notre globe .... Ce déplacement de la masse de la mer dut *occasionner* quelque changement dans le mouvement de rotation, la position des pôles, *l'inclinaison* de l'axe, le centre de gravité. Ces variations, quoique petites, auront produit, *dans un temps* très-court, un changement que, d'après les observations, on attribueroit à un *temps très-long.* " LETTRES *sur l'Hist. physiq. de la terre, adress. à M. le Profes.* BLUMEMBACH, *renferm. de nouvel. preuv. géologiq. et historiq. de la mission de* MOISE, *par* J. A. DELUC, *citoyen de Genève, membre de la soc. royale de Londr. et de la soc. Batave, profes. de géolog. dans l'université de Göttingue. Paris,* NYON *l'aîné, an* 6 (1798). *Dans les Annal. philosoph. moral. et litter. XVIIIe cah. an IX* (1800), 2.e *extr. p.* 298, 299.

Rationes quas affert peritissimus terræ revolutionum indagator et observator, computationum solis veterum astronomicis monumentis innixarum vanitatem ostendit : iis etiam argumenta contrà sanctorum librorum chronologiam, è prætensis Ægyptiorum aut aliorum gentium Zodiacis (*Journal du soir, des frèr. Chaignieau,* N.° 892, 12 *brum. an IX* [3 *nov.* 1800], *p.* 3. VARIÉTÉS, *lettr. de M.* RAINHARDT, *membre du bur. des longitud.* — *Journal des défens. de la patrie,* N.° 1827, 2 *niv. an IX* [23 *décembr.* 1800], *p.* 3, *armée d'Orient. Lettre du genér. en chef* AB. MENOU *au Consul* BONAPARTE, *dat. du* CAIRE, 23 *brum. an* 9, 14 *nov.* 1800) petita, facilè refelluntur.

mokel diei, *mokel* dierum lunæ crescentis, et *mokel* sex mensium quibus sol ad septentrionem tendit; id est, crescentis nocte et die *luminis* præfectis.

È contrà, *âkiani*, mentis *lumine* carens, qui operum mercedem agendo intuitus est, ad inferiora descendit, ducibus, similiter, inter alios *deïoutai*, *mokel* fumi, *mokel* noctis, *mokel* dierum decrescentis lunæ, et *mokel* sex mensium quibus sol ad meridiem vergit; id est, decrescentis nocte et die luminis, seu *tenebrarum* præfectis.

Pag. 292, *lin.* 4, 7 : Et illi .... quoad hoc *Brahmand* (*orbis mundi*) existit, non venient.

Ad id redit illud Platonicum : *anima eorum quæ aliquid viderit, quæ verè sunt, usquè ad alterius circuitûs tempus erit incolumis.* CHALCID. *v. clariss. luculenta Timæi* PLATON. *traductio, et ejusdem argutissima explanatio. Edit.* JUSTINIANO, *Nebiensium episcopo* (1520), *fol.* 39 *verso. Edit.* MEURSIO (1617), *p.* 244. — GROT. *de fato, p.* 88.

Pag. 293, *lin.* 19, *Brehdarang*; lege : BREHDARANG. — *Ibid. lin. ultim.* fecit; *lege :* facit.

OUPNEK'HAT 3.um, MITRI.

N.o LXI.

Pag. 294 : in titulo, post (*excerptum*), lege : (*Brahmen.*)

Ibid. lin. 4 : *Radjah Brahdrateh* per tempus quoddam regiam potestatem cùm fecisset ... cùm filio suo tradidisset ....

In Indiâ, præsertim meridionalibus regionibus, ubi moderatâ admodùm, vel calidâ aeris temperie, homini ad victum, vestitum, habitationem perpauca sunt necessaria, et ipsa incolarum ingenia et corpora molliori indè habitu donata, in desidiem magis

quàm laborem sunt naturâ propensa, Indicæ spiritualitatis genus, thronorum, coronarum, sceptrorum contemptum faciliùs producere potest. Inter 40, 50, 60 latitudinis gradus, pro soli altitudine, asperum cœlum asperos mores parit. Frigori omnes necessitates adhærent, comitibus desideriis, motibus revolutionum causis et effectibus. Undè, si quandò in Europâ princeps aliquis spontè è throno descendit, raró constanter in proposito permansit, secreti mœroris plerumquè victima, et pristinæ dignitatis semper memor et avidus.

Ibid. lin. 11, 12 : oculum suum cum sole suerat ....

Visuntur adhuc in Indiâ *djogui* hujusmodi cruciatibus, pœnitentiæ, mortificationis causâ, toto vitæ curriculo dediti. [1] Observandum tamen, veram scientiam isti aspero vivendi aut moriendi modo anteire; quin, absque illâ, nihil proficere durissimos, longissimos labores.

Pag. 295, *lin.* 19 : hoc corpus quod plenum est ex ossibus ...

Grafica certè corporis humani fœdæ et sordidæ compositionis, pravorum mentis affectuum, motuum, hominis etiam potentissimi, felicissimi per hunc mundum quasi transitûs, tandem periture orbis machinæ, et præfectorum illi præpositorum finis, descriptio; simul bonorum operum mercedis gratiâ perfectorum infelix exitus; indèque omnibus rebus renunciandi, et soli scientiæ, *cognitioni*, cuncta supplenti, adhærendi necessitas.

Diogeneam istam moralem haud saperent magni illi (verè pusilli) rectores, duces, victores, qui, ut unum terræ pollicem acquirant, vel stultas cupidines satient, sanguinis flumina effundere, orbemque totum commovere, subvertere non dubitant.

---

1. ABR. ROGER ; *Mœurs des Bramines*, *p.* 258-262. — THEVENOT ; *Voyag. des Ind. ch.* 40, *p.* 197, 198. — OVINGTON ; *Voyag. faits à Surate* etc.; *trad. de l'Angl.* (1725), *T.* 2. *p.* 69-73. — STRAB. *Géograph. lib. XV*, *p.* 714, *ex* ARISTOBULO.

Sed quorsùm hæc ! Jus, rectum, probitatem, etiam ejus externam faciem sus deque faciunt : quidquid appetunt, justum ; quidquid improbant, malum : vi extorta munerum nomine decorant : soli sui defensorem rebellem pronunciant, debellant, trucidant : pacta conventa exuunt : commissas arces pro utilitate destruunt : regiones expugnatas spoliant, tributis opprimunt : dignitatibus et epulis referti, servum et esurientem populum felicem proclamant : pax, pax ! clamitant ; et atroci bello indesinenter student.

Quid mirum ! fortuna, vel hostis imbecillitas, dubia ergà amicos, fœderatos fides, quædam eis dedit commoda ; et, aleatorum more, hesternum successum hodierni cautionem, sponsionem reputant.

Hæc est et erit semper *Græcarum* et *Romanarum* [1] Republicarum indoles et agendi ratio.

Pag. 296, *lin.* 16-23 : (*sicut*) *Radjah Soudman .... Atschhersin* et alii .... *Bhartheh* et alii (*Atschhersin ve gheireh eischan .... Bhartheh ve gheireh*).

Si *Radjah Soudman* est *Man*, *Bhartheh* ultimò nominatus erit *Bhart*. Vocibus, *et alii*, *Radjah* Kour celebre familiæ τῶν *Kourvan* caput, et *Radjah* Djedaschter, τῶν *Pandvan* imperii nominatissimus instaurator intelligi nequeunt ; cùm illorum principum et regna et res gestæ per Indiam totam personârint, et antiquæ historiæ præcipuas, notissimas, famosissimas epochas constituant. Proindè, ex eo quòd istos *Radjahan*, in exemplum nominatim non affert *Radjah Brahdrateh*, ipsum antè eos vixisse, forsan negativo argumento concludi posset : quod hujus articuli

1. Thucid. *Hist. lib.* 5 (1594), *p.* 402, 403. — *Namque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis, una et ea vetus causa bellandi est, cupido profunda imperii et divitiarum.* Sallust. *in Jugarth. citat. à Rob.* Stephan. *dictionar. seu Thesaur. ling. lat.* (1536), *p.* 1300, *voc.* Profundus.

epocham circà tempora, ut jam dixi, à diluvio haud remota referret.

In *Mahabarat*, à *Radjah Man* ad *Radjah Bhart*, 16 aut 21 regna vel generationes memorantur; et hîc 18, extremis comprehensis. Major, in tantâ veterum monumentorum penuriâ et obscuritate appropinquatio exigi non potest. Nec aliquorum nominum difficultatem pariet differentia; cùm ex amanuentium errore, vel indè oriri potuerit, quòd iidem principes diversa habuerint nomina; ut sæpiùs accidisse probè nôrunt rerum chronologicarum periti.

Verùm in simplici, licet fortè verisimili conjecturâ, nimiam habere fiduciam, accurata non sinit critica.

Pag. 297, *lin.* 7-9: *Kandherpan* ....

Kandherpan sunt cœlestes musici, mares et feminæ; *Asoran* (N.° 11, *p.* 10), mali genii; *mokelan* thesaurorum (N.° LXXVI, *p.* 362, unus custos), absconditis mundi thesauris invigilantes præfecti cœlestes; *ratschesan*, malorum geniorum genus, è quatuor hominum classibus egressum (*Mahabar.* 12 *Porb.* 2 *part. fol.* 429 *rect.*: samskreticè, *rakschasî*, *megæra*), et terram inter et cœlum habitans; *djenian*, item mali genii, diaboli, τοῖς *fereschtahan*, angelis, oppositi; *khabsian*, rapaces, violenti, τῶν *schaittanan* genus (*Mahabar.* 14 *Porb. fol.* 691 *rect. khabtaman*, lapis pretiosus (*Talisman*), quo quidquid volunt possunt acquirere); colubres magni *Ras* et *Djanab*, caput et cauda Serpentis (de quibus, N.° LXXVI, *p.* 362, *T.* II, N.° CXII, CLXVII, agitur), ubi fit eclipsis solis.

Ibid. not. lin. 2, *Tschernii*; lege: *Tschermi*.

Pag. 298, *lin.* 15, *Aoudia*; lege: *aoudia*.

N.° LXII.

Pag. 299, *lin.* 3, 7, 14: illa res quæ ... *Mitri* nomen habuit.

Dùm homo vivit, *âtma* corpus ejus custodit. Cùm moritur, *âtma* corpus deserit, luci-enti jungitur, *âtma*, creator est.

Mitri, τȣ̃ *rek'heschir Schalkaïn* præceptor : è quo fortè nomen τȣ̃ *Oupnek'hat Mitri*.

Pag. 299, *lin.* 22 : et gutta seminalis illarum ....

Id est, qui nunquàm appetitui, motui carnali cesserunt.

Pag. 300, *lin.* 4 : sine *pran* vivens est.

Ens supremum halitu, ut homo, animal, vitam non ducit; in se, per se, alio modo, ergò spiritualiter vivens, attamen materiæ, corpori motum dat. Illius Entis vera et sublimis descriptio.

Ibid. lin. 17, *pag.* 301, *lin.* 8 : hic *atmaï* .... *Pradjàpat* est ....

Atma, in corpus ingressus, *djiw âtma* efficitur; tempore somni *sak'hepat*, rursùs *âtma* redditur : homine è somno excitato, intellectûs et corporis operationes, affectiones producit; corpus regit, edocet, instituit : ejus nomen tunc *Pradjapat* est.

Indè notum fit, istius agentis nomen variis τȣ̃ *âtma*, relativè ad animam vel corpus, statibus accommodari.

Omnia ergò illa entia, agentia, dignitate, virtute, actione particulari distincta, sunt pura puta natura in suis diversis partibus, actibus, rationibus considerata.

Pag. 301, *lin.* 16, 26-27 : primùm unus *âtma* fuit .... in medium illorum ingressus ....

In margin. N.° XII, lege : N.° XXII.

Nova rerum productionis narratio. Ens supremum : materia iners : eadem ab *âtma* qui in eam sub formâ τȣ̃ *pran*, spiritûs, intravit, animata. Poetam latinum hunc rerum statum describentem audiamus.

.... Deum namque ire per omnes
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum.

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas. VIRGIL. *Georg. IV*, *v.* 221.
Spiritus intùs alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.
Indè hominum pecudumque genus, vitœque volantûm,
Et quœ marmoreo fert monstra sub œquore pontus.
IDEM, *Æneid. VI*, *v.* 726.

Spiritus ille à *naturœ spiritu* non abludit, quem magno consensu asserunt *cabbalistœ.* [1]

Pag. 302, *lin.* 4 : Ille ventus .... *pran* est.

Primi, originalis *pran* divisio in quinque corporis ventos, et istorum ventorum functionum accurata descriptio. *Pran* et *apan*, ut jam dictum est, *systole* et *diastole* producunt : indè calor stomachi, quo digestio efficitur (N.° *LIV*, *p.* 274), et hoc omne *djiw âtma*, ipse *âtma* est.

Ibid. lin. 24, foramini; *lege :* foramina : *in margin.* N.° *LIV*, lege : N.° *LIV*, *p.* 274.

Ibid. lin. penult. pag. 303, *lin.* 18 : Ille *âtma* seipsum cùm quinque portiones fecisset .... locò currûs est.

Atma in quinque partes, materiales et spirituales, dividitur. Tùm sensus quinque suis radiis illuminat, regit, agit, corpus movet, gyrat, quemadmodùm auriga currum. Sic extrà se, per foramina sensuum, quæ ipse fecit, exiens, et rerum externarum voluptatem eo modo capiens, capere visus, sibi ipsi aliquid quodam modo addit.

Pag. 303, *lin.* 17 : duo loci particulares.

Verenda hominis et feminæ, et podex.

Pag. 304, *lin.* 4 : ille *djiw âtma*, quòd iens (*ire*) faciens corpus est ....

---

1. BUDDEUS; *Introduct. etc. Hebræor.* §. *XL*, p. 293; §. *XLV*, *p.* 333, 366-368.

Djiw âtma omnes actus operatur, seu operari videtur, divisus apparet, boni et mali vinculo ligatur; et tamen *âtma* ipse est.

Nihil ergò contrà sanam moralem ex Indorum emanationis systemate oritur, deduci debet; licet contraria conciliandi difficultas inextricabilis semper vim suam habeat.

Pag. 304, *lin.* 24, 25, 27; *pag.* 305, *lin.* 1, 2 : Et is similis (*homini*) spectaculi .... (*spectaculum*) videt .... è stamine .... trium qualitatum, quòd inventio, et conservatio, et destructio .... ex his tribus qualitatibus .... *âtma* .... velum suum texit.

Per creationem, conservationem, destructionem, quæ *Brahma*, *Beschn* et *Maha diw* sunt, justè temperatas, id est, entium successionem, supremus rerum arbiter, iis mediis opertus, absconditus, quasi è stamine, omnibus originem dat, ab omni separatus, omne velut spectaculum videns : quâ ratione, ut sæpè dictum est, cuncta ista agentia ad naturam, seu primi et unici Entis operationes reducuntur.

N.° LXIII.

Pag. 306, *lin.* 8 : Et ipse ille *âtma* .... tempore quo cum justâ temperatione trium qualitatum ....

Rek'heschiran difficultatem urserunt. Idem non potest esse universale et particulare; ab omni immune, liberum, et boni vel mali operis pretii capax; actionum causa dici, et ob eas vel pœnâ vel mercede à seipso donari. *Pradjapat* eandem dat solutionem, proindè nullam. *Atma*, inquit, deficientibus attributis præditus, est τȣ̃ *âtma* particula. *Atma* tribus qualitatibus mixtus, id est, *creans*, *conservans*, *destruens*, seipsum obliviscitur, opera, quæ oculis apparent, exequitur, exequi videtur, in suum proprium vinculum cadit.

Hoc est mera expositio : nodus non solvitur. Res ità est;

benè ; sed quarè, ità, cùm contraria repugnent, saltem rationi ? Nihil in τοῦ *Pradjapat* responsione, quod jam ab eo allata confirmet, novam lucem quæstioni summè obscuræ afferat. Et sic semper erit, quandò Entis supremi agendi modum solis rationis viribus nimis curiosè scrutari humana audebit infirmitas.

Ibid. lin. 21, 22; ego : et τοῦ : à me : ingreditur : *lege :* ego; et τοῦ : à me ; ingreditur.

Ibid. not. 1 : ὁ βυθὸς Gnosticorum.

Βυθὸς equidem vox græca est. Vid. ETHYMOLOGIC. *magn.* — Henrici STEPHANI *Thesaur. ling. Græc.* (1572), *p.* 798. — SUICERI *Thesaur. ecclesiastic. è patrib. Græc.* (1682), *T. I, p.* 718, 719; et auctores in illis libris citatos. Altum, profundum, gurgitem significat. Sed idem vocabulum Asiaticum, Indicum esse potest, à Gnosticis, Orientali systemate imbutis, acceptum. *Bhout*, cum terminatione græcâ, βυθὸς.

Dicunt enim (*Valentiniani*), inquit S. IRENÆUS [1], *esse quemdam in sublimitatibus illis, quæ nec oculis cerni, nec nominari possunt, perfectum Æonem præexistentem, quem et Proarchen, et Propatorem, et* BYTHUM *vocant. Eum autem, cùm*

---

1. Λέγουσι γάρ τινα εἶναι ἐν ἀοράτοις ϗ ἀκατονομάστοις ὑψώμασι τέλειον Αἰῶνα προόντα· τοῦτον δὲ ϗ .... Προπάτορα ϗ Βυθὸν καλοῦσιν .... ὑπάρχοντα δὲ αὐτὸν ἀχώρητον ϗ ἀόρατον, ἀΐδιόν τε ϗ ἀγέννητον, ἐν ἡσυχίᾳ ϗ ἠρεμίᾳ πολλῇ γεγονέναι ἐν ἀπείροις αἰῶσι χρόνων. συνυπάρχειν δὲ αὐτῷ ϗ Ἔννοιαν, ἣν δὴ ϗ Χάριν, ϗ Σιγὴν ὀνομάζουσι· ϗ ἐννοηθῆναί ποτε ἀφ' ἑαυτοῦ προβαλέσθαι τὸν βυθὸν τοῦτον ἀρχὴν τῶν πάντων, ϗ καθάπερ σπέρμα τὴν προβολὴν ταύτην (ἣν πρόβαλέσθαι ἐνενοήθη) ϗ καθέσθαι, ὡς ἐν μήτρᾳ, τῇ συνυπαρχούσῃ ἑαυτῷ Σιγῇ. ταύτην δὲ ὑποδεξαμένην τὸ σπέρμα τοῦτο, ϗ ἐγκύμονα γενομένην, ἀποκυῆσαι Νοῦν, ὅμοιόν τε ϗ ἴσον τῷ προβαλόντι, ϗ μόνον χωροῦντα τὸ μέγεθος τοῦ Πατρός. τὸν δὲ Νοῦν τοῦτον ϗ Μονογενῆ καλοῦσι, ϗ Ἀρχὴν τῶν πάντων. συμπροβεβλῆσθαι δὲ αὐτῷ Ἀλήθειαν. IREN. *Contr. Hæres. lib.* 1, *cap.* 1 (1710), *Interpr. Bill. p.* 5.

incomprehensibilis et invisibilis, sempiternus idem et ingenitus esset, infinitis temporum sæculis in summâ quiete ac tranquillitate fuisse. Unà etiam cum eo Ennœam exstitisse, quam et Charin, et SIGEN *nuncupant. Hunc porrò* BYTHUM *in animum aliquandò induxisse rerum omnium initium proferre, atque hanc, quam in animum induxerat, productionem, in* SIGEN, *quæ unà cum eo erat, non secùs atque in vulvam demisisse. Hanc verò, suscepto hoc semine prægnantem effectam, peperisse* NUN, *parenti suo parem et æqualem, atque ità comparatum, ut solus paternæ magnitudinis capax esset. Atque hunc* NUN *et Monogenem et patrem, et principium omnium rerum appellant. Cum eo autem* VERITATEM *quoque in ortum productam esse aiunt.*

Hæc qui attentè, et præjudiciis liberâ mente consideraverit, cum τοῖς *Haranguerbehah* et *Pradjapat,* in voce *Bhout* inclusis, *Bhout âtma* (*N.° LXVII, p.* 317; *N.° LXXI, p.* 329), satis aptè convenire deprehendet. De *Nun*, intellectu, *suprà, Monit. p. XIV,* mentio facta est : et silentium, *syge, N.° LXX, p.* 323, apparet.

Sub Antonino Pio notam fuisse hæresim *Valentiniorum*, auctore *Valentino* Egyptio, anno Christi circà 140, autumat eximius theologiæ historicus, *J. Franc.* BUDDEUS [1] : et postquàm suam de *Æonum* genealogiâ et reliquo *Valentinianorum* systemate sententiam exposuit [2], illud non è *Pythagorico* aut *Platonico* fonte ortum arbitratus, ad *kabbalisticam* doctrinam, monstrato utriusque peculari consensu, referre nititur [3]. Doctissimi professoris opinioni libenter subscribo, cùm nihil nisi *Orientale systema*, plus aut minùs, imitatorum præsertim peregrinorum more, alte-

1. *Introduct. ad Histor. Ebreor. Dissertat. de Hæres. Valentinianorum*; §. *II*, *III*, *p.* 412-419.

2. *Dissertat. cit.* §. *V-XI*, *p.* 425-445; §. *XIV*, *p.* 457-463.

3. *Ibid.* §. *XV*, *XVI*, *p.* 463-478.

ratum, præ se ferant Valentinianorum (*addam Pythagoreorum* et *Platinicorum*), si æquiori lance, et manu asiaticis conceptibus assuetâ, ponderentur, dogmata. Nunc adest, hùc usque incognitus, comparationis terminus, *Indicum systema* in *Oupnek'hat* contentum. Conferri possunt quæ suprà, in *dissertatione* (*p.* L-LIII) dixi de *emanatione Kabbalisticâ* et *Indicâ*, cum iis quæ apud *Buddeum* leguntur [1]. Prolixiori opus esset commentatione, si omnia producere vellem, quæ in variis illis systematibus, vel quoad mundorum, agentium, spirituum, animarum, corporum distributionem, operationes, revolutiones, vel quoad nominum, litterarum explicationes, videri possunt, saltem partim similia. [2]

Sic, verbi gratiâ, illos qui per γνῶσιν seu *scientiam* veram summum perfectionis gradum adepti sunt, peccare non posse; juxtà Valentinianos, qui se altero interiore, spiritali (ἀλλῳ ἐνδοτέρῳ, πνευματικῷ) corpore donatos sentiunt, non materiale, sed spiritale (πνευματικὸν) ex eodem ortum, resurgere [3]: in fine rerum sæculique consummatione diversam hominum fore sortem, prò substantiæ et naturæ, quæ in illis prævaluit, diversitate [4]: fidem autem et bonorum operum exercitium animalibus hominibus seu ψυχικοῖς, injunctum esse, siquidem suam velint evadere perniciem [5]: silentium et occultatio doctrinæ à Valentino observata, ne mysteria ejus innotescerent [6]: *tetractys* Pythagoreorum, Valentinia-

---

1. *Introduct. cit.* §. *XXXV*, *p.* 231; §. *XLIV*, *p.* 323-332; §. *XLII*, *p.* 309; §. *XLIII*, *p.* 316, 317, 323.

2. *Ibid.* §. *XLII*, *XLIII*, *p.* 306-323; §. *XLV*, *p.* 333-369. — GROTIUS; *de Fato*, *p.* 107, 108.

3. BUDDEUS; *Dissertat. cit.* §§. *XII*, *p.* 447. — S. EPIPHAN. *Oper.* (1622), *T.* 1, *Hæres.* *XXXI*. VALENTIN; *p.* 172.

4. BUDDEUS; *Dissert. cit.* §§. *XI*, *p.* 443-445.

5. *Ibid. p.* 449.

6. *Ibid.* §§. *XIV*, *p.* 458, 459.

norum AEonibus fundamenti loco substrata [1] : tres Platonis mundi (scilicet bonus ; mundus idealis , invisibilis ; mundus corporalis, sensibilis), Valentinianorum *Pleromati*, *Achamoth*; et corporali mundo respondentes ; combinationes *AEonum* seu virtutes masculo-feminæ, principiis activo et passivo mundi idealis Platonici attemperatæ ; triginta *AEones* Valentinianorum , quos indicare supponunt ideas primariarum virtutum , Deorum nomine à Platonicis insignitorum ; miserrimus, in Valentinianorum doctrinâ , sapientiæ status, in feliciorem mutatus, quemadmodùm, apud Platonicos, anima mundi, informis, in mentem conversa, formam suam recipit, in mundum secundum abit [2] : Pater, os aperiens, similemque suî sermonem edens, primum appellationis suæ vocabulum elocutus, cujus syllaba quatuor elementis constabat; mox alteram syllabam adjiciens, tertiam, quartam, ità ut nominis totius appellatio ex tricenis sit elementis (triginta AEones repræsentantibus), syllabis verò coagmentata quatuor [3]: septem cœli, quorum unicuique præest quidam angelus, è luce prognatus [4]: Deus mali creator [5]: homo ex tribus veluti materiis conflatus; ex materiâ propriè dictâ, animâ, et spiritu, qui imago et similitudo Dei [6]. Hæc diversa doctrinæ Valentinianis attributæ capita, veram cum τȣ̃ *Oupnek'hat*, scilicet *Indorum systemate*, anologiam præbent. Quemadmodùm τȣ̃ *Adouitam* sectatoribus, sic et ob quarundam opinionum abusum, maxima corruptionis nota Valentinia-

---

1. Buddeus ; *Dissertat. cit.* §§. *XI*, *p.* 459.
2. *Ibid. p.* 459-461. — Grotius ; *de Fato*, *p.* 18, 21, 22.
3. Buddeus; *lib. cit.* §. *XVIII*, *p.* 498.
4. *Ibid. p.* 508.
5. *Ibid. p.* 516.
6. *Ibid. p.* 531.

nis inuritur : quâ de re legi merentur æqui, critici et prudentis Buddei apologeticæ animadversiones. [1]

Verùm hæc paucis indicasse sufficiat. Peritus lector, viâ ostensâ, iter perficiet. Verbum adjiciam : Valentiniorum hæresim sæculo secundo assignat doctus theologus. Ad primum autem pertinet de βυθῷ et Σιγῇ opinio, cùm τὸν βυθὸν Gnosticis, à Simone oriendis, Irenæus, τὴν Σιγὴν ipsi *Simoni mago* Eusebius attribuant. [2]

Pag. 306, *not.* 2 : *τȢ Nenuphar.*

Ista explicatio his verbis (N.° *XI*, *p.* 39) confirmatur : à τῷ *cadere aquam* (*super*) *folium Niloufer* (*Nenupharis*), *quòd aqua in illo vestigium non imprimit.*

N.° LXIV.

Pag. 307, *lin.* 10, 11, 22; *pag.* 308, 309 : operans *Bhout âtma* est; et faciens operari, *âtma* .... quatuor divisiones....

Eadem objectio : idem semper responsum. Tribus qualitatibus suprà dictis *âtma* multiplex apparet. Variis comparationibus è rebus sensibilibus et materialibus sumptis, res explicatur, nec majus disceptationi lumen indè affulget.

Ibi tamen videre est Indos philosophos materiam scrutari, quoquo modo versare, difficultates sentire, causæ viscera, summum rei caput attingere, deniquè, ut cum systemate absolutæ *unitatis* res quæ oculis subsunt, accidentia sensibus comprehensa congruere probent, nihil non tentare.

Hæc discussio locum dat quatuor modorum quibus materialia,

---

1. *Ibid.* §. *XIII*, *p.* 448, 457.

2. *Ibid.* §. *XVII*, *p.* 480, 481. — S. Iren. *contr. Hæres. lib.* 1, *cap.* XXX (34), *p.* 108. — Euseb. *de Eccles. Theolog. lib.* 11, *cap.* 9, *p.* 114; *ad Galc. demonstrat. evangelic.* (1628).

unum ex alio, nascuntur, crescunt, expositioni, et rerum, corpus vel animam constituentium, replentium, enumerationi : quæ sunt, pro corpore, ossa, caro, pellis, alimenta, humores, nervi; pro animâ, defectus, infirmitates, malæ affectiones, vitia, mala opera. Ex iis omnibus *Bhout âtma*, licet in se *unicus*, multiplex, cum variis figuris apparet.

N.° LXV.

Pag. 310, *lin.* 8, 9, *p.* 313 : *Djiw âtma* τὸν *Bhout âtma*, quòd forma corporis est, ut reliquit, quomodò *Pram âtma* fit?

Rek'heschiran, gratiis peractis, humilem τῷ *Pradapjat* submissionem, reverentiam præstant; et, difficultatibus relictis, institui, in viam dirigi postulant; tùm τȣ̃ *Bhout âtma*, in *âtma* restaurationis explicationem petunt.

Ad hæc reduci potest responsio.

Merces operum fixa, necessaria est, ad vitæ, rerum constitutionem pertinet; non secùs ac opera, affectiones hominis, qui, licet timore perculsus, è vitâ, nisi momento et modo sibi assignato, non magis exire potest, quàm mare limites sibi positas prætergredi (*az oomer maain tadjavez namitavanad kard*).

Nihilominùs quidquid apparet, mundus totus, merus est Agyrtæ ludus, in se non existit. Sensuum actiones nullam realem præbent utilitatem; quoniam totum hoc simpliciter *Bhout âtma* est, sui magni principii, à quo tamen reverà non cecidit, oblitus. His positis, τȣ̃ *Beid* præcepta exequi homo debet, et quamcunque vestem gerat, si bene agit, tunc, corde verè mundus, sciens τὸν *âtma* et ipse *âtma* efficitur.

Sic super summo Ente, solo, *unicè* existente, cuncta realiter per se operante, et tamen bono et malo *pretium* tribuente; proindè super *boni et mali et omnium entium origine*, grave et longum terminatur colloquium. Arduas istas et profundas quæstio-

nes in Indiâ, sicut in reliquâ Asiâ, et Europâ, antiquâ et recenti, pari exitu, sublimiora agitant ingenia.

An recta fati et hominis libertatis simul congruentium, seu boni et mali causæ, in priscis philosophis inveniatur explicatio?

Deus supremus opifex, cuncta sciens, suâ providentiâ gubernans; et rerum necessitas vel contingentia : causa una universalis, absoluta; et hominis liberum arbitrium : bonum et malum, operum meritum; et idcircò præmia aut animadversiones; vel omnia in se æqualia : abstrusa hæc Entis scientiæ capita stricto inter se conjungi vinculo, eorum expositionem in unum coalescere, nemo inficias ibit, altæ et antiquæ philosophiæ peritus.

Simul in iis omnibus, qui de hac materiâ *solâ ingenii vi* disserunt, æquè imbecillem fatendum est observari animum. Difficultas opponitur : respondent : urgetur : eadem, si lubet, diversâ formâ, responsio, comparationes, pericula in adversâ sententiâ. Ad extremum redacti, rerum naturam invocant perindè ac si nobis nota foret, oculis corporis aut mentis cerneretur, et non in hoc verteretur negotii cardo : tùm definitiones ponunt, consilia dant prudentiæ, sanitatis, pietatis : postremò absurdam clamitantes adversariorum sententiam, quamvis et ipsi sæpè pugnantia proferant, disputatam thesim, quasi probatam rursùs confidenter pronunciant. Quod omne eò redit : pars una affirmat; negat altera.

Hanc procedendi rationem videre est in HIEROCLE (5.° *sæc.*), dùm necessitatem, Deum non esse mali causam propugnat.[1]

Nec antè eum (3.° *sæc.*), hac in materiâ quidquam offert PLOTINUS quod sapienti et perito viro magis arrideat, dùm natu-

1. HIEROCLES; *de providentiâ et Fato.* LIL. GYRALD. *interpr. cum not.* MER. CASAUBON (1673); (*juxtà* PLATON.) *p.* 59-63-71-77. *In Carm.* PYTHAGOR. CURTER. *interpr.* (1673), *p.* 132-139. *Londin* (1742), *p.* 123-133. — GROT. *de Fato*, *p.* 13-15.

ram et originem malorum [1]; fatum, rerum, causas, veram hominis libertatem [2]; deorum providentiam [3]; essentiam animæ [4]; libertatem et voluntatem deorum et hominum [5], exponit : quamvis in ejus opere multa inveniantur eximia, præstantis, acerrimi ingenii signa, et quæ antiquum orientale systema omninò redolent. Hujus similitudinis pauca hìc afferam specimina.

De *animâ* loquens Platonicus philosophus, *quandò*, inquit [6], *à corpore semota vivit, maximè sui ipsius domina est atque libera, et extrà mundanæ causæ potestatem : at infusa corpori, haud ampliùs in omnibus dominandi auctoritatem habet vel libertatem; utpotè quæ unà cum aliis jam fuerit ordinata.*

Hìc agnoscitur Indorum *âtma* liber (*pram âtma*), et *âtma* ligatus (*djiw âtma*).

[7] *Quoties* (*anima*) *rationem puram et passionis expertem tan-*

---

1. Plotini; *Platonicorum Coryphæi opera*, ed. *Ficino* (1615). *Ennead.* 1, *libr.* 8, *quæ et undè sint mala*, *p.* 72-81.

2. *Id. Ennead. III*, *libr.* 1; *de Fato*, *p.* 228-234.

3. *Id. Ennead. III*, *libr.* 2, 3; *de Providentiâ*, *p.* 254-271-277.

4. *Id. Ennead. IV*, *libr.* 1, 2; *de essentiâ animæ*, *p.* 360-364.

5. *Id. Ennead. VI*, *libr.* 8; *de libertate et voluntate unius*, *p.* 734-756.

6. ἄνευ μὲν οὖν σώματος οὖσα κυριωτάτη τε αὐτῆς καὶ ἐλευθέρα, καὶ κοσμικῆς αἰτίας ἔξω, ἐνεχθεῖσα (vel ἐξενεχθεῖσα) δὲ εἰς σῶμα, οὐκ ἔτι πάντα κυρία, ὡς ἂν μεθ᾽ ἑτέρων ταχθεῖσα. Plotin. *Ennead. III*, *lib.* 1, *p.* 233, 234.

7. λόγον δὲ ὅταν ἡγεμόνα καθαρὸν καὶ ἀπαθῆ τὸν οἰκεῖον ἔχουσα ὁρμᾷ, ταύτην μόνον τὴν ὁρμὴν φατέον εἶναι ἐφ᾽ ἡμῖν, καὶ ἑκούσιον, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ἡμέτερον, ὃ μὴ ἄλλοθεν ἦλθεν, ἀλλ᾽ ἔνδοθεν ἀπὸ καθαρᾶς τῆς ψυχῆς, ἀπ᾽ ἀρχῆς πρώτης ἡγουμένης καὶ κυρίας. ἀλλ᾽ οὐ πλάνην ἐξ ἀγνοίας παθούσης. ἢ ἧττον, ἐκ βίας ἐπιθυμιῶν .....

κατὰ μὲν λόγον ποιούσας ὀρθὸν, παρ᾽ αὐτῶν πράττειν, ὅταν πράττωσιν (vel, ὅσα πράττουσι). τὰ δὲ ἄλλα ἐμποδιζομένας τὰ αὐτῶν πράττειν· πάσχειν τε μᾶλλον ἢ πράττειν ..... καὶ τοὺς τε σπουδαίους πράττειν, καὶ ἐπ᾽ αὐτοῖς

quàm proprium ducem habens aggreditur, hanc solam aggressionem judicare debemus in nostro arbitrio sitam esse, verèque liberam : idque opus nostrum existere. Quod quidem non aliundè ducitur, sed intrinsecùs ab animâ purâ : animâ, inquam, à primo præcipuoque et proprio progressâ principio, neque propter ignorantiam aberrante, vel à violentiâ libidinum superatâ .... animas, inter agendum, si secundùm rationem rectam agant, à seipsis omnia facere, cætera verò facere velut impeditas opus proprium exequi, ideòque pati magis quàm facere .... denique judicare decet probos quidem agere, atque ex seipsis liberè honesta facere : alios autem quatenùs respiraverint, expeditique jam fuerint, eatenùs liberè, honesta similiter agere.

Indica sanè animæ (τοῦ *djîw âtma*), constanter et solius rationis, recti asseclæ, et eo modo sensuum affectionibus, ignorantiâ expeditæ, hoc in mundo libertas.

Quandò autem Plotinus ait [1] : *nihil igitur est aliundè quærendum quasi malum : sed qui malum in animâ collocat, ità collocet ut sit absentia boni .... omninò verò malum existimare debemus boni defectum ;* apprimè concordat cum systemate Indico, ubi malum nihil in se, substantiâ, sed solùm est τοῦ *âtma* ligati, effectus, modus, accidens.

[2] *Ratio ejus quod in nostro consistit arbitrio*, inquit philoso-

---

τὰ καλὰ πράττειν, τὰ δὲ ἄλλα (vel, τοὺς δὲ ἄλλους) καθ' ὅσον ἂν ἀναπνεύσωσι, συγχωρηθέντες, τὰ καλὰ πράττειν. *Id. p.* 234.

1. ὀυδὲν οὖν δεῖ ἄλλοθεν ζητεῖν τὸ κακὸν, ἀλλὰ θέμενον ἐν ψυχῇ, οὕτω θέσθαι ἀπουσίαν ἀγαθοῦ εἶναι .... ὅλως δὲ τὸ κακὸν ἔλλειψιν ἀγαθοῦ θετέον. *Id. Ennead. I, libr.* 8, *p.* 79. *Ennead. III, lib.* 2, *p.* 259.

2. ἔιη ἂν ἡ ἔννοια τοῦ ἐφ' ἡμῖν, ὃ τῇ βουλήσει δουλεύει. καὶ παρὰ τοῦτον ἂν γένοιτο ἢ μὴ, παρ' ὅσον. βουληθείη μὲν ἄν, ἑκούσιον μὲν γὰρ πᾶν, ὃ μὴ βίᾳ μετὰ τοῦ εἰδέναι. ἐφ' ἡμῖν δὲ ὃ καὶ κύριοι πράξαι. καὶ συνθεῖ μὲν ἂν πολλαχοῦ

phus, *erit ejusmodi, quòd videlicet voluntati servit, ac eatenùs vel fit, vel non fit, quatenùs ipsi velimus. Jam verò voluntarium quidem est, quod et absque violentiâ, et cum cognitione peragitur : in nobis autem, id est, in nostro arbitrio est, ad quod agendum domini ipsi sumus. Atqui ambo hæc inter se sæpè concurrunt, quamvis sit eorum ratio differens : nonnunquàm verò dissentire videntur .... forsan verò hoc ipsum quod dicitur voluntarium, nunquàm penès illum qui verum arbitrium habeat, ab ipso arbitrio dissonabit.*

Hîc libertas ponitur in voluntario : et id cum Indicis libris consonat, ubi quod spontè, liberum : idem dicendum de eo quod legitur in Plotino. [1] *Necesse autem est hîc boni defectum accidere, quoniam est in alio. Ipsum itaque aliud in quo bonum est, cùm diversum sit à bono, infert boni defectum : id namque non erat bonum. Quàpropter, ut Plato inquit, impossibile est mala penitùs extirpari, quoniam et alia aliis inferiora sunt ad ipsam boni naturam, et alia diversa sunt à bono, substantiæ suæ causam indè sortita, taliaque evaserunt, propterea quòd à bono remotissima provenere.*

Sic ratiocinatur Plotinus. Bonum extrà fontem, primum universale principium, ab eo eductum, productum, separatum, limitatum est et imperfectum : in isto particulari bono, est privatio

---

ἀμφω. καὶ τȣ̃ λόγȣ αὐτῶν ἑτέρȣ ὄντος, ἐςὶ δὲ ȣ̓, καὶ διαφωνήσειεν ἂν ... . τάχα δ᾽ ἂν κἀκείνῳ διαφωνέιη (vel, διαφωνοῖ) ἔχοντι τῷ ἐφ᾽ εαυτῷ. *Id. Ennead. VI, libr.* 8, *p.* 735.

1. ἀνάγκη δὲ ἔλλειψιν εἶναι ἐνταῦθα ἀγαθȣ̃, ὅτι ἐν ἄλλῳ. τὸ οὖν ἄλλο ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν, ἕτερον ἀγαθὸν ὄν, ποιεῖ τὴν ἔλλειψιν. τȣ̃το γὰρ οὐκ ἀγαθὸν ἦν. διὸ ȣ̓̈τε ἀπολέσθαι τὰ κακὰ, ὅτι τὲ ἄλλα ἄλλων ἐλάττω πρὸς ἀγαθȣ̃ φύσιν· ἕτερα τὲ ἄλλα τȣ̃ ἀγαθȣ̃, τὴν αἰτίαν τῆς ὑποστάσεως ἐκεῖθεν λαβόντα, τοιαῦτα δὴ γενόμενα τῷ πόῤῥω. *Id. Ennead. III, libr.* 2, *p.* 259.

boni : nec alio modo existere potest. Porrò quod in alio est, extrà et suum principium : et reverà bonum aliquod est in alio; siquidem aliquid extrà universale principium existit. Malum ergò, quod est privatio boni, non bonum, non ens, necesse est in naturâ.

Subtilis argumentatio, in se vera, recta, quæ τȣ̃ *âtma*, ad τȣ̃ *djiw âtma* imperfectionem redacti, naturæ, existentiæ applicari potest; sed manca prorsùs et invalida, quandò ad quæstionem de *merito*, et proindè *præmio* vel *pœnâ*, infortunio, dolore vel beatitate, voluptate, bonum aut malum sequentibus, devenitur.

Qui Chalcidii (4 *sæc.*) disputationem contrà omni-scientiæ Dei, rerum necessitatem inferentis, notionem, objectiones, responsa, æquiori et attentâ mente perpenderit, eum difficultatis nodum non solvere, sed quæ de supremo opifice, ejus attributis, scientiâ, potentiâ, actione, et de hominis, animalis rationalis, naturâ, voluntate, libero arbitrio, credenda, confitenda, nudè et simpliciter, magistrorum more, tradere deprehendet.

Lecto *Timæi* Platonis commentario, hæret, ut anteà, animus, et quærit : an Deus, summè sapiens, summè perfectus, æternus, ambigua, incerta, ex hominis delectu pendentia, ambiguè, incertè sciat ? si contrà, clarè, si certè, et ab æterno, ergò et ab æterno in mente Dei fixa et determinata, proindè necessaria dicenda sunt; cùm fluxa, mutabilis, successiva cognitio supremi, immutabilis Entis essentiæ repugnet.

At Deus res percipit uti futuræ sunt, ambigua, incerta, uti ambigua, incerta.

Ex supposito, res erat incerta, et advenit. Deus ergò, qui eam solummodò incertam scivit, quanquàm, ut æterno, futurum, quoquo modo, æquè ac præsens et præteritum, ei adesse debeat, aliquo tempore, factum non cognovit; scientiam eventu

adeptus est : et tamen omni-scius, uti reverà est, prædicatur. En ipsa *Chalcidii* verba.

Adversùm quæ tam pugnaciter, et ipso fato violentiùs instituta (ab iis, qui ex scientiâ Dei omnia fato assignant), quid respondebimus? Quòd Deus sciat quidem omnia, sed unumquodque pro naturâ suâ ipsorum sciat; necessitate quidem subjugatum, ut necessitati obnoxium, anceps verò, ut quod eâ sit naturâ præditum, cui consilium viam pandat. Neque enim ità scit ambigui naturam Deus, ut quod incertum et necessitati constrictum : sic enim falletur, et nesciet; sed ità ut pro naturâ suâ verè dubium sciat. Quid ergò dicimus? Deum scire omnia, scientiamque ejus ex æternitate solidari [1] ....

Hanc igitur Dei voluntatem, tamque sapientem tutelam rerum omnium, providentiam homines vocant; non, ut plerique existimant, ideò dictam, quià præcurrit in videndo, atque intelligendo, proventus futuros : sed quià proprium est divinæ mentis intelligere; qui est proprius mentis actus, et est mens Dei æterna. Est igitur mens Dei de intelligendo æternus actus [2] ....

Originem quidem rerum, ex quâ cæteris omnibus, quæ sunt substantia ejus, ministratur, esse summum et ineffabilem Deum, post providentiam ejus secundum Deum, latorem legis utriusque vitæ, tam æternæ quam temporariæ; tertium esse porrò substantiam, quæ secunda mens, intellectusque dicitur; quasi quædam custos legis æternæ. His subjectas esse rationabiles animas, legi obsequentes, ministras verò potestates, Naturam, fortunam, casum, et Dæmones inspectatores speculatoresque meritorum. Ergò summus Deus jubet, secundus ordinat,

---

1. CHALCID. *Timæus* etc. *p.* 254. — GROT. *de Fato*, *p.* 96.

2. CHALCID. *Timæus* etc. *p.* 267-268. — GROT. *de Fato*, *p.* 106, 107.

tertius intimat. Animæ verò legem agunt. Lex porrò ipsam fatum est, ut sæpè diximus ....

Fatum providentiæ scitum est. Continet autem ea quæ sunt in nostrâ potestate, ut præcedentia : continet etiam meritorum collationem. Sequuntur animadversio et approbatio, quæ sunt fatalia : eaque omnia quæ casu, fortunâque fiunt. [1]

Sola igitur vera illa ratio est, fixaque et stabilis sententia, quæ docet quædam fato fieri; alia porrò ex hominum arbitrio, et voluntate proficisci. [2]

Nunc si *Jamblichum* (4 *sæc.*) adeamus, eum sub *fati* nomine [3] *ordinem omnes in se ordines complectentem* intelligere reperiemus : quod *fatum* sic describit [4] : *vita itaque corporis habens speciem, et ratio genituræ effectrix, et formæ in materiâ positæ, et ipsa materia, et ex his composita genitura, et motio omnia immutans, et natura quæ certo ordine regit ea quæ fiunt, et principia naturæ, et fines, et effectio, et horum inter se connexiones, et progressus ab initio ad finem constituunt fatum.*

Indum Philosophum crederent naturam exponere τȣ̃ *âtma*, qui agens simul est, et actus, actum, objectum, finis; scilicet, omne quod existit, sivè in substantiâ, sivè in formâ. Vide *suprà*, N.° LXXVI, *p.* 354.

Et tamen, quemadmodùm Pythagoram *liberum arbitrium extrà controversiam constituisse, et maximum discrimen attulisse eorum quæ à mente, et eorum quæ à fato fiunt : et eorum quæ ex præscito, quæque ex fato* [5] asserit; et ipse, *non igitur,*

1. CHALCID. *Timæus* etc. *p.* 277 - 279. — GROT. *de Fato*, *p.* 114, 115.

2. CHALCID. *Timæus* etc. *p.* 280. — GROT. *de Fato*; *p.* 116.

3. *Epist. ad Macedon. ex Stob. ap.* GROT. *de Fato*, *p.* 123.

4. JAMBLICHUS; *Epist. ad Sopatr. ap.* GROT. *de Fato*, *p.* 129.

5. JAMBLICHUS; *de vitâ* PYTHAGOR. *Jo.* ARÆR. THEODORETO *edit. et interpret.* (1598), *lib.* 1, *p.* 185, 186. — GROT. *de Fato*, *p.* 129, 130.

inquit [1], *de quo tu dubitas, necessitatis, quam et fatum dicimus, indissolubilibus vinculis constricta sunt omnia. Habet enim proprium in se anima principium circumactûs sui, circà id quod est intelligibile, et divortii sui à rebus quæ fiunt, et contrà connexûs sui cum eo quod est, et quod divinum dicimus.*

Verùm hæc omnia sunt meræ assertiones, nec ullum in istâ materiâ, menti lumen affundunt. Idem dicendum de duabus animis, quas juxtà Egyptiorum doctrinam et ipsius *Mercurii* libros, in homine esse tradit Jamblichus : [2] unâ, quæ *à primo intelligibili manans de summo illo opifice participat; alterâ, ex cœlestium corporum circumactione inditâ, cui irrepit Dei speculatrix anima :* et quòd, *quæcumque deificatio ad id quod ingenitum est sublevatur, ea omnis per hujus (diviniioris animæ) vitam perficitur.* Isti secundæ animæ respondet *alterum* [3] *in animâ principium, omni naturâ ac notitiâ potius* (Gal. *præstantius*), *per quod cum diis ipsis adunari, et suprà mundanum ordinem assurgere possumus, et æternæ vitæ, efficaciæque deorum supercœlestium fieri participes; per quod principium etiam nosmet liberare possumus. Ubi enim actuosa sunt ea quæ meliora*

---

1. JAMBLICHUS; *de Mystericis liber. Th.* GALE *edit. interpret. annotat.* (1678); *Sect. VIII, cap.* 7, *p.* 162. — GROT. *de Fato*, *p.* 126.

2. JAMBLICH. *lib. cit. sect. VIII, cap.* 6, *p.* 162. — GROT. *de Fato*, *p.* 125.

3. ἀλλ' ἔστι καὶ ἑτέρα τῆς ψυχῆς ἀρχὴ κρείττων πάσης φύσεως καὶ γεννήσεως, καθ' ἣν καὶ θεοῖς ἑνοῦσθαι δυνάμεθα, καὶ τῆς κοσμικῆς τάξεως ὑπερέχειν, ἀϊδίου τε ζωῆς, καὶ τῶν ὑπερουρανίων θεῶν τῆς ἐνεργείας μετέχειν· κατὰ δὴ ταύτην οἷοί τέ ἐσμεν καὶ ἑαυτοὺς λύειν. ὅταν γὰρ δὴ τὰ βελτίονα τῶν ἐν ἡμῖν ἐνεργῇ, καὶ πρὸς τὰ κρείττονα ἀνάγηται αὐτῆς ἡ ψυχὴ, τότε χωρίζεται παντάπασι τῶν κατεχόντων αὐτὴν εἰς τὴν γένεσιν, καὶ ἀφίσταται τῶν χειρόνων, ζωήν τε ἑτέραν ἀνθ' ἑτέρας ἀλλάττεται, καὶ δίδωσιν ἑαυτὴν εἰς ἄλλην διακόσμησιν, τὴν προτέραν ἀφεῖσα παντελῶς. JAMBLICH. *lib. cit. cap.* 7, *p.* 162, 163. — GROT. *de Fato*, *p.* 126, 127.

sunt nostri (Gal. *quandò enim pars nostri melior operari incipiat*), *et ad res excellentiores ascendit anima, tunc omninò expeditur ab eis quæ eam geniture advinciunt, et à sequioribus discedit, vitamque alteram cum alterâ commutat, datque se in aliud regimen, à priori penitùs absoluta.*

In illâ animæ cum diis *adunatione*, et ad eam, ad perfectam *liberationem* perveniendi modo, τȢ Indorum *djiw âtma* (animæ), eorum quæ in libris *Beid* præcipiuntur, executione, liberum, à sensibus et corpore statum, et ad *âtma*, undè venit, reditum, id est, cum *Pra Brahm* τȢ *Oupnek'hat unificationem*, quis non agnoscat? Et certè quarto post Christum sæculo, et longè anteà, ut et nunc, mercatorum, bellatorum, sapientum Africæ, Asiæ, terrâ marique, frequens erat in alterutram partem concursus, teste unanimi scriptorum veterum consensu : sicque facilè Occidenti, ÆEgypto *Brahmanum* doctrina innotescere, et sublimioribus animis poterat insidere. Verùm in iis omnibus nulla viæ ad liberum hominis arbitrium cum Dei supremi omnimodâ scientiâ, potestate, cum fato, necessitate conciliandum, vestigia.

Pari vitio laborat SERVII (4 *sæc.*) super v. 696, 697 quarti *ÆEneidos* ratiocinatio. [1]

> *Non quià nec fato, meritâ nec morte peribat* (*Dido*) :
> *Sed misera ante diem.*

Fatum denunciativum hîc intelligit doctus commentator, id est, absolutum, ineluctabile, non fatum conditionale. Sed difficultas, quoad Deum, eadem remanet. Res *conditionaliter* eventura, à Deone, antequàm eveniat, ventura cognoscitur, necne? Si primum, rata ergò et determinata est, nec ullus est libero arbitrio eam mutare valenti locus : si secundum, aliquid, in rerum naturâ, Dei scientiam fugere potest; nec *stat*, ut ait Virgilius, *sua cuique*

1. GROT. *de Fato*, p. 130, 133.

dies, nisi positam conditionem homo necessariò impleat; quod est *fatum denunciativum*.

Fati fieri, fato subjectas esse animas, Proclus (6 *sæc.*) tradit [1], quæ de universò mortàle vitæ genus acceperunt, quandò ab hoc vitæ genere vincuntur. Ex seipsis autem agunt : Deus illis tribuit meritis respondentia, juxtà propriam sortem cuique à fato definitam, quippè qui rebus se moventibus, ut se moventibus vult imperare. Animis fatales leges inserit, in ipsarum substantià ponit : et sic eas cognoscentes, motuum suorum fons, malorum, peccatorum quæ sequuntur, ipsæ sibi sunt causæ, non Deus summus opifex. Culpa eligentis animæ est, non Dei, qui omninò extrà causam est. Ille bona largitur; ea mens prava malè suscipit : indè malum, quod est præter naturam, non secundùm naturam; ne particularis quidem causa mali, quod imbecille et imperfectum, est de se genitis : ad Deos autem, quorum natura est summè perfecta, in quibus summa est bonitas, sola boni causa originalis referenda.

Verùm duæ sunt conjugationes rerum in mundo existentium, quæ à Diis ipsis desuper proficiscuntur. Omnia enim dispescuntur biformibus rerum principiis. Quæ potioris sunt sortis, ut naturæ convenientes constitutiones animæ et corporis, externa utilia, divitiæ, potentia etc., ea dicere bona mos fuit veterum; quæ sequioris, mala : at non ut cùm injustum animi tenorem malum dicimus; sed ut impedimenta operationum, et obstantia naturali nostræ substantiæ, et interrumpentia facilem animæ providentiam circà res humanas : res enim hujus generis, quanquàm à philosophis mala dici non debent, vitam tamen activam degentibus,

---

1. PROCLUS, *in Platon. Theologiam*, *lib.* 6, *ed. et interpr. Æmil. Porto* (1619), *lib. IV*, *cap.* 16, *p.* 200.

Idem, *in Timæum*, *lib.* 5; *in libros de Republicà* : *apud* GROT. *de Fato*, *p.* 133-143.

videntur impedimenta quædam esse vitæ secundùm virtutem. [1] *Hos igitur duos ordines bonorum et malorum quæ in mundo sunt, æquum est aptari ab opifice unitate. Nam et Deorum discrimina, et eorum generum quæ post Deos sunt, ab illo pendent primo principio. Quarè et eorum quæ fato accidunt, et quæ ex justitiæ præscripto animis assignantur bona vel mala, ad hanc genituram pertinentia, causa ad eum referenda est qui hoc universum gubernat, quique in mortalitatis loca demittit animam.*

In hunc proindè sensum optimè conveniunt et Plato et poësis Homerica :

Urnæ sunt geminæ Jovis alto in limine, quarum
Altera plena malis, felicibus altera fatis.

Hæc summa eorum quæ Platonem explicans Proclus disserit, ut probet Deum non esse malorum, scilicet peccatorum causam. Asserta tantùm attentus lector vidit, expositiones, nullibi verum difficultatis nodum solutum, vel tactum ; non ipsam quæstionem inchoatam.

Agitur propriè de origine boni et mali, de operum merito, de præmio aut animadversione iis addictâ. Quid respondet philosophus Platonicus ? cuncta ex se bona ; malum ex delectu hominis ; mala externa falsò mala nominata.

Enim verò, si malum ex homine solo, et delectu, contingentiâ, illud Deus quomodò scit ab æterno, ut futurum? Si omnia ex se bona, quî hominis delectus pravus factus ? undè illa pravitas, quæ simul pœnam adducit, quamvis ex imperfecto oriatur, et ens imperfectum à summè perfecto exeat, nec aliter, ut productum, quàm imperfectum, et hoc ipso delicti capax esse

---

1. GROTIUS; *de Fato*, p. 139.

quæat; præsertim, cùm mala quædam à primo opifice profecta sint, etiam[1] *impedimenta vitæ secundùm virtutem*; quæ *vita* præter *virtutem acta*, nihilominùs, quasi homo unica et absoluta ejus causa foret, pœnas subit?

Patet profectò quàm imbecillis sit mens philosophica, quandò propriis alis ad rerum omnium causam audaci nisu tentat assurgere.

Jam è Platonicâ scholâ ad Aristotelicam transeamus.

Alexander Aphrodisiensis (2, 3 *sæc.*) in opusculo ad imperatores Severum et Antoninum directo, contrà *fatum*[2] libertatem ad opposita tollentem, omnes adhibet ingenii vires, difficultates, objecta ex utrâque parte satis accuratè, saltem argutè, refert. Attamen in enumerandis è *necessitate* sequentibus incommodis maximam suæ compositionis partem impendit. De *scientiâ* seu præscientiâ Deorum aliquid summatim profert: verùm divina attributa cum absolutâ hominis libertate pugnantia, ut par est, nec explicat, nec defendit. Undè rectè concludi potest ejus orationem esse meram *liberi arbitrii* præsertim è consequentibus ductam apologiam, levem ei Deorum perfectiones adstruendi curam fuisse: et proindè quæstionem de origine, *causâ* boni et mali, ex mente Aristotelis ab *Alexandro* tractatam, nihil novi, nihil lucidi offerre, nihil quod supremi opificis naturæ cum operis sui qualitatibus concordiam solummodò indicet.

Nec majorem hac in materiâ lucem spargit (6 *sæc.*) AMMONIUS, *Hermæ* filius, *Aristotelis* doctrinam exponens.[3] Deos quidem

---

1. GROT. *de Fato*, *p.* 142.

2. IBID. *p.* 143, 175, 188, 189, 191 - 195, 202, 203, 204 - 221. — EUSEBIUS; *Præparat. evangelic.* (1628); *libr.* 6, *IX*, *p.* 268 - 273.

3. GROT. *de Fato*. AMMONIUS HERMÆ, *in expositione libri Aristotelis de interpretatione*, *p.* 222-236.

etiam *ancipitia* definitè noscere, prænoscere [1], disertè asseri. et luculenter probat philosophus Peripatheticus, è divinâ naturâ, omnium productrice, omnia gubernante, omnimodam primi opificis, *in quo* [2] *non potest aut præteritum cogitari, aut futurum, sed omnia ei in uno nunc perpetuo sunt collocata*, scientiam eruens. Simul et necessitatem, fatum, tanquàm rerum omnium causam, impugnat, argumentis debilibus, ambiguis; quale est illud : [3] *neque existimandum est necessarium habitura eventum ea quæ ancipitia dicimus, quià à Diis definitè noscuntur. Non enim quià id sciunt Dii, ideò necessariò ista evenient, sed quià naturam habentia ambiguam, et in utrumque proclivem exitum habebunt talem aut talem, propterea Deos necesse est scire quomodò res exitura sit ; estque idem naturâ quidem suâ anceps, Deorum autem notitiæ non indefinitum, sed definitum.*

Quid est *anceps esse suâ naturâ, Deorum autem notitiæ, non indefinitum sed definitum;* et tamen *non ideò necessariò evenire, quià id sciunt Dii?* Rem quæro : verba video. Res Diis *definita,* iis prænota, præsens, quamvis nobis futura, est determinata, existens, proindè necessaria, cùm aliter esse non possit.

Argumenta pro necessitate, ex Deorum cognitione et providentiâ sumpta, *repugnatu difficilia* [4] fatetur, et satis prolixè refert Ammonius : è divini, ut ait, *Jamblichi* disciplinâ, diversas cognitionis mensuras distinguit, perfectissimam, pro eorum essentiâ, Diis tribuens. Verùm, quandò dicit : [5] *ad moralem partem*

---

1. GROT. *de Fato.* AMMONIUS HERMÆ, *in expositione libri Aristotelis de interpretatione, p.* 229.

2. *Ibid. p.* 228.

3. *Ibid. p.* 233.

4. *Ibid. p.* 231.

5. *Ibid. p.* 223.

sapientiæ omninò id assumi necesse est, non omnia ex necessitate esse ac fieri, sed esse et quædam in potestate nostrâ, quod perfunctoriè, et quasi cavillatoriè [1] probat, argutus philosophus aperosè nihil agit.

Restat ut *Stoïcorum* opinionem de fato et necessitate expendamus. *Epicureorum* enim (4 *et* 3 *ant. Ch. sæc.*) systema [2] omnia, etiam animi motus, materialium et intelligentiâ carentium atomorum gravitati naturali tribuens, et tamen esse posse quemdam animi motum voluntarium, aliquid in potestate nostrâ, nulli alteri subjectum dominio, ne vitium sit extrà reprehensionem, statuens; solâ expositione, mentis humanæ imbecillitatem æquè ac abjectionem ità ostendit, ut ei vel tantillùm immorari, tempus perdere foret, et gravis et prudentis lectoris otio abuti et patientiâ.

Quid prisci, quid recentiores *Stoici* de *fato* et *libero arbitrio* præcisè senserint adhuc in incerto est. Chrysippus (3 *ant. Ch. sæc.*), Stoicæ princeps philosophiæ, si verba ejus, à Gellio et aliis auctoribus citata [3], attentè legantur, fatum conditionale, per *sequelas quasdam* mala physica et moralia vitia includentes restrictum, videtur admittere. *Quanquàm ità sit, inquit* [4], *ut ratione quâdam principali necessariò coacta atque connexa sint fato omnia; ingenia tamen ipsa mentium nostrarum proindè sunt fato obnoxia, ut proprietas eorum est ipsa et qualitas .... idque ipsum ut eâ ratione fiat,*

---

1. GROT. *de Fato.* AMMONIUS HERMÆ, *in expositione libri Aristotelis de interpret. p.* 235.

2. CICERO; *de Fato* (1606), *col.* 416. — GROT. *de Fato, p.* 281, 282. De *Epicuro* vide JO. JONSIUM .... *de Scriptorib. histor. philosoph.* (1659), *lib.* 1, *cap.* 20, *p.* 106-108. — PLOTIN. *Ennead. III, lib.* 1, *de Fato, p.* 229, 230.

3. AULI GELLII *Noctes atticæ* (1585), *lib. VI, cap.* 1, 2, *p.* 168-171. — GROT. *de Fato, p.* 237-240. — THOMASIUS; *Dissertat. ad Stoic. philosoph. .... pertinent.* (1682). *Dissertat. XIII. Stoici fati malignitas, p.* 169, 170; §. 17, 18.

4. GELL. *libr. cit. p.* 170. — GROT. *de Fato, p.* 238, 239.

naturalis illa et necessaria rerum consequentia efficit, quæ fatum vocetur. [1] *Multum* dicit *necessitatis admixtum rebus.* [2] *Tanquàm arbiter honorarius medium se ferre vult: sed applicat se ad eos potiùs, qui necessitate motus animi liberatos volunt .... Cùm et necessitatem improbaret, et nihil vellet sine præpositis causis evenire, causarum genera distinguit, ut et necessitatem effugiat, et retineat factum. Causarum enim, inquit, aliæ sunt perfectæ et principales: aliæ adjuvantes et proximæ. Quamobrem cùm dicimus omnia fato fieri causis antecedentibus, non hoc intelligi volumus, causis perfectis et principalibus, sed causis antecedentibus, adjuvantibus, et proximis .... quæ si ipsæ non sint in nostrâ potestate, non sequitur, ut ne appetitus quidem sit in nostrâ potestate. At hoc sequeretur, si omnia perfectis et principalibus causis fieri diceremus: ut cùm hæ causæ non essent in nostrâ potestate, ne ille quidem esset in nostrâ potestate. Ex ipsâ discretione,* quam facit Chrysippus, *Diogenianus* Peripatheticus concludit: [3] *manifestum est à fato liberam esse causam quæ in nobis sita est;* verùm, fortè rectiùs cum *Aulugellio* ex Cicerone, qui quæstionem istam *obscurissimam* esse fatetur et *implicatissimam:* [4] *Chrysippus æstuans laboransque quonam modo explicet, et fato omnia fieri, et esse aliquid in nobis, intricatur hoc modo.*

Parem in SIMPLICIO (6 *sæc.*), dùm Epicteti *Inchiridium* commentans, Dei attributa cum mundi, animæ *depravatione* conciliare

---

1. GROT. *de Plutarch. lib. cit. p.* 241.

2. CICER. *de Fato, col.* 420. — GROT. *libr. cit. p.* 237.

3. GROT. *lib. cit. p.* 242.

4. GELL. *lib. cit. p.* 171. — GROT. *lib. cit. p.* 240: *dùm autem (Chrysippus),* inquit CICERO (*lib. cit. col.* 420), *verbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus.*

nititur, verborum, sententiarum observare est dissonantiam, argumentorum pugnacitatem. Sic [1]: *neque verò*, inquit, *libertas et id quod nostræ est potestatis in eo solo poni debent, quòd quis possit et contraria facere; nam mentes bono semper affixæ, bonumque diligentes, liberum nihilominùs dilectum habent (neque enim coactus est is dilectus), et bono suo semper adhærent, nunquàm raptæ in contrarium.*

Hìc doctus philosophus libertatem ponit in *voluntario*, sicut *Plotinus. Nostræ vero animæ, bonæ si sint, ad bona se acclinant, si malæ, ad mala : transeunt etiam à vitio in virtutem adhibitá curá, aut de virtute in vitium accedente negligentiá, atque utrumque faciunt dilectu proprio et non necessitate.*

Inferiùs : [2] *non planè idem quod spontè fit* (Wolf. *voluntarium id est*), *quod in nostrá est potestate. Sed spontè fit*, *quod principaliter cupimus. At in nostrá libertate est præferre, aut id quod principaliter expetimus, aut aliud quid, vitandi mali majoris gratiá.*

[3] *Illud demùm est liberum, quod sui est juris, ac se utendi dominium possidet.*

Cùm spontaneum generaliter à libero, seu ab eo quod est in

---

1. οὐ μὲν τοι οὐδὲ τοῦτο χρὴ κρίνειν ἐπὶ πάντων τὸ αὐτεξούσιον καὶ τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν, τῷ δύνασθαι καὶ τὰ ἐναντία ποιεῖν. Simplicii Commentar. *in Enchirid. Epictet. interpret.* Wolf. *animadvert.* Salmas. (1640), *p.* 23, Grot. *de Fato*, *p.* 361; hujus doctiss. viri interpretationem dedi.

2. οὐ γὰρ ταὐτὸν τὸ ἑκούσιον, καὶ τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν· ἀλλ᾽ ἑκούσιον μὲν τὸ προηγουμένως αἱρετόν· ἐφ᾽ ἡμῖν δὲ τὴν ἐξουσίαν ἔχομεν εἰς τὸ αἱρεῖσθαι, εἴτε προηγουμένως, εἴτε δι᾽ ἀποφυγὴν κακοῦ μείζονος. Simplic. *libr. cit. p.* 30. — Grot. *libr. cit. p.* 267.

3. τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ ἐλεύθερον, αὐτεξούσιον ὑπάρχον, καὶ κύριον τοῦ ἑαυτοῦ χρήσεος. Simplic. *libr. cit. p.* 34. — Grot. *libr. cit. p.* 271.

nostrâ potestate, auctor distinguit, primam, quam dedit, liberi ideam videtur immutare; et tamen, quasi omnia concordarent, *quarè*, inquit [1] *nulla vitii causa Deus est. Fecit is animam quæ depravari posset, quia illius fuit non prima tantùm producere, sed et media et infima, ut sic universum hoc consummatum fieret, et quæ prima sunt verè prima manerent, et non ultima, id est infecunda, infirma, materiæ immersa. Fecit igitur ipse, quantumvis bonus, animam quæ depravari posset propter bonitatis suæ abundantiam, sed non permisit eam depravari aliter quàm si ipsa vellet.*

Lepidus sanè ratiocinandi modus! opifex summus, summè perfectus, perfecta fecit, ut universum consummatum fieret; et summè bonus, operi quod, utpotè imperfectum factum, se depravari voluit, pœnas infligit!

Vitæ quidem genus, ait Simplicius [2], *sumunt animæ pro vitæ prioris meritis ac moribus* (animas *ortûs et interitûs expertes* asserit [3]): *vitâ autem malè utendi libertatem in seipsis possident. Undè fit ut quidam mercatoriam amplexi vitam benè vivant, et contrà qui philosophiam profitentur, gerant se turpiter: quià ipsa per se vitæ genera, puta agricolæ, mercatoris, cantoris, ipsæ quidem animæ sibi deligunt pro prioris vitæ meritis, et pro iisdem meritis locum ubi vitam hanc agant sibimet assignant, at ipsam vivendi qualitatem animæ sibimet proponunt liberè. Sed nequè pravum aliquid à fato imprimitur, ut quidam audent dicere, quià nascuntur fraudulenti, pullogremones et adulteri: quod enim hæc interdùm verè prædicunt astrologi, ideò evenit, quòd hanc vel illam proprietatem indè*

1. Simplic. *lib. cit. p.* 24. — Grot. *libr. cit. p.* 261.
2. Simplic. *libr. cit. p.* 26, 27. — Grot. *libr. cit. p.* 263, 264.
3. Simplic. *libr. cit. p.* 24. — Grot. *de Fato*, *p.* 261.

profectam moderatè vel immoderatè suscepimus. Mentis enim depravatio et fraudulentos facit et pullogremones. Nam qui moderatè suscipiunt illas proprietates, fiunt adolescentiæ tutores salutares : qui verò immoderatè, fiunt ejus pestis atque pernicies.

Redit semper eadem quæstio. Quarè talem proprietatem, quâ abuti potest, anima, ab opifice omnipotenti et summè bono producta, suscipiendi, undè meriti, id est præmii vel pœnæ capax efficitur, potestate donatur ? *Universi* sui gradus diversos hîc affert Simplicius : quod, propriè ludere est in re minimè ludicrâ. Verùm omnes veterum et recentiorum libros evolventi, nihil unquàm super hac materiâ occurret solidius, nihil concinnius : effata, disputationes, responsiones ambiguæ, argumentationes intricatæ, elusiones, effugia : et contendentes, seipsis contenti, quasi victores, utrinquè triumphales modos incinunt.

Post recensitas æthnicorum acriore ingènio philosophorum, qui fati, necessitatis, liberi hominis arbitrii, seu primæ boni et mali causæ materiam expressè, consilio, tractârunt opiniones, veterum Judæorum [1], Rabbinorum, quorumdam Orientalium, etiam pri-

1. Vide, apud JOSEPHUM, (1 *sæc.*) *antiquit. Judaic. libr. XVIII, cap.* 1, (2) *n.* 2. *Oper.* (1720), 2 *part. p.* 793, Pharisæos hominis actionem cum Dei judicio miscentes (GROT. *de Fato*, *p.* 283, 284). 12.° sæculo, R. MOS. MAIMONIDES providentiam divinam ergà homines, Dei scientiam absolutam, etiam possibilium, sed ut possibilium, hominis actus liberos ab eo solo ortos, comitantem, tuetur (*More nebokim*, *part. III*, *cap.* 17 - 22. *p.* 375 - 395. — GROT. *de Fato*, *p.* 284 - 296), solo, ut putat (*libr. citat. p.* 379, 381), ductus librorum divinorum lumine; undè ad solvendas difficultates, quas ipse agnoscit (*p.* 393), aptum nihil promit.

Fati, astrologorum observationum, prædictionum vanitatem (2 *sæc.*) redarguendo, BARDESANES Syrus (*Euseb. Præpar. evangel. libr. VI*, *n. X*, 273 - 281. — GROT. *de Fato*, *p.* 306 - 317) hominis dilectum liberum adstruit.

S. JUSTINUS (2 *sæc.*) contrà Stoicorum fatum, necessitati omnia subjiciens, hominis liberum arbitrium bonum aut malum eligentis defendit, ratione et divinâ

morum Ecclesiæ Patrum, sententiam hîc præbere supravacaneum puto : utpotè quæ partim rationi humanæ nitatur, partim rationi divinæ; scilicet scripturæ sacræ ad mentem auctorum intellectæ : quod ab instituto meo alienum, solos hominis conatus, super quæstione gravissimâ, perobscurâ, iis insolubili, redarguente.

Benè agere, librorum sacrorum jussa fideliter exequendo; de reliquo, rerum ordinem, qui oculis cernitur, fixum, necessarium et rectum tenere : hæc est summa eorum quæ hac de re, ratio humana, oraculis divinis erudita, huc usquè poterit et unquàm poterit subministrare. Figulus (*suprà*, N.° LXV, *p.* 308), cum rotâ suâ, vasa diversæ speciei efformat.

---

scripturâ (*Oper.* [1742] *Apolog. I*, *p.* 68, 69, *N.*° 43. *Apolog. II*, *p.* 93, 94, *N*°. 7, 8. — GROT. *de Fato*, *p.* 299-308) : sic (2 *et* 3 *sæc.*) et CLEMENS ALEXANDRINUS (*Oper.* [1715] *Stromat. lib. II*, *p.* 461-462. — GROT. *de Fato*, *p.* 302-306); (2 *et* 3 *sæc.*) ORIGENES (3.° *de Princip. libr.* 3, *p.* 108-134. — GROT. *de Fato*, *p.* 317. 344; *id.* ORIGEN. 3.° *Comment. in Genes. ap.* Euseb. *Præpar. evangel. p.* 281-283. — GROT. *de Fato*, *p.* 345-347), eâdem mente, præterea imperii Romani statu, bonorum patientium querimoniis, malorum injuriis commotus, Deum summè providum, simul et hominem actuum suorum unicum auctorem et dominum disertè asserit, verbis forsitan quæ *pelagianismo* originem dare potuerunt; qualia erunt ista (*de Princip. p.* 134): *Facit enim (mundi opifex) vasa honoris et vasa ignominiæ, non à principio secundùm prænotionem, quià per ipsam nec præcondemnat, nec præjustificat* (οὐκ ἀρχῆθεν κατὰ τὴν πρόγνωσιν, ἐπεὶ μὴ κατ' ἀυτὴν προκατακρίνει, ἢ προδικαιοῖ...), *sed vasa honoris facit eos qui se expurgârint, vasa verò ignominiæ, qui vitiorum suorum sordes abstergere neglexerint, ità ut priusquàm fingantur vasa in honorem et vasa in contumeliam, antiquiores causæ extiterint, cur alius fiat in honorem, alius in contumeliam* (ὥστε ὲκ ἐκ πρεσβυτέρων ἀιτίων τῆς πατασκευῆς τῶν ἐις τιμὴν καὶ ἐις ἀτιμίαν σκευῶν γίνεσθαι ὃν μὲν ἐις τιμὴν, ὃν δὲ ἐις ἀτιμίαν).

In Rufini interpretatione non apparet primum comma : ὲκ ἀρχῆθεν etc.; et super secundo novus interpres observat : „ ὀυκ. Sic libb. editi et mss. (in Grotio, *ità ut* „ NON *ex causis primis structuræ* ...). Sed manifestus est error amanuensium. Suspi„ cor legendum esse ὲν." Hanc notam confirmat Rufini interpretatio, quæ sic

Caput humiliter submittentes, clamemus cum Apostolo: [1] *ô altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus!*

Quis enim cognovit sensum Domini; aut quis consiliarius ejus fuit? aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei?

Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula. Amen.

Et cum Prophetâ: [2] *quasi si lutum contrà figulum cogitet, et dicat opus factori suo: non fecisti me; et figmentum dicat fictori suo: non intelligis.*

---

desinit: *undè unumquodque igitur vas, ut vel ad honorem à creatore formetur vel ad contumeliam, ex seipso causas præstitit conditori.*

Veteres constat philosophos de causâ primâ, ejus operationibus, et hominis naturâ, libertate plurimùm fuisse occupatos: non mirum proindè patres Græcos, saltem quosdam eorum operibus maximè assuetos, aliquam ex eis rubiginem contraxisse. *Pelagianismo* præivisse perhibetur doctus et nimiùm famosus Theodorus, Mopsuestiæ Episcopus, *Nestorii* magister (Tillem. *Mém. pour servir à l'hist. acclés. T. XIV* [1709], *p.* 302, 303). S. Augustinus Afer, profundum, firmum, sublîme ingenium, veterum opinionum optimè gnarus, veram Apostoli, Ecclesiæ doctrinam, cuncta Deo, salvâ hominis libertate, tribuentem, adversùs infidum philosophiæ surculum fortiter et feliciter propugnavit. In tuto est fides: verùm semper animi, sibi ipsi relicti, supplicium erit primi Entis cum entibus ab eo creatis, quoad operationum vim et meritum, tentata, quæsita, nunquàm inventa concordia.

1. ὦ βάθος πλούτου καὶ γνώσεως Θεοῦ. ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.

τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο;

ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ;

ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. Rom. *XI*, 33-36.

2. *Im kekhomer haïotser iekhoscheb ki iomar maaaseh leaaseho lo aasani ve ietser amar leiotsero lo hebin.* Isai. *XXIX*, 16.

Pag. 311, *lin.* 16: *Bhou roupieh.*

Samskreticè, *Bhou*, terra; *roupam*, forma, figura, color: *Bhou roupieh*, terræ exterior forma. Vel *Bhou* (*suprà*, N.° LXX, *p.* 326), productum faciens; nomen Dei: id est, Deus diversas formas producens.

Pag. 312, *lin. ultim.* *âtmadan*; lege: *âtma dan.*

N.° LXVI.

Pag. 313, *lin.* 5-7, 13: Illi qui (*librum*) *Beid* legerunt ... quòd creator existit (*kei afridgar hast*) .... et ... omnis mundus forma creatoris magni est ....

Hìc creatorem existere librum *Beid* disertè asserere, et simul totum mundum formam Dei esse, meditatione hominis acquiri, cognosci, *Oupnek'hat* expressis verbis declarat. Ista ergò duo dogmata sese invicem non excludunt.

Ibid. lin. 16, à scientiâ; *lege:* è scientiâ.

Ibid. lin. 18: quisquis hæc tria quæque fecit ....

Cognitioni Dei, per τȣ *Beid* studium acquisitæ, pœnitentia et religiosa Indorum disciplina cum nominis Dei meditatione adjungenda, ut ad supremam homo perveniat felicitatem: id est, discere, agere, meditari. Unum sine altero cassum et inutile. Hac regulâ ignorantia, fanatismus et inanis spiritualitas procul pelluntur.

Pag. 314, *lin.* 21: nomina horum omnium .... corpus unum τȣ *âtma* sciatis.

Omnia entia, elementa, tempora, tria magna agentia, etc. *Brahm* unum esse, scire, supremus *unificationis* gradus.

N.° LXVII.

Pag. 315, *lin.* 10, 13; *pag.* 316, *lin.* 3: tu *Brahm* es ... tu *Djam* es .... humilis submissio.

Accurata Entis primi et unici, sub formâ antiquæ precationis, definitio.

Djam, *mokel* est, qui morientium animas aufert, excipit.

Pag. 316, *lin.* 4, 5, *penultim. p.* 318, *lin.* 3 : Priùs ab omnibus productionibus *maïa* fuit; quòd in eo qualitas *tam* fuit, id est volitio (*desiderium*) fuit (*erat*); quòd, in illâ volitione [qualitas corruptionis (*destructionis*) dominans fuit super hanc. Volitio, quòd in eâ], quòd qualitas destructionis fuit, in ente fuit, quòd illud ens non faciens fuit, non factum fuit .... *âtma* ..... etiam est ....

Peisch az hameh paedeschha maïa boud kei dar ou ssefet tam boud iaani kaeschi boud kei dar an khaesch kei ssefet fena boud dar dzati boud kei ân dzat nah konendeh boud nah kardeh schodeh.

In homine, volitio vel ad ipsum, intrà, vel extrà ad objectum alienum tendit. In Ente supremo, talis actus, facultas, cùm omne, totum, completum, sine mutatione semper sit, locum habere non potest. Si inveniri videtur, ex *maïa* est, qui, in illo ente suppositus, cùm omnes habitus ei sint coæterni, primitùs, antè omnem productionem illi adhærere debuit. Sed hæc omnia, pura imaginationis phantasia; simpliciter *maïa* est.

Maïa est quod videtur esse, et reverà non est. Sic Ens supremum, in quo est *maïa*, unicum primò fuit, semper est, semper erit; quamvis in eo homines τὸ facere et τὸ fieri, imaginentur : et hoc impossibile, cùm omne ipsum sit. Quo clarè creatio ex *non ente*, sivè ex parte agentis, sive ex parte acti negatur.

In hoc cardo rei vertitur, et æternùm vertetur; nec pressioribus verbis difficultas, quæstio, exprimi poterat. Formâ syllogisticâ eam præbeamus.

Ens quod omne est, non facit, nec efficitur. Si enim *aliquid* faceret vel efficeretur, *illud aliquid* anteà non esse deberet; et tunc *illud aliquid* Ens istud *omne* non fuisset : atqui, ex suppo-

sito, *omne* est, fuit, semper erit : ergò nec facere, nec effici, quocunque modo, Ens suprà dictum non potest.

Tùm sequuntur primi illius Entis, quemadmodùm mens humana ejus voluntatem et illius effectus sub diversis formis imaginari potest, operationes ; seu apparentium entium, agentium, materialium, spiritualium, progressio.

Djiw âtma, anima corporum, gutta est (*suprà* N.° LXIII, *p.* 305, τȣ̃ *âtma* portiuncula est, *âtma djozvist*), forma scientiæ, ab illo ente, quod è medio trium qualitatum, id est, *creationis, conservationis, destructionis*, earumdem ac *Radjouguen, Satgoun* et *Tamgoun*, seu *Brahma, Beschn, Maha diw*, stillaverat, gutta principalis delapsa.

Illa gutta [1] principium τȣ̃ *Haranguerbehah* (*assel Haranguerbehah*) est, seu collectionis elementorum simplicium; id est, primum est (*awel ast*), prima omnium res est. Quemadmodùm tres qualitates, *volitionem, asseverationem, egoitatem* ea sola habet; ignis, sol, et aqua corpus ejus sunt : et in illâ guttâ originali, *Brahma, Beschn, Maha diw*. Cùm omnibus istis attributis, et sine numero divisionibus apparens, *Bhout, Maha Bhout* dicitur. In omnes has res ingressus ; intrà et extrà dominans et regens.

Decem sensus sunt, quinque externi, visus, auditus etc., et quinque interni, eos dirigentes, et ad corpus subtile pertinentes.

Marte meo rem sat obscuram exposui. Intima altiùs rimari satagant acutiores oculi.

N.° LXVIII.

Pag. 318, *lin.* 6; *pag.* 319, *lin.* 12, 15 : τȣ̃ *âtma* duo

1. Hic ad memoriam redit *membrum virile summum* clavis tabulæ *Kabbalisticæ*, jam citatum (*suprà*, *p.* 513).

(*lege* duæ) divisiones est .... *kal* .... id est, tempus .... textum (*est*).

Solis, in cœlo, τȣ̃ *pran*, in corpore, duarum τȣ̃ *âtma* partium; quarum duæ viæ, externa et interna; motûs et sedis comparatio : unius ex altero cognitio : idem *porsch*, agens, tempus omne consumens, utrique dat actionem.

Ibid. lin. 19, *cor niloufer;* lege : cor *niloufer.*

Ibid. lin. 21 : loco octo foliorum niloufer cordis est.

Octo folia floris *niloufer*, nenupharis, octo cordis divisionibus, lateribus respondent : indè inter utrumque analogia et nomen : *cor niloüferi. Bhout âkasch* spatium est quod sol percurrit : eâdem ratione *pran*, cordis *niloüferi* octo puncta, octo illius spatii punctis respondentia peragrat.

Ibid. lin. 25, *pag.* 320, *lin.* 25, *pag.* 321. *Brahm* etiam duo (*lege* duæ) divisiones .... mundus .... arbor est ..... radix sursùm ....

Brahm duas partes habet (*N.° LXXII, p.* 341); unam cum figurâ, instabilem; unam sine figurâ, stabilem : id est, entia quæ prætereunt, mundus, *Brahm* ligatus, et *âtma* æternus, sunt Ens unum et idem, *Brahm.* È tribus, τῷ *Brahm*, luce, sole, stamen, subtemen mundi constat, non secùs atque nomen *pranou* seu *oum*, tribus *matraï* quæ in primo ente, sicut tres mundi sunt : indè *solem* et *pranou* pronunciare idem est.

Homo qui se hoc nomen esse scit, forma τȣ̃ *Brahm* efficitur.

Mystica nominis *pranou*, sæpè memorati, uti apud Rabbinos et Mohammedanos nominis Dei, explicatio. Hìc omnia ad unum ens reducuntur.

Mundus præteriens, figura τȣ̃ *Brahm*, arbor est cujus radix sursùm, denotans originem; fibræ, tres qualitates, quibus mundi corpus intrinsecùs innitur, colligatur; rami, quinque elementa,

quibus diversæ ejus partes componuntur, extrà sese expandunt.

Pag. 321, *lin.* 6, 7: Et cognoscens τὸν *Brahm*, ipsum hunc *pranou* est (*hamin pranou ast*).

Id est, ipsum *pranou* cognoscit; vel, ipse *pranou* efficitur. Prio sensus sermonis seriei magis congruit.

N.° LXIX.

Ibid. lin. 15, *pag.* 323, *lin.* 6: *pranou*, quòd forma τȣ̃ *anahed schabd* est .... servator ligatus.

Vide, super *anahed schabd*, N.° LXXII, *p.* 342; N.° LIV, *p.* 274.

Novum τȣ̃ *pranou* incomium. Tria genera, ut tria *matraï* continet, masculinum, femininum et neutrum; quod rerum generationi et non generationi (nec facit, nec efficitur; *suprà*, N.° LXVII, *p.* 316) accommodatur.

Recentione qualitatum, compositionis τȣ̃ *pranou*, omnia, materialia, spiritualia continentis, quomodò *Brahm* totus, ejus essentia, natura, hoc nomen sit, fusè monstratur.

Ibid. lin. ultim. ignis *beischvanr*. ....

Ignis iste, à naturali (calore) distinctus, est ille qui elementa concoquens, rerum digestionem operatur: hîc, sicut N.° LIV, *p.* 274, memoratur, ubi vocis *anahed schabd* mentio fit.

Pag. 322, *lin.* 6: Ut terra ....

Hoc loco tres mundi numerantur, ut et N.° LXX, *p.* 323; terra; *fezza*, omnes siderum orbes complectens; et *behescht*, paradisus, in quo *petr lok*, *diw lok* etc. cœlestes mundi, usque ad *Brahm lok*.

Pag. 323, *lin.* 5, 6: servator universalis est, et etiam *servator* (*lege*, servator) ligatus.

Vox universalis, vox particularis; *Brahm* purus, *Brahm* ligatus; servator (*Beschn*) universalis, et servator ligatus: hæ diversæ locutiones τὸν *âtma* universalem, solum et totum

in se, et *átma* in partes distributum, *djiw átma*, elementa, sidera etc.; id est, Ens supremum, et ejus productiones, veras, in systemate Indico, apparentias denotant.

N.° LXX.

Ibid. lin. 9, 10, 11 : prius à creatione .... creator qui productum faciens est, silens fuit .... cum seipso *maschghoul* (*peisch az afrinesch afridgar kei paeda konendeh ast khamousch boud*).

Silentium, ut in not. 1 dicitur, potest esse ἡ Σιγὴ *Valentinianorum*, cum τῷ βυθὸς matrimonio juncta. Vide S. Irenæum, *suprà*, *pag.* 562, *not.* 1. Vocem Indicam græcè transtulerunt Gnostici : *Bhout* (τὸ βυθὸς), significationis ratione, servare potuerunt.

Maschghouli, meditatio, quæ hîc creatori tribuitur, *suprà* (n.° xxii, *p.* 101), de *Haranguerbehah*, res producente dicitur. Proindè creator idem est ac elementa simplicia, non mixta.

Ibid. lin. 14, *pag.* 327 : *pranou* corpus τȣ̃ *Brahm* est ....

Iterùm τȣ̃ *pranou* laus. Corpus τȣ̃ *Brahm* : diversæ ejus partes referuntur : sol, oculus, præcipuæ; earum connexus : solis et agentis, quod in illo operatur, nomina : quomodò illud agens, qui et *átma*, primò solum, nullam rerum sensibilium voluptatem capiens, in corporis existentiam apparentem ingressum, omnes sensuum actiones exequitur : ejus nomina, quæ mystica sunt agentia.

Pag. 325, *lin.* 25, (*unicitate in τῷ unum esse*) ; lege : (*unicitate, in τῷ unum esse*).

Pag. 326, *lin. ultim.* piscis qui aquam vitæ habet.

Suprà, n.° *xxiv*, *p.* 126; n.° *xix*, *p.* 84 : aqua vitæ forma lunæ est, et ex arbore stillat, quæ est in *behescht* (paradiso) : piscis hîc memoratus erit in stagno vel fluviis ejusdem *behescht*.

Hæc per figuram aut imitationem [1] dicta observare, post sæpiùs annotata, necesse non duco.

Pag. 327, *lin.* 7, 8 : quòd omnibus animantibus pacem det, et à seipso timere non faciat; id est, propositum ... (*de*) ullo animante non faciat. (*Keh djamiee djandaranra aman dehed ve az khod natarsanad iaani kassd itsch djandari nakonad.*)

Admirabilis Indorum indoles, humanitas! nulli animanti, quodcumque sit, timorem incutere; ne de hoc vel propositum habere; pacem universaliter conservare, primò requisitum : et qui, postquàm huic jusso obtemperavit, desertum habitans, sensus omnes repressit, etiam in corpore τὸν *âtma* obtinet.

His præceptis venatio, piscatus, sanguineæ, turbulentæ occupationes, saltem ut oblectamentum prohibentur; quin imò bellum non absolutè necessarium. Terra, optima mater, filiorum suorum altrix assidua, vel spontè, vel culta, simul et lac et vellus animalium, pacifico Indo victum et vestitum sufficienter præbent. Europæi venatui student tanquàm arti quæ virtutem (potiùs, rabiem) bellicam incendere, nutrire potest : id est, animalia trucidare discunt, ut homines cum majori peritiâ, audaciâ trucident! Primus invasor, magnus venator. [2]

Pag. 328, *lin.* 2, 3, 24, *penultim. p.* 329 : in tempore τȣ comedere alimentum .... hoc *mantr* pronunciet .... et post à liberatione alimenti ... *mantr*, etc.

Preces antè et post prandium; et eo durante, ceremoniæ. *Suprà*, N.° *XV*, *p.* 48, 50.

Escam sumendi necessitas animantis infirmitatem, mortem-

---

1. GENES. *II*, 9; *III*, 22, 24.

2. *Ipse (Nemrod) cœpit esse potens in terra, et erat robustus venator coram Domino.*
Hou (Nimrod) hekhel liheiot guibbor baarets :
Hou haia guibbor tsaid lifnei Iehovah. GENES. *X*, 8, 9.

que capiti imminentem, annunciat. Alimentum hostem repellit, destructionem impedit. Proindè comedendi actus quasi nova creatio considerari potest; quæ, ut prima, mundi conditori, supremo administratori, cujus providentia cibum suppeditat, tribui debet. Hinc preces et gratiarum actiones pro tanti momenti munere, apud nationes etiam rudes et barbaras, naturâ duce, generatim usitatæ; sed apud gentes doctrinâ, studiis excultas, sæpiùs neglectæ.

Ibid. lin. 4, 6 : alimentum quod remanserit .... vel alimentum contentionis (*ttaam sathehnak*) comederim ....

Necessario sumpto, nihil ultrà homo debet comedere; multò minùs edulium *contentionis;* id est, dubium, ligitiosum, raptum, non legitimè acquisitum.

Quàm pauci, istis infaustis temporibus, se alimentum *contentionis* non comedere, possunt gloriari! pauper esurit, cruciatur et tacet. Dives carnem ejus deglutit, illum crudeliter subsannans. Ne id quidem Satyrici locum habet :

.... *probitas laudatur et alget.* [1]

In Indicis prandii precibus, omnia ad *pram âtma*, propter et per quem natura tota vivit, sustentatur, mediatè aut immediatè referuntur.

N.° LXXI.

Pag. 329, *lin.* 21 : Sciat (*homo*) quòd alimentum quodnam est ....

Alimentum, hoc loco, est id undè omnis res paritur, quo vivit, sustentatur, quod comedit : ejus incomium, necessitas. *Atma* ipse est comedens, ipse comestum; cùm τὸν *Bhout âtma*, collectionem quinque elementorum subtilium, et quinque elementorum crassorum, seu corporis subtilis et corporis crassi (N.°

---

1. JUVEN. *Satyr. libr.* 1, *vers.* 74.

LXIII, p. 305, 306), *âtma*, id est, agens quod in tribus qualitatibus residet, comedat.

Comedere autem alimentum, est aliquid ex alimento digesto, cocto, temperato, producere : quod optimè convenit illi *âtma*, trium qualitatum, id est, creationis, conservationis, et destructionis auctori; quique in tribus illis, justè libratis existens, per eas operans, quasi *Bhout âtma*, materiâ primâ et secundâ nutritus, indè crescit, semen recipit, concipit, et omnia producit et fovet.

Ut autem, quoniàm è semine omne provenit, semen alimentum est; sic tres qualitates, è quibus invicem ponderatis omne oritur, sunt etiam alimentum.

Pag. 330, *lin.* 16. Responsum : quidquid existit ....

Omne quod existit trium qualitatum temperationis indicium est; quæ temperatio etiam tres entium status, sivè quoad τȣ esse modum, sivè quoad ætatem, constituit.

Ibid. lin. penult. Responsum hoc est ....

Id est, quamvis tres qualitates sint alimentum; agens, quod in eis residet, operatur, illas ut alimentum non comedit, sed res ex eis provenientes (scilicet, *Bhout âtma*) : sicut semen non comedunt, sed fructus, fruges indè ortas. *Djiw âtma*, per sensus, fructuum externorum, tribus qualitatibus productorum, exteriorem dulcedinem percipit; *Pram âtma*, tribus istis qualitatibus ligatus, interiorem. Sic seminis ratio, natura explicatur.

Novum duplicis acceptionis ejusdem vocis exemplum. Mens humana ubique eadem est : proindè, super eâdem materiâ, idem ratiocinandi modus, eædem logicæ et metaphysicæ, dicerem scholasticæ distinctiones.

Pag. 331, *lin.* 1, voluptatum; *lege :* voluptatem.

Ibid. lin. 21-24 : *Atma* .... ipsum hoc sumens voluptatem est .... præter .... non est.

Anima sentit, delectatur; affectiones cujuslibet generis ei propriæ sunt, quatenùs *djiw âtma*. Nihil ergò, quoad perceptiones, materialibus sensibus reliquum. *Djiw âtma* est *âtma* ligatus, qui per tres qualitates, velut per os, τὸν *Bhout âtma*, rerum voluptates sumit, quemadmodùm ignis, vegetabilia urens, illa comedit.

Pag. 332, *lin.* 3-11 : vegetabilia .... quæ è lunâ producta fiunt .... *âtma* purus ....

Suprà, N.° *XXVII*, *p.* 156 : luna rex vegetabilium dicitur; et hìc è lunâ ista producuntur : proindè luna alimentum ignis, qui vegetabilia comedit.

Verùm hæc omnia *âtma* ligatum spectant : nullius rei, ut jam dictum est, delectationem sumit *âtma* purus (*ssarf*), semper in seipso vivens, seipso contentus.

Ibid. lin. 13-22 : is est *saniasi*, is est *djogui* ....

Sensus ligare, constringere, voluptatibus ardentissimis resistere, corpus quasi mortuum gestare, hoc est τȣ̃ *sanias*, τȣ̃ *djogue* officium, character.

Pag. 333, *lin.* 1, 2 : omnia animantia .... ex alimento producta fiant ....

Atma ligatus, vita hominis, alimento sustentatur. Hùjus incomium. Omnia per illud subsistunt. Sol, aquam aspirando, virens, novus efficitur. Omnia, in naturâ, plasmantur, crescunt, in statu suo permanent, uno cum altero juncto, uno ab altero absorpto, consumto. Hæc est vita mundi, mors et resurrectio seu *reviviscentia* perpetua. Verè, apud Indos, *vita mutatur, non tollitur.*

Ibid. lin. 25, 26 : modò comedens edulium comedat, et modò edulium comedentem.

Hæc systematis Indici summa : idem ens destruit, destruitur; rursùs reviviscit, moritur : mutuis et innumeratis vicibus repetita

in seipsa, et in alia entium actio, ens multiforme, licet unicum indicans.

Pag. 334, *lin.* 10 : Alimento senectus non est .....

Quid sit alimentum hìc clarè enunciatur. Ipse *átma* est, nusquàm, nunquàm deficiens, sine senectute, omnibus vitam præbens; id est, ipsum ens universale, seipsum alens, seipso vivens.

Ibid. lin. 16, 17 : è *kal*, quod tempus est, alimentum productum fiat; id est ....

Iterùm sensus *accommodatitius.* È tempore, quoniàm statis temporibus provenit, alimentum producitur : à sole tempus, quia orto sole, tempus apparuit. Tempori tributa actio, *influentia*, ad Æternum mentem evehit. Realiter tempus *Brahm* est, vel ligatus, vel universalis, uterque simul.

Ibid. lin. 22 : Et figura temporis à τῷ pupillam percutere ...

Nictus oculi, prima temporis mensura. Sequuntur temporis partes, divisiones, à *gheri* (24′), ad annum. Super anni divisione vide N.° LXI, *p.* 291 : prima pars, seu principium anni, hìc (*p.* 334) ponitur post solstitium brumale, sole in capricorno.

Pag. 335, *lin.* 13 : tempus *Brahm* est ....

Omnia ex tempore, in tempore existentia, in illud descendentia; quod uni summo Enti convenit : tempus *Brahm* est, cui duæ partes; altera cum tempore, entia producta; altera sine tempore, ipse *Brahm*, unicus. Antè solis productionem, nihil in tempore. Temporis, solis nuncupati, figura annus totus, qui et *Pradjapat*, seu collectio elementorum compositorum, quæ in tempore, anni curriculo, producta, crescentia, deficientia. Quod omne ad *átma Brahm* refertur, qui tempus digerit, sicut ipsum tempus, omnia.

Profundum *unicitatis* generalis mysterium, mentis captum summè superans, et hominem, uno momento, nictu oculi, præ-

sente immensâ æternitatis duratione, hoc in luteo mundo existentem, ad vermiculi conditionem, uti est, reducens.

Pag. 336, *lin.* 24 : ignem *korban* ....

Agens, actio, actum, in quod agitur, locus actionis, recipiens actionem, votum peragendo actionem, etc. Omnia, hîc, *Brahm, âtma*; id est, nihil, in naturâ, licet apparens, præter unum Ens, undè, in quo, per quod omnia : quod tamen de objecto particulari, ut sole, quatenùs hoc sole visibili, intelligi non debet; cùm *Brahm* purus, sincerus (*Brahm mahazz*), antè productionem ligatus non fuerit, sine termino ab omni latere existens.

Hæc Indus sapiens meditatur, suo more intelligit, fortè deridebit Europæus philosophus.

Pag. 337, *lin.* 19 : id (*Brahm, pram âtma*) ab omnibus limitibus probationum immunis est (*az djamii djedha delilha manzeh ast*).

Ens summum ultrà probationes : in se sentitur, prænoscitur, intelligitur. Argumenta, momenta, quæ humanæ mentis defectu laborant, illud nequeunt, uti reverà est, probare. Quidquid indè exsurgit, limitatum, infirmum est.

Alta et profunda veritas, quam non curiosiùs scrutari, aut leviùs auscultare, sed placidè meditari sapiens in silentio debet, sub incomprehensibili majestate cervicem humiliter curvans; verùm quæ impietatis ansam cordi corrupto et debili ingenio præbere potest.

Ibid. lin. 23 : Post à resurrectione ....

Resurrectio illa est finis vitæ τȣ *Brahma*; qui quidem deinceps alius *Brahma* apparebit, idem spatium vitæ percurrens; et sic semper : quod innumerabilia includit sæcula. Vide suprà, N.° *II*, *p.* 12; N.° *LX*, *p.* 292.

Hìc referre juvat quæ leguntur in PLATONIS *Timæo*[1] : *Est tamen intellectu facile, quòd perfectus temporis numerus perfectum annum compleat, tunc demùm, cùm omnium octo circumactionum cursus peracti velut ad originem, et caput, circumactionis alterius revertentur : quam semper idem atque uniformis motus dimetietur.*

Ad quæ Chalcidius : *Hoc quippè omni tempore finito, ut cujus determinatio certi circuitûs spatio consideretur, omnia, quæ vel in cœlo, vel in terris, proveniunt, rursùm de integro ad præteritas conditiones redeant necesse est : ut puta qui nunc est habitus constellationis post prolixam temporis seriem instaurabitur. Eodemque modo, qui sequitur, deinceps est hoc semper.* (CHALCID. *Timæus etc. ed. Justinian. fol.* 8 *recto*, *fol.* 39 *recto; ed.* MEURS. *p.* 39, 240, 241. — GROT. *de Fato, p.* 85, 86. — Vide *Jac.* THOMASII *Dissertat. ad Stoic. philosop.* ... *facient.* [1682] *Dissert. V* : ANNUS MAGNUS, *p.* 62-72.)

Pag. 337, *lin.* 26, *pag.* 338 : *Tsched ákasch*, quod forma scientiæ est ....

Tsched ákasch, ut jam dictum est (*N.° XII, p.* 38, *not.* 1), ipse *âtma* est. Ex eo *djiw âtma* ortum ducit. Nova identitas; ignis, cordis et solis : rerum materialium et spiritualium connexus.

Pag. 338, *lin.* 7 : In alio [alio] *mantr;* lege : in [alio] *mantr.*

N.° LXXII.

Ibid. lin. 15 : (*hi sex modi sunt*).

---

1. ἔστι δὲ ὅμως ἐδὲν ἧτῖον κατανοῆσαι δυνατὸν ὡς ὅγε τέλεος ἀριθμὸς χρόνε τὸν τέλεον ἐνιαυτὸν πληροῖ τότε, ὅταν ἁπασῶν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰ πρὸς ἄλληλα ξυμπερανθέντα τάχη σχῇ κεφαλὴν τῷ τε ταυτε καὶ ὁμοίως ἰόντος ἀναμετρηθέντα κύκλῳ. PLATON. *Timæus*, *T.* 3, *p.* 39.

Sex illi Ens supremum acquirendi modi veram præbent, externam et internam, spiritualitatis viam. Sensus et corpus generaliter subacta tenere; uni rei præstanti, particulari (*be iek tschiz khass*), mentem applicare; id est, vagari cogitando non sinere; vel rem puram eminentem meditari, Deum, ejus attributa, hominis nihilum etc.; sed principaliter scientiam rectam certam facere (*iekin douroust kordan*); in illâ deletum, absorptum esse: quippè quæ *scientiæ* rectæ firmitas supponit studium, doctrinæ, scientiæ acquisitionem; et proindè fanaticam pellit ignorantiam, falsam conscientiam, malè fultam certitudinem.

Ibid. lin. 19: virgula post *khass.*

Pag. 339, *lin.* 1: opus purum et malum ut longè fecit ....

Equidem homo, in hoc statu, actionis bonæ vel malæ nullam curam habet. Objecto, quo mens occupatur, unicè deditus; non autem circà operis bonum vel malum indifferentem se gerens, cùm scientia recti requiratur, et mens in eâ demersa meditationis vi, ad nihilum quasi redacta, et, ut posteà injungetur, cor purum sit.

Non autem quorumlibet Indorum sed sapientum tantummodò est perfectus ille status.

Bardesanem de his loquentem audiamus. *Apud Indos*, inquit [1],

---

1. παρὰ Ἰνδοῖς καὶ Βάκτροις εἰσὶ χιλιάδες πολλαὶ τῶν λεγομένων Βραχμάνων, οἵτινες κατὰ παράδοσιν τῶν προγόνων καὶ νόμων, οὔτε φονεύουσιν, οὔτε ξόανα σέβονται, οὐκ εμψύχου γεύονται, οὐ μεθύσκονταί ποτε, οἴνου καὶ σίκερος μὴ γευόμενοι, οὐ κακίᾳ τινὶ κοινωνοῦσι, προσέχοντες τῷ Θεῷ· τῶν ἄλλων Ἰνδῶν φονευόντων, καὶ ἑταιρευόντων, καὶ μεθυσκομένων, καὶ σεβομένων ξόανα, καὶ πάντα σχεδὸν καθ' εἱμαρμένην φερομένων. ἔστι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ κλίματι τῆς Ἰνδιας, φυλή τις ἰνδῶν, οἵτινες τοὺς ἐμπίπτοντας ξένους ἀγρεύοντες, καὶ τούτους θύοντες ἐσθίουσι. καὶ οὔτε οἱ ἀγαθοποιοὶ τῶν ἄστρων κεκωλύκασι τούτους μὴ μιαιφονεῖν, καὶ μὴ ἀθεμιτογαμεῖν, οὔτε οἱ κακοποιοὶ ἠνάγκασαν τοὺς Βραχμᾶνας κακουργεῖν. Euseb. *Præparat. Evangel. libr.* 6, X, *p.* 275.

et Bactros, multa sunt eorum millia, quos Brachmanas vocant. Ii tàm majorum, quàm legum traditione, ab omni cœde cultuque simulacrorum abstinent, animantium nihil gustant, sicci nunquàm et sobrii non sunt, quòd vino, siceræque parcant, DÙMQUE UNI DEO VACANT, *nullius unquàm sceleris communione polluuntur. Cœteri autem Indi cœdibus intereà, stupris, ebrietati, colendisque simulacris dediti sunt, ac fato cunctis propè modum in rebus obsequuntur. Imò verò eodem in Indiæ climate, genus quoddam reperitur Indorum, qui allatos casu peregrinos ubi ceperint, eosdem postmodùm hostiarum more jugulatos devorent. Ità, nec istos ab hac vel cædium immanitate, vel indignitate nuptiarum benefica sidera revocare, nec ad scelus Brachmanos adigere malefica potuerunt.*

Bardesanes, vir Babylonius, in duo dogmata apud Indos Gymnosophistas dividit : quorum alterum appellat Bragmanos; alterum Samanæos : qui tantæ continentiæ sint, ut vel pomis arborum juxtà Gangem fluvium, vel publico orizæ vel farinæ alantur cibo : et cùm rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit, pacemque suæ provinciæ in illorum precibus arbitrari sitam. S. HIERONYM. *op.* (1706); *T. IV, 2. part. advers. Jovinian. libr.* 2, *col.* 206.

Sex modi quibus homo cum Ente supremo idem efficitur, verum *djog,* id est, unitatem, *adunationem* producunt. Vide *suprà,* N.° *II, p.* 12. — *Mahabarat.* 12 *Porb.* 2 *part. p.* 534 *rect.* 541 *recto.*

Duplex porrò unitas memoratur; 1. sex modorum, ad perfectionem adhibitorum; 2.ª eorum ope, τȣ *djiw âtma* cum *âtma.*

Ibid. lin. 25-27 : caput linguæ cum latere .... sursùm ut convertit ....

Diversæ, internæ et externæ, quibus *djiw âtma* (anima) in *âtma* (primum ens) nihil efficiatur, traduntur rationes. Ultima,

linguam versùs palatum, ad radicem usquè convolvendo, spiritum totum cohibere, vel halitum, qui venâ *sak'hemna* (tracheâ arteriâ) ad cerebrum tendit, cum corde et *pranou* unum factum, eò dirigere. Hæc praxis, Indis non adeò difficilis, omnes corporis et mentis actus suspendit : homo uni illi actioni, conatui, intentus, cunctæ rei oblitus, quoad sensibilia non existens, τὸν *Brahm* seu Ens universale cernit (*infrà*, N.° LXXIX, *p.* 374), cernere se putat, supremâ, hoc in mundo, fruitur felicitate.

Pag. 340, *lin.* 11, 12 : tempore quo cor purum ....

Vera moralis doctrinæ clavis : puritate cordis opus purum et malum supersurgit, quasi evanescit; id est, quandò cor purum est, nulla de bono, malo, mercede quæstio. Sed, antè omnia, cor mundum esse constet necessum est : quod *scientiâ rectâ* et *certâ*, confirmatâ, cognoscitur.

Pag. 341, *lin.* 8 : *Brahm* duo (*leg.* duæ) divisiones ....

Vide suprà (N.° LXVIII, *p.* 319), *Brahm schabd*, seu cum voce, syllabis; scilicet, nomen *pranou*, *oum*, τὸν *Brahm aschabd*, vocem universalem, quæ et *anahed schabd*, seu *pram Brahm*, *âtma* purus est, promit, sensu percipiendam præbet : quæ quidem unum esse *Brahm*, et unam vocem in alterâ deleri, scire, meditari, ultimus est perfectionis gradus, vera quies, summum bonum.

Ibid. in margin. post LIV, *pon.* 274.

Pag. 342, *lin.* 1 : Illa vox, quæ in corde est] ....

Vocis *anahed* descriptio; et quidem, ambabus auribus digito obturatis, bombus internus auditur, quem Indus, semper se cum Ente supremo unum fingens, vocem ejus universalem esse imaginatur.

Attende *Oupnek'hat* assiduè errorem refellere, quo Ens universale, indivisum, cuiquam rei particulari assimilatur. Vox *anahed*

non habet septem sonorum genera; sed in eâ voce junctim cùm cessant, annihilantur isti soni, qui separatim cum eâ comparati sunt.

Pag. 342, *lin. ultim. pag.* 343, *lin.* 1-3 : non mentio cujuscumque nominis, *Brahm* est .... *nim matraï* ....

Solius *pranou*, seu *oum*, mentio *Brahm* est; aliorum entium, quid particulare τῷ *Brahm* indignum effert. Et illa τȣ̃ *pranou* prærogativa *nim matraï* quarto (*infrà*, *T.* II, N.° XCI, *p.* 19) debetur, τὸ *oum* terminanti (*o*, *ou*, *m*, et desinentia nazalis, *suprà*, N.° II, *p.* 10), quod est quietis forma, litterâ exprimi nequit; sine motu, non cessanti.

Hoc *nim matraï*, nomen *oum* nomini *Jehova* seu *Tetragrammato* assimilare potest : de quo vide BUDDEUM, *Introd. ad histor. philosoph. Hebr.* § XXXVIII, *p.* 271-276; vide et *super divinis nominibus*, IAMBLICHUM, *de mysteriis, sect.* VII, *cap.* 4, 5; *sect.* VIII, *cap.* 5, *p.* 153-156, 161.

Pag. 343, *lin.* 15-16 : ullum nomen, et indicium, et (*ullam*) qualitatem in gradu entis non habet.

Id est, nullâ re indicari, exprimi potest Ens incommensurabile, nulli entium cognitorum simile, ens et non ens.

Ibid. lin. 17 : Locus τȣ̃ *maschghouli* illius entis cerebrum est.

Non quòd *maschghouli* corde, in pectore sito (*infrà*, *T. II*, N.° C, *p.* 58, 60), non perficiatur : sed simplex comparatio est Entis supremi cum cerebro, quod sine colore, notâ, qualitate: vel cordis locus supponitur (*infrà*, *T.* II, N.° XCVII, *p.* 140) in capite, cerebro, cujus prolatio, *medulla producta*, vitæ animalis, omnium motuum fons, indè per vertebrarum cavitates, ad imum corporis, *os sacrum*, protensa, superiorem corporis partem cum inferiore conjungit. Vide suprà, p. 529, *annotat. ad pag.* 230, *not.* 1, *etc. p.* 533.

Jam verò cerebrum, inquit Timæus [1], *est principium et radix medullæ, in eoque etiam est animæ principatus. Ab hoc autem diffusio quædam manat per dorsi vertebras, quasi prono alveo, ut indè ad semen generationemque materia sufficiatur.*

Ibid. lin. 21, *pag.* 344, *lin.* 9, 12, 23, 25-30; *p.* 345, *lin.* 1, *ad pag.* 346, *lin.* 4 : In *mantr* alio τȣ̃ *Beid* memoratum est.... hos mundos sicut .... somnium ....

Diversa τῶν *Beid Mantr,* naturam primi Entis, omnibus constantem perfectionibus, nulli defectui perviam exprimentia.

Mundos quasi somnia homo considerare debet; id est, non existentes, purum imaginationis fœtum; sensus, omnia unum facere : hoc modo *djogui* et doctus evadit, verâ cognitione, scientiâ, in *unificatione* existente.

Pag. 345, *lin.* 9 : Corpus lumen non habet ....

Corpus, lumine, intelligentiâ caret : lucidum omne è *pran,* qui lumen est, et à primo, supremo lumine lucem accipit, ei advenit. Illius supremi luminis encomium, qualitates, actus: comparationes. Summum illud lumen ubique se monstrat, in omnia ingreditur, tria agentia est, *Brahma, Beschn, Roudr.*

Hæc ad memoriam revocant illud Apostoli [2] : *in ipso* (VERBO, *intelligentiâ divinâ*) *vita erat, et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt ...*

---

1. Τȣ̃ δὲ σώματος, ἀρχὰν μὲν ϗ ῥίζαν μυελῶ εἶμεν ἐγκέφαλον, ἐν ᾧ ἁ ἁγεμονία· ἀπὸ δὲ τȣ́τω, ἀπόχυμα ῥεῖ διὰ τῶν νωτίων σπονδύλων τὸ λοιπὸν, ἐξ ᾧ εἰς σπέρμα ϗ γόνον μερίζεσθαι. Timæ. *Locr. de animâ mundi.* Platon. *Oper. T. III,* p. 100.

2. ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, ϗ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ανθρώπων· καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, ϗ ἡ σκοτία αὐτὸ ȣ̓ κατέλαβεν .....

ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Joann. 1, 4-5, 9.

erat lux vera, quæ illiminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Pag. 346, *lin.* 21, 22 : pervenire cum illo (*supremo*) gaudio pervenire ad seipsum est (*rasidan bân serour rasidan bekhod ast*).

Systematis Indici clavis, summa. Ad perfectam beatitatem pervenire, est pervenire ad seipsum. Homo in seipso summè beatus, quandò in Ente supremo immersus, annihilatus, externa existentiæ apparentis involucra, etiam hac in terrâ, exuit. Indè sequitur omnia ista Indicæ religionis externa sustentacula, cæremonias, praxes, illum agentium chorum, esse pura imaginationis figmenta, ad id quò mens simul et corpus, unumquodque secundùm suam naturam et infirmitatem, hoc in mundo, objectis ad creatorem summum spectantibus utiliter occupata, tandem, istis vehiculis, ad Ens quod solum eis dignum est, solum ea replere potest, assurgant, inventa.

N.° LXXIII.

Pag. 347, *lin.* 3 : τὸ relinquere egoitatem, sagittam fecit ...

Bellica bonarum et malarum affectionum, boni quærendi, mali fugiendi, descriptio. Vide *Ephes. VI*, 13-17 : emblematicam similiter armaturam contrà mali autorem directam.

Ibid. lin. 9, 10 : præsumptionem .... propterea quòd ab omni priùs productus fuit.

Malum ab initio mundi. Vide *suprà*, N.° XX, *p.* 89.

Ahengar, hîc egoitas, superbia, distinguendus à τῷ *Ahengar*, productione, per *Manahat*, intellectum (*Monit.* etc. *p. XIV*), Entis supremi ; quæ productio nihil aliud est quàm creandi fixum propositum, intelligentiâ directum. Vel *ahengar*, præsumptio, erit originalis *Ahengar* soboles depravata.

In Margin. lege : *suprà, monit. etc. p. XIV.*

Ead. pag. lin. 25 - 27 : quatuor vela .... quòd plures non scientes ipsa .... *âtma* (*esse*) sciunt ....

Id est, ut suprà observatum, hæc omnia, etiam ligatum (divisum per partes) gaudium, non sunt *âtma* purus. Ea præterire debet, et soli Enti, Deo adhærere, à directore, secundùm *Beid* institutus, quicumque veram quærit salutem. Tùm, omni visibili relicto, mundum gyrantem quasi spectaculum intuetur.

Pag. 348, *lin.* 16 : usquè ad sex menses ....

Pœnitentia, mortificatio sex mensium. Statim ergò animum pristinos habitus relinquere, vitia, hujus mundi bona, mulierem, natos, inscitiam, et novos mores, affectus induere Indi non reputant. Exercitationem in bono, probationem requirunt, licet non nimis protractam.

Ibid. lin, 27, 28 : *Schalkaïn rek'heschir* ...

Rursùs de *Schalkaïn* cum *Radjah Brahdratheh* colloquio. *Suprà*, N.° LXI, *p.* 295 - 298 *etc.*

Pag. 349, *lin.* 6 ; Et hæc scientia multùm abscondenda est.

Semper unificationis mysteria prophanis, non benè dispositis tradere vetitum; verisimiliter ne in eorum manibus vilescat, aut ignari, non morigerati eâ abutantur.

N.° LXXIV.

Ibid. lin. 14 - 17, 18 : *Schalkain Rek'heschir* rursùs cum *Radjah* .... colloquium de unificatione sit.

Iterùm de unificatione, ut suprà.

Etiam in familiaribus colloquiis, sermonibus, semper de unificatione, ut de re quæ totum hominem et unicè, omni tempore, utiliter occupare debet, præscriptum.

In memoriam redit illud Apostoli : [1] *omnis sermo malus de*

---

1. Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τȣ̃ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω· ἀλλ᾽ εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούȣσι. EPHES. *IV*, 29.

ore vestro non procedat : sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.

Loca, tempora alia, alii mores : nunc in Galliâ, tres aut quatuor viri, quin dicteria in Deum, religionem, ejus ministros vibrent, vix possunt confabulari.

Pag. 350, *lin.* 12-21 : (*quoad*) dicit, quòd : ego ....

Nihil asserere, sibi proponere; non dicere, ego etc. tandem in totâ, absolutâ suî *abnegatione*, quoad corpus, quoad animam, vera liberatio.

Ibid. lin. 22, 23, *pag.* 351; *lin.* 2 *etc.* Plures dicunt quòd, quidquid existit, ipsum hoc *djiw âtma* est ....

Diversæ, temporibus antiquis, de *djiw âtma* (animâ), opiniones. Prima, falsa, τὸν *djiw âtma* à tribus qualitatibus, *sat, radj, tam* (certitudine, volitione, egoitate) distinguit; iis qualitatibus τὸ ligari, liberari tribuit; undè, *djiw âtma* eas sibi addictas habens, tanquàm ligari, solvì dicitur : sed reipsà omne is est; nec ligatio aut liberatio ad eum pertinet.

Secunda opinio, vera, τὸν *djiw âtma* ligari et solvi asserit : quoniam trium qualitatum actiones ipse facit, sibi addicit; non autem cor ipsum, intellectus, aut egoitas, quæ per se nihil operantur.

Subtilis magis quàm solida responsio. Pluries dictum est hæc tria esse ipsum *djiw âtma* : ergò eo agente, illa agunt. Facultates sine actione non sunt facultates. Equidem sensus materiales pura organa, instrumenta, actiones quæ illis propriæ videntur, non exequùntur : diversæ ab iis actionibus, quæ spirituales, sunt naturæ. Verùm tres qualitates sunt, si dici licet, τȣ̃ *djiw âtma* partes : proindè, si hæc nihil agunt, ipse *djiw âtma* nihil agit.

In Indiâ, ut videre est, quemadmodùm in Europâ, scholasticæ vigent argutiæ.

Pag. 352, *lin.* 22 : *pram kat* ....

Omnem corporis et animi motum sistere, suam propriam actionem interserere, *status magnus*, spiritualitatis apex.

Pag. 353, *lin.* 11 : à duabus viis aliis ....

Duarum has-ce viarum N.° LX, *p.* 291-293, mentio facta est.

Ibid. lin. 17, 18 : Tempore quo *Djibril* liberatus fit.

Illud tempus est ultima τȣ̃ *Brahma* revolutio. Vide *suprà, p.* 599, *annotat. ad pag.* 337.

Ibid. lin. 21-23 : et color .... albus, et ruber, et flavus, et viridis, et *ssandaleus* .... una vena est ....

Hi sunt humorum venis contentorum colores. (Vide *suprà,* N.° XIX, *p.* 84.)

Vena quæ ad cerebrum pervenire dicitur, sanguinis (*rubei coloris*) circulationem indicat, quæ etiam apud *Simplicium* [1] invenitur.

Pag. 354, *lin.* 12 : Ex (*de*) veritate sensuum petierunt ....

Systema Indicum sensus, eorum originem, vim, actionem, repressionem τῷ *âtma* tribuit; quod de sensibus externis et internis intelligi debet; quoniam omnia ex *âtma*, in *âtma*, per *âtma*. Et ille *âtma* Ens universale est, quod per omnia à se producta, *pranha*, elementa, libros *Beid*, τȣ̀ς *Fereschtah*, etiam per facultates spirituales etc. sese manifestat. Et ea ex illo, ut arbor è semine, scintilla ex igne, radii è sole, exeunt; quod puram è substantiâ emanationem ostendit.

De quinque sensibus τȣ̃ *âtma* radiis, qui per foramina ab eo facta exiverunt, vide *suprà*, N.° LXII, *p.* 303.

---

1. *Spiritus quippè, ut ipsi (philosophi) asseverant, per fauces ad pulmonem commeans, in respiratione attenuatus, ad cordis sedem facit transitum : deindè per arterias, quæ sunt à corde porrectæ, pervenit ad caroticas, ità appellatas venas, quòd eædem vulneratæ mortem afferant soporiferam, per quas idem spiritus ad caput fertur, per tenues nervorum, et angustos, meatus.* CHALCID. *Timæus etc. p.* 302.

N.° LXXV.

Pag. 356, *lin.* 5, 8 : cor, tempore quo à [volitionibus] .... in principium suum [quod] (*Ens*) verum est, de[illegible]um ivit ...

Homo, ut cum vero ente unum fieri valeat, omnes volitiones, omnes sensuum affectus abjicere debet.

Ibid. lin. 13 : Cor figura totius mundi est ....

Etenim omnes mundi partes, præfectos, omnia orbis universi agentia, Indus sapiens in corde suo invenit : indè magnus mundus, et parvus mundus; qui quidem unum et idem esse perhibentur.

Ibid. lin. 17 : cum quâcumque re ... è secretis antiquis ....

Cor omnis objecti ad quod se convertit, tendit, forma efficitur; id est, illud ipsum evadit, reipsà est : verbum antiquum et absconditum. Eadem semper systematis Indici clavis, alio modo tradita.

Pag. 357, *lin.* 3, 7, 8, 18 : Cor duo (*lege* duæ) divisio (*duarum specierum*) est : unum purum; et unum non purum.

Primum cor volitionum expers, distractionum, cogitationum motûs, turbinis, et somni quod τȣ̃ *maschghouli* tempore dominatur, immune, in seipso deletum, annihilatum; quod est summus gradus, *kian*, vera scientia : reliquum sermonis et librorum materia; id est, varietate et inutilitate garrulos et avidos nec difficiles lectores potest occupare.

Indi ergò cunctæ rei quæ narratur vel scripto mandatur, leviter fidem non præbent.

In meditationis exercitio, somno capi, ei indulgere, cordis non mundi indicium.

Ibid. lin. 19, *p.* 358, *lin.* 13, 14 : et cor, quod cum (*per*) *samadheh* .... purum factum est .... mundo parvo et mundo magno ....

Illud efficitur scientiâ, quâ τὸν *djiw âtma*, mundum parvum, et *pram âtma*, mundum magnum, unum esse cognoscendo, in Ente universali anima immergitur. (*Suprà, N.° II, p.* 11.)

Pag. 35[illegible], *lin.* 19 : Et illi lumini tres partes ....

Luminis intrà hominem, in corde, cujus situs, dimensio in porrectione pectoris datur, residentis, tres partes; lumen ignis (parvum), solis (medium), τȣ̃ *pran* (magnum) : quæ quidem lux ipse *Brahm* est.

N.° LXXVI.

Pag. 359, *lin.* 19 : *Porsch* lux solis est.

Id est, lux solis est agens, vel *porschi* agens est in lumine solis, luce perfusum : similiter *Brahm*, agens, forma luminis est. Hinc sublimis τῷ soli *maschghouli*, quo ejus ortus et occasus, in diversis anni tempestatibus, incipiendo à vere, cum sex aliis planetis, et diversis entibus tunc eum comitantibus, stilo, pompâ verè orientali describitur.

Ibid. lin. 22 : *Mokel* ignis, et mensura *kaëtri* (lege : *kaïtri*)....

Tempestate *veris*, mensibus *aprili* et *maio*, *lunâ* antè apparente, *sol* oritur. Tempestate *æstatis*, mensibus *junio* et *julio*, *lunâ* è latere meridiei, *sol* oritur. Tempestate *pluviæ*, mensibus *augusto* et *septembri*, *Venere* è latere occidentis, *sol* oritur. Tempestate *hiemis*, primis mensibus (*autumno*) *octobri* et *novembri*, (*Marte* et) *Mercurio* è latere septentrionis, *sol* oritur. (*Hiemis*) posterioribus mensibus, *decembri* et *januario*, *Jove* et *lunâ* è latere sursùm, *sol* oritur. (*Tempestate pruinæ*), mensibus *februario* et *martio*, *Saturno*, *capite* et *caudâ Serpentis* è latere deorsùm, sol oritur.

Anni distributio, et initium apud Indos.

I.

Juxtà dictionarium *samskretico-latinum*, *pag.* 19, 20, Indi

annum *botxoro* nominatum, in duo *θeon* (*ozonong*), id est; semestre æstivum seu septentrionale, et semestre brumale, seu meridionale [1], dividunt : *θeon* tribus *Ritou* constat; et quilibet *ritou* unam tempestatem, duobus mensibus compositum, efficit. Sic in anno sex *ritou* numerantur (*infrà T. II,* N.° CXL, quinque, frigoris *ritou* quatuor menses occupante), sequenti ordine :

1.us *Ograhaon* (*âgrohâ zonikó*), et *Pouch* (*pouxo*) mensibus ;

2.us *Magh* (*maghó*), et *Phalyun* (*phâlgunó*) mensibus :

3.us *Shoitro* (*soïtro*), et *Boychak* (*boïxâkhó*) mensibus :

4.us *Soyehtho* (*gjioixθhó*), et *Achak* (*âxâdho*) mensibus :

5.us *Srabon* (*xrâbonó*), et *Bhadro* (*brâdropodo*) mensibus :

6.us *Achuin* (*âxuinó*), et *Kartik* (*kârtuikó*) mensibus.

Ograhaon est mensis *Magueser* (*mârgo xîrxo*), qui respondet decembri ; à quo proindè τȣ̃ς *ritou* incipit dictionarium *samskretico-latinum*.

Eadem anni tempestatum series.

I. *Hiems* (*hêmâmto, xixiro*), duobus mensibus constans (*decembri, januario*) :

II. *Pruina* (*xixiro*), duob. mensib. (*februar. mart.*) ;

III. *Ver* (*boxonto, puxpoxmozó, xuorobhi*), duob. mensib. (*april. mai.*) :

IV. *Æstas* (*grîxmó, uxmokó, nidâghó, uxnó, pogmó, uxmo, uxmâgomo, topó*), duob. mens. (*jun. jul.*) ;

V. *Pluvia* (*prâbriθo, borxâ'*), duob. mens. (*august. septembr.*)[2] ;

VI. *Autumnus* (*xorot*), duob. mens. (*octob. novembr.*).

Sic et temp. Tȣ̃ DJETASCHTER. BALD. *lib. cit. p.* 513, 514.

---

1. *In Kalendario hic (australis tropicus, seu brumale semestre) adnotatur primo julii; et ille (septentrionalis, seu æstivum semestre) primo januarii. Christ. Theodos.* WALTHERI, *Missionar. Danic. ap. Trangambarenses, Doctrina temporum Indica, ex libris Indicis et Brahmanum institutione, anno* 1733, *Trangambariæ digesta : ad calcem Histor. regn. Græcor. Bactrian. auct.* BAYERO (1738); *p.* 168.

2. *Zend avesta, T. I,* 1.e *part. p. CCCLXVIII, not.* (1).

II.

In hac *tempestatum* et *mensium* dispositione, annus Indicus incipit à *decembri* [1], vel *novembri,* quod concordat cum Indorum *Suratensium* calendario, gallicè exposito, è PP. Capucinorum hujus urbis missionariorum scriniis extracto; in quo primus mensis *Kartek,* cum *Bali raja Divali* [2], festo, jejunio, primo anni die, *november* est; *Asou, october,* ultimus mensis : mense *Poss* (*januario*), brumale *solstitium,* festum solemne : mense *Get* (*julio*), æstivum *solstitium,* item festum solemne.

Asou, fortè al soor, 1.us mens. ann. temp. TS̃, DJEDASCHTER. BALD. *lib. cit. p.* 524; vel *alsoor, acar* julius.

Ultrà octavum mensem, *Get;* non progreditur, in isto opusculo, particularis mensium expositio : menses *faquen* et *raisak* deficiunt : triginta dierum sunt omnes menses.

Ad eamdem distributionem referri debet catalogus Indicorum mensium (30 dierum) *Suratæ, samskreticè* exaratorum; in quo primus mensis *Atschveno* (*october*); ultimus, *Bhadreva* (*september*).

In urbe *Onor,* ad oram *Cuncam,* meâ manu, 23 *Vissak,* 8 maii 1761, scriptum; maïo *Vissak,* novembri *Kartik,* januario, *pouss,* respondentibus.

Similiter, apud *Marattas* [3], *janeiro* (1.us mensis), *Poss; abril, Zzait* (*tschetr*); *mayo, Vhoyssak; novembro, Kartik; decembro, Magxir.*

---

1. Apud Indos, annus lunaris, solari antiquior, solstitio hiberno fixus incipit, juxtà BAILLY, *Traité de l'Astronom. indienne; Disc. prélimin. p. CXLII*, *Traité*, *p.* 211, 212.

2. Sic et in *Thesaur. ling. Ind. dictionar. lat. Ind. Gallic. Bibliothec. Congreg. de progand. fid. à P. Fr.* MARIA, *è provinc. Turon. Capuc. Missionar. Suratens. confecto.* Vide *Recherch.* etc. *sur l'Inde*, 1.e *part. p.* 197, 198.

3. *Grammatica Marastta a mais vulgar que se practica nos reino do Nizamoxà e Idalxà, offerida aos .... PP. Missionarios dos dittos reinos, in Rom.* (1778), *p.* 41.

Haud multùm dissimiliter, in regione Bengalicâ [1], januario par est *Maug* (*maha*); februario, *Phaugun*: aprili, *Beisoug*, (*vaisak*); octobri, *Kautik*; decembri, *Poos*.

Tribus mensibus ordo differt, in *Grammaticâ Indoustanâ* Romæ publicatâ [2], ubi Augusto *Kartek* respondet, januario, *Chaït* (*tschetr*).

Quoad *Divali* in calendario *Suratensi* memoratum, reverà anno 1758, 30.° octobris, nocte, occasione hujus epochæ, anni initii, festum ab Indis, in istâ urbe celebratum est: idem festum, quod tribus diebus ante primum anni diem incipit, anno 1760 peractum: tunc *divali* octavo novembris die obtigit [3].

III.

At verò, juxtà *Abrahami Roger* [4], annum cum lunâ mense aprili inchoant *Brachmanes*. Idem anni principium videre est in WALTHERO [5]; scilicet, 10.° april 1734, mense *sitterei*; et juxtà EULER [6],

In urbe *Mangalor*, scriptum à *Canarino*: *Tscheitr*, primus mensis; *Veisak*, secundus.

Et quidem duo calendaria linguâ et caracteribus Indoustanis (omnibus mensibus 30 dierum) Suratæ scripta primum anni locum dant mensi *Tschongtro* (*Tscheitr*, *aprili*); ultimum, *Falguno* (*martio*); sicut ipse in *Zend avesta* posui [7].

---

1. *Grammatical remarks on the practical and current dialect of the jargon of Hindostan etc. the whole calculated for the common practice in Bengal. By Gen.* HADLY, *formerly on the military establishem. of Bengal* (1784), *p.* 98, 168.

2. *Grammatica Indostana à mais vulgar que se practica no imperio de gran Mogol, offerecida aos muit. reverend. Padr. Missionar, do dit. Imperio. in Rom.* (1778), *p.* 60.

3. *Zend avesta, loc. cit.*

4. *Mœurs des Bramines etc. p.* 76.

5. *Doctrin. temporum et Indic. etc. p.* 199.

6. *Libr. cit. p.* 203, 204.

7. *Libr. cit. p.* 213, *not.*

Sic et in *Takvim* Persico Suratæ confecto, anno *Hegiræ* 1160, æræ *Christianæ* 1747, nonus mensis *Rabbiiel awel* dies decimo τῦ *Tscheitr soud*, mensi Indico anni τῦ *Radjah Bekermadjit* 1803; τῦ *Sakah Salvan*, 1669, æquiparatur: et missionarii Danici *Trangobaræ*, in notis ad calendarium *Malabaricum*, expressè declarant[1], *istos ethnicos* (*Indos*) *non inchoare novum annum primo die januarii, sicut nos, sed primò in aprili.*

In ipsâ dictionarii *samskretici* latinâ versione (*p.* 20), ad mensem *Boychak* (*maïo* vel *aprili* respondentem), hæc leguntur: *primus anni mensis incipit ab æquinoxio verno;* ad mensem *Kartik* (*novembri* vel *octobri* supparem); *in æquinoctio autumni.*

È loco autem τῦ *Oupnek'hat*, ad quem spectat hæc discussio, cum mensium dispositione collato, primum mensem τῦ *sanbat*, primæ anni tempestatis (*veris*), aprilem esse eruitur.

In Grammaticâ *Malabaricâ*, Gallico idiomate, ad calcem Dictionarii *Gallico-Malabarico;* quæ quidem latinæ Grammaticæ P. Beschi, *Missionar. Jes. Madurensis*, scriptæ anno 1728 (*Mss. Ind. Biblioth. nat.* [*Reg.*] n.° 202), versio est, annus incipit mense *aprili.*

In Dictionario *Telongouco-Gallico* Biblioth. nat. (*Mss. Ind.* n.° 206), *schrâvanam* (*srabon*) est quintus anni Indici mensis; scilicet, incipiendo à *Tscheitr*, aprili: et sex anni tempestates, sub

---

1. *Es fangen aber diese Heyden nicht mit dem Januario ein neues Jahr an, wie wir, sondern erstlich im April.*

Der königl. Dænisch. Missionar. *aus Ost-Indien eingesandt. Ausführlich. Bericht. Erster Theil* (*T. I*), *fünft. Continuat. des Bericht.* (1722), (*Epist. Trangueb.* 17 *decembr.* 1711, *script.*) *p.* 201, *Anmerk.* — *Siebend. Continuat.* (*Epistol.* 7 *octob.* 1712), (1735) *p.* 370, *not.* (a), *im* 1 *April*, *primo die aprilis.* — *Hist. de la Miss. Danoise dans les Ind. Oriental. abrégé trad. de l'allem. de* Niecamp. *T. I* (1745), *p.* 99. — La Crose, *Christianisme des Ind. T. II*, *p.* 307. — *Descript. histor. et géograph. de l'Ind. T. III*, *Supplém. pour les recherch. sur l'Inde*, *p.* 42.

voce *routou* disertim dat idem dictionarium ; quas interpres Gallicus sic exponit : *vasânta*, ver; *grichema*, æstâs ; *varscha*, pluvia ; *charârtâl*, autumnus ; *hamanto*, frigus ; *chicha*, frigoris finis.

Tandem, juxtà D. le Gentil, oræ *Coromandelicæ* annus Indicus 4872 (Ch. 1770) incipiebat april 9. 53.^{h} 7.′ 30.″ formâ julian. mart. 29. 53.^{h} 7.′ 30.″ [1].

Ex his omnibus concludere est duplex adhuc esse anni Indici principium ; in totâ Indiâ, circà vernum æquinoctium ; in provinciâ τȣ̃ *Guzarât*, aliud circà æquinoctium vernum, aliud circà autumnale. Primum erit astronomicum, τȣ̃ *Oupnek'hat* calculo congruens : alterum, *Suratæ* in provinciâ *Guzaratensi*, error erit ex intercalatione neglectâ ortus ; vel post pluviæ tempestatem, illìc hiemem appellatam, quasi proprio, licet non nominativo, veris tempori fuerit affixum.

IV.

Intercalationem de quâ hìc agitur sic exponit Baldeus, de *Banianibus*, circà Suratam morantibus, loquens. *Annum*, inquit [2], *in menses duodecim distribuunt, ità ut dies* 360 *numerent. Hinc quartum quemvis annum in trinos denos menses describunt, mensi decimo tertio dies tantùm* 16 [3] *attribuentes. Pro* 16, observat *Waltherus, legendum videtur* 21 ; *dies enim quatuor annorum solarium cum bissexto, efficiunt* 1461. Idem tamen (*Baldeus*), *de gentibus, puta Wardugis* [4], *tertio*, inquit,

---

1. Bailly ; *Tr. de l'astron. ind. p.* 15. — Le Gentil ; *Voyag. dans les mers de l'Inde, T. I* (1779), *p.* 231.

2. Apud Waltherum, opere laudato (*p.* 164) qui quidem citat *Baldei translat. Germanicam*, *p.* 472.

3. Sexdecim isti dies erunt unum *pokki*, seu prima pars mensis, cum *bissexto*.

4. *Libr. cit. p.* 601.

quovis anno (quasi lunari), *bissextilem tredecim mensium intercalant.*

In primo *Baldei* textu *tertium* annum lego, non *quartum*; quæ emendatio cum secundo : 3.° *quovis anno*, concordat. Isto modo sexdecim ferè dierum erit decimus tertius mensis.

Rem uberiùs explicat Danus missionarius. *Sic*, inquit, *fratres nostri Madrastenses, ex Brahmanis Golcondicis, propè Visigapatam* (ad oram *Orixa*) *degentibus, intellexerunt,* TERTIO CUIQUE *anno se addere mensem embolimæum, ità ut hic decimus tertius tot diebus constet, quot opus sunt, ut cum cursu solis gratiam concilient.*

Idem legitur in brevi expositione Gallicâ, quam Calendario Indico Suratenses missionarii præfixerunt. Calculi *Mohammedici* lunaris defectu, anni initium per totum solarem annum divagatur. *Lesdits gentils,* inquit auctor, *y ont remédié en mettant un mois intercalaire toutes les fois que l'année a treize lunes : alors ils nomment deux fois le même mois, tantôt l'un et tantôt l'autre. Il n'y a que le mois de Cartek qui n'y est pas sujet. Par ce moyen,* CHAQUE TROIS ANS, *ils ont treize mois, pour suppléer les onze jours de la lune qui manquent à la fin de l'année.*

Quoiqu'ils comptent leurs mois par la lune, néanmoins les saisons retournent toujours au même point. Il n'y peut avoir plus d'un mois, au plus, de différence, sans qu'on y apporte remède.

Quod auctor de *undecim lunæ* (rectiùs, *anni lunaris*, 354 dierum, 5.^{h} 49.′ 16.″) diebus, ad *calcem anni deficientibus*; dicit, de quinque diebus, quibus solari annus Indicus (sic et tempore τȣ̃ *Djedaschter* : BALD. *lib. cit. p.* 546) minor est, intelligendum.

Hanc *tertio anno* mensis *Adikou* dicti intercalationem, ipse, anno 1758, cùm in urbe *Goa*, iter ad urbes *Ponin* et *Aurengabad* per montium *Ghat* juga facturus, commorarer, annotante *Vetusi*

Camotin (juxtà quem *Tscheitrou*, primus anni mensis, martio, *Katrix* octobri, *Falgun* februario æqualis erat), Brahmane *Maratto*, in tabulis meis consignavi.

Præmisso isto, de *anni Indici* naturâ et divisione, brevi tentamine, astronomorum est quonam antè æram Christianam sæculo siderum cum sole conjunctiones, oppositiones, seu Sizygiæ, in *Oupnek'hat* indicatæ, dato ejusdem anni tempore accidere potuerint, computatione determinare; et indè secundi *Beid* (*Djedr*), è quo *Oupnek'hat Mitri* excerptum est, epocham quoquo modo, si fas est (vide *suprà, ad pag.* 291, *not.* 1. *Annotat. p.* 553, 554), eruere; simul et scientiæ astronomicæ apud Indos, et cœlestium observationum ætatem augurari.

Profectò libros *Beid* τῷ *Brahma* attributos (N.° LXXX, *p.* 375), in quibus istæ observationes referuntur, in quibus astronomia inter scientias homini necessarias (N.° LXXX, *p.* 376), annumeratur, hanc scientiam præcessisse necessum est; quamvis Indicæ relligionis principio, cujus mythologicæ personæ (*p.* 362) in eâ adhibentur, posterior videatur.

Astronomiæ Indicæ antiquitatem, quam asserunt loca è *Quinto Curtio* et *Ammiano Marcellino* [1] jam citata, videtur agnoscere summus astronomus EULERUS, quandò dicit: [2] *Satis accuratè Indorum annus congruit cum anno sidereo nostro, quo sol respectu stellarum fixarum in idem cœli punctum revertitur, cujus anni quantitas ab astronomis ponitur* 365.^{d} 6.^{h} 10.', *ità ut Indorum annus tantùm* 2.' *ab hoc anno sidereo discrepet; qui tantillus error propter insufficientiam observationum, quæ* ADMODÙM

1. QUINT. CURT. RUF. *de rebus Alex. libr.* 8, *cap.* 9. *n.* 34. — AMMIAN. MARCELLIN. *Rer. gestar. lib.* 23, *p.* 374.

2. *Leonard.* EULER. *de Indor. anno solari astronomic. in fine Doctrinæ tempor. Indic. Waltheri, p.* 203.

antiquæ perhibentur, facilè est condonandus. Dubium ergò non est quin Indi suos annos ex motu solis periodico respectu fixorum mensurare instituerint, præsertim cùm EO TEMPORE *quo tabulas suas condiderunt, differentiam inter annum tropicum et sidereum vix animadvertisse censendi sint.*

Pag. 360, *lin.* 13, 14 *:* à tribus qualitatibus simul proveniunt...

Tres istæ qualitates sunt *creatio*, *conservatio*, *destructio*, quarum justo temperamento, Lux-ens, supremus omnium opifex et arbiter, operando, quasi delectatur.

Pag. 362, *lin.* 3 *: proun* et *sadeh deïouta.*

Fortè legendum *Behram* (*Mars*) et *Zadosch* (*Mercurius*). *P.* 361, *Basoudiw,* pater τȣ̃ *Keschn, mokel* (præfectus) est; idem qui *Boud*[1] (Mercurius) samskreticè. Vel *Keschn* ipse *Boud* est.

Baxudêbô, pater Kischnæ. Dictionar. *samskretic-latin. p.* 3. *Boudhô, Mercurius, lunæ filius;* ibid. *p.* 15.

Ibid. lin. 11 *:* et sine *pran.*

Lux-ens sine *pran* est, qualis in homine spirat. Ens supremum, in se, ex se, modo à creaturis diverso, vivit.

Ibid. lin. 26, 27 *: Ras* et *Dzanab* (*caput et cauda Serpentis*).

[2] RHAHUHU (samskreticè), *serpens niger, qui, è capite gigantis à* WISCHTNU (*Vischnou*) *occisi natus, permissu* WISCHTNU, *in solem, quem prehendit, virus suum effundit, ex quo eclipses solares.* KÉTUHU, *serpens ruber, qui è trunco reliquo ejusdem gigantis ortus, dicto modo eclipses lunares efficit.*

Not. 1. *Duo posteriores sunt planetæ cæci seu ficti, Europeis* CAPUT ET CAUDA DRACONIS *dicti, seu, alio nomine, nodus ascendens et descendens, quorum signa* ☊ et ☋ *ex dimidiato serpente* ∾ *nata sunt. Sol et luna in iis seu propè eos positi, deliquium patiuntur.*

1. *Walther; lib. cit. p.* 153.

2. *Walther; lib. cit. p.* 153, 154.

In Dictionario samskretic. lat. *p.* 16, verbo *Râhou ; inter planetas numerant ; sed est stella quam juxtà fiunt eclipses. Huic solum caput* (INDI) *adscribunt sine corporis trunco.* — KETOU, *Draco, ubi fiunt eclipses ;* id. *p.* 19.[1]

Pag. 364, *lin.* 14, *ad pag.* 366, *lin.* 17 : Causa τȣ̃ *insidere* ... Peracto Lucis-entis encomio, actionum quæ ab illius aditu, à creatoris cognitione hominem arcent, series enumeratur : et eo modo traditur divinæ et humanæ moralis corpus.

1.ª Cum impiis, verbum divinum non curantibus, societatem habere : 2.ª hujus mundi voluptates sectari, cordis volitionibus esse addictum : 3.ª ejusdem mundi bona quærere : 4.ª professionem arduam, victûs causâ, quæ hominem nimis detineat, exercere : 5.ª ostiatim mendicare : 6.ª verbum Dei non postulanti tradere : 7.ª scientiam vilem et indignum docere, aut ab eo edoceri : 8.ª murmur, strepitum (*tschoghl*), in habitum transire : 9.ª malum dicere : 10.ª semper mentiri : 11.ª munificientiam sui commodi, aut laudis gratiâ exercere : 12.ª furari, etiam in viâ publicâ : 13.ª τȣ̃ *fakir* (relligiosi pauperis, paupertatem profitentis), mendicandi causâ, vestem induere : 14.ª hominem irridere : 15. subditos, curæ commissos, duriùs habere, malè multare, relligionis expertes efficere : 16.ª peccata magna, lege damnata, qualiter, alium suspicari etc., committere : 17.ª magiam exercere : 18.ª vestem τȣ̃ *fakir* gerere, nec ejûs operibus incumbere : 19.ª vasculo in manu, assiduè stipem corrogare : 20.ª verbo divino mentis humanæ rationamentum præferre : 21.ª verbum divinum pro desiderio explicare, ad sensum suum falsum adducere : 22.ª hominis verbum alio proposito dictum, ad

1. Super *capite* et *caudâ* Draconis, vide *Ephemerid. Persarum. Ed. et interpret.* BECKIO (1695), *p.* 29. *Astronomica etc.* — *Lettr. édif. T.* X (1713), *p.* 38. — *Astronomica etc. schah* CHOLGII *Persæ, oper. Joon.* GRAVII (1752), *p.* 64 *etc.*

sensum suum trahere : 23. ludos, præstigia, artem agyrticam exercere. Cum iis qui se his actionibus contaminant, sedere nefas. Supremi luminis accessum prohibet cum istis hominibus inita societas. Profectò Indi, his documentis imbuti, nullo Europeorum, quoad moralem, indigent auxilio.

Pag. 366, *lin.* 26 : cum ultimo mundo fidem non habent.

Priscis illis temporibus, sicut et nunc, homines erant, qui, futuram vitam negantes, solis mentis viribus fisi, et verbum divinum ab otiosis praxibus non distinguentes, relligionem, ignorantiâ abcæcati, deridebant.

Pag. 367, *lin.* 5 : *Moschteri* (*Jupiter*), qui *ostad* ....

Errorem Indi malorum Geniorum impulsui, etiam cœlestibus agentibus ut causis tribuunt.

Venus primorum magistra, director. Vide *suprà* (N.° V, p. 16-18) bonorum et malorum Geniorum bellum; et (N.° XX, p. 86-89) eorumdem cum *Pradjapat*, scientiæ adipiscendæ causâ, colloquium. Fugienda falsa scientia.

Ibid. lin. 9, 28 : *aoudia*, quæ non scientia ... scientia interna ....

È *badia*, scientiâ, cum *a* privativo, fit *abadia* (*aoudia*) non *scientia*, ignorantia.

Duæ species scientiæ internæ : 1.ª quæ et *aoudia*, non scientia, appellatur, operibus bonis, piis solùm incumbere, à Deo separatum remanendo : 2.ª Enti supremo inhærere.

Similiter duo scientiæ externæ genera : 1.um *aoudia*, ignorantia, nuncupatum, operum mercedem desiderare: 2.um illam non velle, non intueri.

Mirum quoties, quàm assiduè, operum mercedi non esse addictum, ut relligionis fundamentale dogma Indis prædicatur, ut summum, absolutè necessarium officium eis præcipitur, injungitur. Bonum propter Deum, et Deum solum, absque ullâ ad

se ipsum ratione, facere jussum est. Merces, suprema felicitas, de se necessariò, naturaliter sequitur, quamvis eam homo in proposito non habeat, et eo quòd illam non intendit.

Deum solum respicit Indus sapiens, se illum futurum certò sciens: proindè nunquàm, si Enti supremo placeret, ab illâ luce originali, suo fonte, æternùm separari, in *gehennam* (infernum) protrudi, creatoris voluntati obsequens, eligeret, consentiret. *Quietistarum* et *Pietistarum amor purus* ab Indicâ spiritualitate, ut facilè videtur, longè, toto cœlo distat, differt [1].

---

1. Vide scriptum viri, erudito æquè et profundo ingenio celebris, D. Nicole, moralis doctrinæ magistri præstantissimi, unius è *Portûs Regii* doctis, piis Theologis, magni Arnaldi fidelis in vitâ, operibus et laboribus comitis, cui titulus: *Réfutation des principales erreurs des Quiétistes, contenues dans les livres censurés par l'ordonnance de M. l'Archevêque de Paris, du 16 octobre* 1694 (*Paris* 1695), *libr.* 3, *cap.* 1, *p.* 347, 349; *cap.* 2, *p.* 356; *cap.* 4, *p.* 361, 363, 364. Opus egregium, in quo summus theologus veterum et novorum *Quietistarum* dogmata refutando, vera et solida ponit, clarè, lucidè, didacticè, christianæ spiritualitatis principia.

Vide et debile ac infirmum opus, quod inscribitur: *Explication des maximes des Saints sur la vie intérieure*, par M. de Fenelon, *Archevêque de Cambray, Précepteur des enfans des ducs de Bourgogne, d'Anjou et de Berry* (Paris 1697), p. 33., 38 etc.

Auctor, elegans scriptor, sed minimè theologus, *quietismi* fundamenta jacit, incautus vel consilio, dùm articulis, ut dicit, *falsis*, articulos, sic vocat, *veros*, hujus systematis germen continentes, opponit.

Cameracensi Archiepiscopo imprimis favebant Jesuitæ, magno Bossueto, ob dogmata quæ clarè et fortiter contrà curiam Romanam propugnabat, tacitè infensi. Brevem istius Societatis imaginem hîc juvat apponere. Si hoc opus in manus Indorum cadit, Europæos *Brahmanes*, saltem quosdam et non ignobiles, relligionem proprio commodo, quæstui, honori, potentiæ, ubi occasio est, uti indigenas, obtendere, eos addiscere non pigebit.

Societas Jesu rectè, *gens*, *familia Jesuitica* diceretur: istum enim cœtum ingredientes animum et quasi corpus novum, ejusdem generis, complexionis, habitûs, relictis veteribus exuviis, induebant: omnes ordinis affectus, motus, seu spirituales, seu corporales adoptabant; totius pars tantùm, non in se, per se existens, sed regente capite, et partibus aliis influentibus.

N.° LXXVII.

Pag. 369. *lin.* 7 : et *djenian* ....

Vide *suprà, N.° XX, p.* 86-89.

Ens supremum creaturas, juxtà cordis earum corruptionem, obcæcat.

Pag. 370, *lin.* 15, 16 : *âtma* in medio foraminis cordis forma lucis est .... in tribus locis ....

Rursùs trium luminum mentio (vide *suprà N.° LXXV, p.* 358),

Eis Caput unum, GENERALIS, Romæ residens, adversùs quem voti relligione obstricti, quemadmodùm exercitus ergà ducem, et cujus nutu, ut miles ducis imperio, quasi inanimi agebantur.

Apud JESUITAS, vestitus, victus, habitatio, pro singulis simplicia, tenuia, in totum splendida, sumptuosa : publici mores puri, quandòque asperi; secreti leniores : quisque, privatim, submissâ mente, ut societatis membrum superbus; at semper comis et amœnus. Regimen despoticum, secretis illecebris, aliquandò deliciis temperatum : societatis nomen, gloria, sola relligio ; orbis dominatus cùm spiritualis, tùm temporalis, viâ obliquâ, unicus scopus : in id, scientiarum et artium omnium assiduum studium, profunda meditatio; adultorum, adolescentum, juvenum, quin et ministrorum cultûs relligiosi, institutio ; *congregationum* sexûs utriusque, cujuscumque statûs, conditionis, formatio; societati *affiliatorum* creatio : cùm, popularis auræ carpendi causâ, in civitatibus, pagis, apud exteros etiam remotissimos, toties decantatæ *missiones*; tùm de mirando missionum fructu, turgidæ istæ, magnatum favorem ambientes, epistolæ : magistratuum, magnatum, præsulum, principum, regum, etiam acatholicorum, peculiaris, et, si opus foret, secreta directio; omnium affectuum, præsertim in primoribus, adulatio : indè moralis, loco, personis, statui, circumstantiis accommodata; novitatum, aut doctrinarum reformationis vel nimiæ gravitatis speciem præbentium insectatio ; relligio, ad populum et divites, mitis, magnifica; si spirituales reperirentur, et ipsa spiritualis, recondita.

Acerrima quædam ingenia, præstantes in omni materiâ doctores, magistri, libri; etiam eximii oratores : nullus, pro se, primarius, certus et fidus theologus, philosophus, mathematicus, historicus, litterator, linguarum (ne *Gallicæ*, quidem, antè cum *Portu Regio* [anno 1671 etc.] conflictus), præsertim Orientalium (extrà *mis-*

in igne, in sole, in *pran.* Tria hæc, forma lucis quæ in medio cordis residet, cum eâ unum sunt.

Pag. 370, *lin.* 24, 25, *ad pag.* 371, *lin.* 25, 26; ille *nadi* (sonus), qui in *nim matraï* quarto τȣ̃ *pranou* est ....

Mystica τȣ̃ *pranou*, *Brahm*, luminis expositio : τῶν *Beid* ex eo, seu è voce, quæ *nim matraï* quartum illius nominis (seu *oum*) est, formatio. Hujus *nim matraï* laus : liber *Beid* è volitione τȣ̃ *Brahm* productus.

N.° LXXVIII.

Pag. 372, *lin.* 11 : persona lucida ....

Visûs organo propria sensatio, è corde per duas venas procedit; duo agentia, unum in quoquo oculo. Vide *suprà*, N.° XLII, *p.* 227.

N.° LXXIX.

Pag. 373, *lin.* 4 : Et cum ille *pran* ventus ....

Vox è corde, caloris motu et venti ope, per pectus transiens, usquè ad guttur, os, ubi linguæ operâ, sonus, littera, verbum efficitur. Sonus qui ex ore prodit, altus, et triplex illius duri, demissi, qui in pectore efformatur.

Ibid. lin. penultim. Aoustha .... quatuor est ....

Quatuor hominis in corpore status : vigilia, somnus cum somnio, somnus sine somnio, status supernaturalis, quasi cœlestis.

---

sionum loca) apprimè peritus : verùm hominum animos illiciendi, Societati devinciendi, et pro eâ ad ardua ducendi, ars generalis, cœtui propria, quasi ingenita, et raró à scopo aberrans.

Ducentos annos *societas Jesu* orbem rexit, non senio confecta, sed labore tandem fatiscens : iisdem fulta principiis, iisdem artibus adjuta resurgat, frendente relligione, irrito sæculi politicorum nisu, humanas iterùm mentes blandè, subdolè et tutè subjugabit, rursùs rerum casu ruitura.

Vide, inter alia, LUCII *histor. Jesuitic.* (1627). — RIP. DE MONCLAR, *Compte rendu des constitutions des Jésuites* (1763).

In tribus prioribus *aoudia*, seu ignorantia, etiam in *sak'hepat*, semper hominem comitatur : *Brahm* ibi opertus. In quarto, *âtma* se esse sciens, homo *Brahm* purum videt, *djiw âtma âtma* magnus, ab eo non separatus, redditur. *Suprà*, N.° LXXII, *p.* 338, 339, 346.

OUPNEK'HAT 4.um, MANDEK.

Pag. 375, *lin.* 4 : Samskreticè, *mandoûkaha*, *rana*. Fortè hinc nomen τȣ̃ *Oupnek'hat Mandek*. Vide N.° XI, *p.* 35, *Mandek* τὸν *Satkam* erudientem.

N.° LXXX.

Ibid. lin. 6, 9, 13, 14, 16 : Priùs ab omnibus *mokelan*, primum *Brahma* .... *Athrba* .... *Ankra* .... *Satbeh* .... *Bhardouadj* .... *Ankras* ....

Hic unificationis scientia ad *Brahma* refertur, qui eam τῷ *Atherba*, filio suo natu majori, tradidit; à quo *Ankra* illam accepit; qui eam τὸν *Satbeh*, è natis *Bhardouadj* (circà tempus diluvii, *suprà*, N.° XXVIII, *p.* 165), et hic τὸν *Ankras* [1] *rek'heschir docuit*: undè ad *Schavank*, τȣ *Ankras* discipulum, et per eum ad *Brahmanes* defluxit.

Suprà, N.° XX, *p.* 96, *Brahma* similiter eandem scientiam τῷ *Kaschap*, suo nepoti, confert; è quo ad *Radjah Man*, ejusdem ac *Bhardouadj* (N.° *et p. cit.*) ætatis, transit. Pressus hic traditionis modus et ordo, priscis istis temporibus, libris consignatus, observatione dignus est.

Pag. 376, *lin.* 2 : Duæ scientiæ sunt ... magna ... parva ... Scientia parva quidquid homini in societate viventi necessarium est, continet; magna, unius Dei cultum.

---

1. N.° XXIII, p. 113. *Ankras* nomen τȣ̃ *pran*.

Homo, cum similibus agens, cogitationes suas communicaturus, quæ concepit expositurus, sermone opus habet accurato, simul et mente rectâ : indè *grammaticæ*, *logicæ*, *oratoriæ* artis necessitas. Scientiis ad victum et vitæ commoda utilibus, temporis distributioni, agriculturæ, habitationum, ædificiorum constructioni, navigationi, etc. *astronomia* inservit, quæ *mathematicam* complectitur. Verùm creatoris cognitio imprimis creaturæ acquirenda, cultus antè omnia edocendus : iis eruditur Indus libris *Beid*, et aliis scriptis his libris conformibus. Tandem ad regendos homines, *historia*, *patriarcharum dicta*, *juris*, *legum* scientia plurimùm conducunt. Hæc sunt cognitionum genera, quæ parvam scientiam constituunt : hæc *theologiam*, *moralem*, *politicam* et magis necessarias artes complectuntur. Nulla ibi lusoriarum, *musicæ*, *saltatoriæ*, *gymnasticæ*, nec purè remedialium, *medicinalis*, *bellicæ* artis fit mentio.

Pag. 376, *lin.* 16, *p.* 377, *lin.* 6-8, 19; *lin. ultim. p.* 378, *lin.* 1 : Scientia magna, illa scientia est ....

Sublimis Entis supremi, in nullo homini similis, descriptio.

Vide *suprà*, N.° XXVII, *p.* 163, araneæ comparationem, et *annotationem* (*p.* 503, 504) ei respondentem : hìc terræ, vegetabilia è se educenti, applicatur ; et tamen primum ens indicat ; quomodò et quid successivè Ens primum producat.

Doctoris Indici commentatione, pleraque Indici systematis agentia per allegoriam intelligi debere probatur. Alimentum, in Ente supremo, omnia producente, tres sæpiùs laudatæ qualitates, *creatio*, *conservatio*, *destructio* : *pran*, animarum collectio : cor (N.° LXXXII, *p.* 382), organum, undè volitio, productio : *sati*, seu *Pradjapat*, quinque elementa crassa, mixta.

Scholasticæ Indicæ specimen, quo clarè *emanatio* traditur, explicatur.

N.° LXXXI.

Pag. 378, *lin.* 12; *pag.* 379, *lin.* 13, 14, 19; *pag.* 380, *lin.* 3, 8; *p.* 381, *lin.* 9, 10.

Opera quæ *keanian* .... si .... propter Deum facit, bonum est ....

Via operum, via parva: *et si aliquis hoc opus* (*korban, sacrificium*), *sine quæsitione mercedis, facit, et propter Deum facit, bonum est; et* (*sed*) *quicumque hoc opus propter Deum non facit, et scit* (*arbitratur*), *quòd cum me* (*mihi*) *utile* (*quid*) *habet, et causa liberationis meæ est; illæ* (*personæ*) ... *non sciunt, et sine intellectu sunt, et illas juncta senectus et mors invenit* (*prehendit*). (*Ve agar kasi in aamelra bittalab natischeh bekonad o baraï khoda bekonad khoub ast ve har kèh in aamelra baraï khoda namikhonad o midanad kei bema faideh darad o baeets nadjad mast ânha na danand o bi aakel and ve ânhara peivasteh piri o marg dar miiabad.*)

Operum bonorum duo genera, pro quibus mercedem accipiunt; religionis praxes et opera benevolentiæ; sed τȣ̃ *âtma* cognitionem liberationis causam semper habendo : alioquin, hominis terræ et terrenis dediti renumeratio, exitus, pœna est.

Duæ viæ, *suprà*, N.° LX, *p.* 291 - 293 : homo igitur à directore scientiæ τȣ̃ *Beid* et τȣ̃ *âtma* perito eruditus, soli τȣ̃ *âtma* cognitioni studeat; illi supremo, unico Enti adhærens, opera nihili ducens.

N.° LXXXII.

Pag. 381, *lin.* 22; *pag.* 382, *lin.* 14, 25; *pag.* 383, *lin.* 22 : Quemadmodùm ignis ....

Iterùm comparatio, quæ animas à Deo emanare supponit: primi Entis corporea descriptio, à diversis mundi partibus sumpta, anima universalis, etc.

Pag. 382, *lin. ultim.* Quinque *ans* ....

Suprà, N.° LXXI, *p.* 333 : *an* nomen alimenti est : et per alimentum omnia, agentia, ipsæ res factæ, intelliguntur. Quinque ergò *ans* præstantia, erunt quinque primariæ creaturæ, undè cuncta surgunt, crescunt. Sub *behescht* nomine, qui septem tabulata habet, cœlum, astra et eorum præfecti comprehenduntur.

Relligiones diversæ ab Ente universali productæ : *divisiones fidum et relligionum, et rectitudo .... ab eo productum est* (*ve aksam eeetekadha o madzabha o rasti .... az ou paedah schodeh ast*), sicut et rectitudo, jussum, vetitum; omnia tandem, materialia, spiritualia, sensus, eorum objectum, sedes, etc.

Pag. 383, *not.* 1 ; *linguam*, lege : *Lingam.*

Pag. 384, *lin.* 11, 12; *p.* 385, *lin.* 13 : Ex ipso hoc scitum fit .... forma ....

Vera *formæ* definitio : Ens quod producit, *forma* rei à se productæ est. Ens supremum, creator universalis, omnium forma dicitur.

Illi uni adhærere necessitas et modus, diversis comparationibus illustratus, qui quidem, pro naturâ entis quod quæritur, et entis quod quærit, effectu carere nequit.

Pag. 386, *lin.* 12, 13, 14 : Quemadmodùm grana margaritarum ....

Atma filum est, quod in omnia entia insertum, ex eis, quemadmodùm è margaritis, unum veluti torquem efformat; comparatio, quâ primi Entis in omnia ingressus apprimè pingitur. Similiter cor, relativè ad venas ab eo procedentes; modiolus, ad radios : quæ omnia entium connexum cum primo opifice, auctore, clarè exprimunt. Hoc unum scire necessarium : aliæ sermocinationes quasi inutiles relinquendæ.

Ibid. lin. ultim. p. 386; *lin.* 14, 16 : In *Brahm pour*, id est, corpore hominis, quod urbs Dei est ....

Vide *suprà*, N.° XIX, *p.* 79, 80.

Atma omne, nihil; in omni, nusquàm; lumen per se, cunctorum luminum fons et origo.

N.° LXXXIII.

Pag. 388, *lin.* 13 : Duo volatilia bona sunt....

Duorum volatilium exemplo, eædem arbori insidentium, quorum unum fructum ejus comedit, alterum solummodò quod evenit quasi spectaculum intuetur, auctor optimè designat *djiw âtma* et *pram âtma* in homine residentes. Primus, quandò ab operum mercede, arboris fructu, abstinet, et suî conscius, se *âtma* reputat, *pram âtma*, Ens universale evadit. Hominis eà de re meditantis et se *pram âtma* scientis, suî ipsius amatoris, seipso contenti, ipso cum seipso ludentis, Entis instar, cujus naturam induit, felix status. Verùm, quod attentione dignum, statum illum nemo adipiscitur, nisi affectionibus, volitionibus, defectibus liberatus, rectitudinem verè possidens, et tunc, quamvis in corpore, cessans existere. Porrò illum *âtma*, Ens universale, aliundè invisibile, nec operibus, pœnitentiâ, homo acquirere valet : sed verè sciens factus, corde puro, eum in cordis sui camerâ videt; ipse mundus totus, cum Ente illo supremo redditus, hac solâ scientiâ, non aliâ, illud solum, non aliud intelligens.

Pag. 391, *lin.* 10, 11 : Et hoc omne in filum illius cordis attractum fuit....

Super cordis vi, actione, ad omnes sensus, etiam cerebrum, ratione, hîc referam quod legitur in Diario Gallico, *Journal du soir* [1].

---

1. *Journ. du soir etc. des frèr. Chaignieau*, *N.°* 922, 12 *frim. an* 9, *Paris* 11 *frim.* (2 *décembr.* 1800), *p.* 2.

« Le citoyen *Richerand*, inquit redactor, anatomiste laborieux « et infatigable, vient de publier des expériences, dont le but « est d'apprécier l'influence que le *cœur* et le cerveau exercent « réciproquement l'un sur l'autre. Il conste de ses premiers « essais, que l'action du *cerveau* est moins nécessaire à l'action du « *cœur* que celle du *cœur* ne l'est à celle du *cerveau*. Le *cœur*, « que l'on peut considérer comme muni d'une provision plus « abondante de *vie*, continue encore ses battemens, quoique, par « la ligature de ses nerfs, on l'ait soustrait à l'influence cérébrale.

« Ce qu'il y a de remarquable, c'est que cette propriété qu'a le « *cœur* de se soustraire ainsi jusqu'à un certain point à l'in- « fluence du cerveau, est commune aux viscères qui reçoivent « leurs nerfs du grand *sympathique*[1].

« Le citoyen *Richerand* propose, sur ce nerf singulier, plu- « sieurs idées qui paroissent neuves et importantes. Selon ce « physiologiste, ce nerf forme un système nerveux particulier, « destiné aux *organes intérieurs*, et il est le centre auquel se « rapportent les *impressions affectives*, tandis que le *cerveau* est « exclusivement le siége de *l'intelligence* et de la *pensée*.

---

1. Vide diffusam et claram *magni nervi sympathici* descriptionem apud celeb. *Winslow : Exposition anatomique de la structure du corps humain* (1732). *Les* GRANDS NERFS SYMPATHIQUES, *communément dits nerfs* INTERCOSTAUX, *p.* 461-468. „ La situation de ces deux *nerfs* en général est tout le long des parties latérales des corps de toutes les vingt-quatre *vertèbres*, immédiatement devant les racines de leurs *apophyses* transverses, et le long des parties latérales de la face interne de l'*os sacrum*. *Id. p.* 462.

Qui hujus *magni nervi sympatici*, *et venæ cavæ*, recto cordis *ventriculo* terminatæ (WINSLOW *lib. cit.* la VEINE CAVE et *sa division etc. p.* 395-418), ortum, directionem, ramificationes, cum eo quod de *vena* SAK'HEMNA in *Oupnek'hat* (*N.° XLIII*, *p.* 227, 228) dicitur, contulerit, priscos Indos internæ corporis humani structuræ prorsùs ignaros non fuisse fortassè deprehendet.

« Ces expériences ont été insérées dans le recueil des mémoires « publiés par la société médicale d'émulation, séante à l'école « de médecine de Paris. »

Pag. 393, *lin.* 5, 6 : (*Quandocumque*) *Brahma makt* et liberatus (*salvus*) fit ....

Suprà, N.° LX, *p.* 292; N.° LXXI, *p.* 337, τὸν *Brahma*, antequàm perfectè beatus, in excelsissimo essentiæ suæ gradu et statu stabiliatur, diversas revolutiones subiturum visum est : quo illum secundi generis agens et simplicem ministrum, *mokel*, præfectum esse apertè monstratur. Ad memoriam etiam revocandum, τὸν *Brahma* esse primi Entis qualitatem, potestatem creatricem, et τὸ *satguen*, bonum. Ex iis suprà dictas τȣ̃ *Brahma* revolutiones nihil aliud esse, quàm diversas rerum, quæ omnes bonæ sunt, productiones, epochas; quas productiones systema Indicum in infinitum extendit, licet concludere.

Ibid. lin. 13 : Quemadmodùm maria ....

Percellens, si dici potest, comparatio, quâ entium diversi gradûs, ad primum fontem suum redeuntium, in eo absorptorum, dogma clarè et lucidè exprimitur.

Ibid. lin. 20, 21, 25 : Quisquis Deum intelligit, Deus fit ... hoc verbum cum personis ....

Indici systematis clavis et summa. Idem *suprà*, N.° XLIV, *p.* 262 : *Deum sciens, Deus est.*

Quicunque mentis humanæ naturam, limites, modum quo rerum cognitio ad eam pervenit, supremi Entis essentiam inter et ens quodque inferius immensam distantiam attentè consideraverit, Deum ipsum, qualis est, à se solo comprehendi, intelligi posse, infinitum ab infinito; cùm in Deo qualis et quantus idem sit; in Deo, partim intelligere, partim intelligi, non sit; nullum

alium præter ipsum, summo isto intelligentiæ, sublimitatis, perfectionis gradu potiri posse; proindè, quandò quidem in naturis res intelligentibus, intelligere sit assequi, tenere, comprehendere, transfundi, tandem esse quod intelligitur, et *vice versâ:* qui ad harum idearum seriem, animum præjudiciis liberum applicaverit, nec, solo verborum sono contentus, rem penitùs inspexerit; illud verum, mente attonitâ, fatebitur:

Quisquis DEUM *intelligit,* DEUS *fit: har keh* KHODARA *befahmad* KHODA *mischavad.* Quod eò redit: qui ideam Dei habet, Deus est. [1] *Apud te est fons vitæ,* inquit Rex propheta, *et in lumine tuo videbimus lumen.*

Hoc oraculo ductus, systema suum de *omnimodâ in Deo visione* [2] struxerit celeberr. MALEBRANCHIUS.

In Deo videre, in Deo esse, vel Deum habere est, ubi de mentis operatione agitur, nec ampliùs infirmo et assueto res concipiendi modo addicti remanemus. Quænam enim ratio finiti ad infinitum supponi potest, quæ *identitatem* non includat? porrò homo infiniti ideam habet.

Homo, in hoc meditationis apice positus, subitâ quasi vertigine actus, titubat, miserè præceps labitur. Creaturæ superbia, giganteam affectans audaciam, supremum opificem aggreditur, divinitatis culmen, sic putat, assecutura. Sapiens in medio stat, causæ universali, omnium fonti, summè perfectæ, naturæ suæ

---

1. *Ki immeka mekor khaïim beoreka nireh or. Psalm. XXXV* (36), 10.

2. MALEBRANCHE, *de la Recherche de la vérité* (1712), *T. I*, 2.ᵉ *part. livre* 3, *chap.* 6, *p.* 216 - 222; *T. II*, X; *Eclaircissem. p.* 251 - 273. — IDEM: *Méditat. chrétien.* (1683); *Prière*; 2.ᵉ *médit. p.* 28 - 34; 19.ᵉ *médit. p.* 327.

Vide et *Méditat. métaphysiq. touch. l'opérat. de Dieu dans l'ordre de la nature* (1690; 8.ᵉ *meditat. p.* 86 - 112; 11.ᵉ *méditat. p.* 133 *etc.*), doctrinæ reconditioris opus, quod, attentè lectum, lumen in Indicum systema et quasdam philosophorum *spiritualium* phantasias, opiniones, potest affundere.

æquè ac primi illius Entis essentiæ nescius, nudè, simpliciter, strictè adhærens, terreno et sensuum turbine, comitatu spreto, neglecto, nec statûs sui sublimitate nimiùm perculsus, nec indè suæ, ut rei creatæ, conditionis, et proindè sui entis inferioris, infimi gradûs et ordinis oblitus.

Verùm, divini præcepti memor : [1] *nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras antè porcos; ne fortè conculcent eas pedibus suis, et conversi dirumpant vos :* altam et abstrusam doctrinam, minùs aptis, id est, quæ, librorum sacrorum nec jussa exequuntur, nec sensum assequi, Deum cognoscere appetunt, mentibus tradere prudenter abstinet.

OUPNEK'HAT 5.um, EISCHVASIEH.

N.° LXXXIV.

Pag. 395, *lin.* 8 : Ille dominus mundi ....

Mundus, pura apparentia : Deus, solus existens. Verùm, cùm in illum *âtma* nomen et figura ingressa sint, indè etiam, saltem apparentem traxerunt existentiam. *N.° LXXXVI, p.* 404, 406.

Hoc unum scire, et toto vitæ curriculo, operibus bonis, absque mercedis intuitu, incumbere, sola ad felicitatem huic statui addictæ, via.

Pag. 396, *lin.* 9, 10 : si usquè ad centum annos vivens fueris....

Quo igitur tempore, antiquus liber *Djedjr Beid,* undè hoc *Oupnek'hat* extractum, scriptus est, vita humana centum annos facilè non superabat : quod cum textûs Hebraici computatione comparatum, 17 vel 18 antè æram Christianam sæculo, respondere potest.

---

1. *μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς.* MATTH. *VII*, 6.

Pag. 397, lin. 6, *Haranguerbehah* ....

Agens istud, collectio elementorum simplicium, omnia produxit, et in *âtma* est : quo significatur τὸν *âtma* omne comprehendere. Certa systematis Indici clavis ; siquidem agens in *âtma* contentum, nihil aliud præbet quàm ipsum *âtma*, hujus agentis naturâ indutum, ejus operationes exequentem.

Ibid. lin. 20 : Doctus et *kiani*, qui *âtma* factus (*est*).

Doctus qui se *âtma* scit, omnia factus, omnibus τοῦ *atma* qualitatibus, quæ speciatim hîc referuntur, præditus.

Ibidem, lin. ultim. mercedem, *lege :* mercede.

Pag. 398, *lin.* 1 : *Maschghoul beh anand* ....

Anand lineâ rubrâ desuper notatur ; quod verbum exoticum esse indicat. Samskreticum censendum est, vel *anand*, quies ; id est, *qui de quiete particulari, transeunte meditantur* : vel *ans*, ens magnum creatum (*suprà*, N.° LXXXII, *p.* 382, 383, 628, ubi merces operum, quæ *behescht*, primum *ans*, est, memoratur) : sensus idem est, et cum *ms.* nat. convenit : τῷ *maïa maschghoul sunt* ; scilicet, rebus creatis, quas ignorantiâ existentes reputant, cùm meræ sint apparentiæ.

Ibid. lin. 4, 5 : Cum imitatione (*simulatione*) verba unificationis ....

In religione derisores, hypocritæ, simulatores, iis, qui ignorantiâ malè agunt, pejores.

Ibid. lin. 6 ; mercedem, *lege :* mercede.

Ibid. lin. 18, 20 : *tanzihan* .... *taschbihan* ....

Tanzihan, persicè, qui Deum à paritate aut pluralitate, omni mixtione immunem, longè semotum profitentur : *Taschbihan* (*suprà*, N.° XX, *p.* 89 *et not.* 1), assimilatores ; qui *âtma* externo corpori similem arbitrantur.

Vero *kiani*, docto, sectas illas unum cum *âtma* ipso, Ente

universali, habere, et sic meditari, imperatum; *oportet quòd* (*baïad keh, lin.* 20): undè concludere licet sapientes Indos varias sectas, relligiones, opiniones, oculo æquo et indifferenti, quoniam in omni, bono et malo, τὸν *âtma*, Deum supremum intuentur, aspicere.

Ibid. lin. 24: Quisquis opus purum facit ....

Benè agens, absque mercedis proposito; *maschghoul* pariter præmium non intendens; verè *kian*: illi tres beatitate perfectâ donantur; id est, in Ente unico nihil efficiuntur.

Ibid. lin. 26; mercedem, *lege*: mercede.

Pag. 399, *lin.* 3, 8, 13: Quisquis *makt* .... in tempore τοῦ mori .... cum Luce-Ente .... dicunt ....

Hominis morientis partes spirituales, materiales subtiles, purè materiales, crassæ, ad suum quælibet fontem remeant.

Docti, verè scientes, quandò de vitâ exeunt, preces ad opera sua, ad operum mercedem, ad Lucem-Ens, cui omnes eorum actiones notæ sunt, peccatorum condonationem rogantes, deferunt.

Ibid. lin. 11, 12; opus et mercedem, *lege*: opere et mercede.

OUPNEK'HAT 6.um, SARB.

Pag. 400, *lin.* 2: SARB.

Samskreticè, *sarb*, *sarvam*, omne.

N.° LXXXV.

Ibid. lin. 4: Quærens τὸν *Pradjapat.*

Quatuordecim quæstiones quæ hìc efferuntur, totum Indici systematis corpus exhibent. Responsa, jam diversis locis partim data, in *Oupnek'hat Sarb* ex ordine disposita offeruntur.

Generaliter opus *Oupnek'hat*, è textibus τῶν *Beid*, quorum

præcipuum objectum est *unum cum Ente supremo fieri*, et quæ idem sæpè præbent, esse compositum, memoriâ tenendum est. Hæc conformatio me etiam jam dicta, his in *Annotationibus*, pluries repetere coegit. Veritatis amator, tædium nihili ducens, veniam facilè dabit. Asper et morosus brevitatem æquè ac longitudinem forsan damnaret.

Pag. 400, *lin.* 20; super corpus et existentiam apparentem, *lege*: super corpore et existentiâ apparente.

Ibid. lin. 21, *ultim.* Captura .... liberatio.

Id est, quandò *djiw âtma* se corpus his aut illis qualitatibus præditum dicit, capitur : tali existentiâ abdicatâ, liberatur. Modi quo sui systematis capita, antiquorum librorum capita doctores Indi explicant, specimen præbent omnes hæ responsiones.

Pag. 401, *lin.* 6, 9, 11, 13, *ultim. p.* 402, *lin.* 1 : quatuordecim *mokel* sensuum ....

Quatuordecim sensus sunt quinque cogniti : tactus, visus, auditus, gustus, olfactus (*N.° LXXXIII, p.* 402, 403); loquela et cor; et eorum facultates, seu septem sensus corporis subtilis (*N.° LXXXII, p.* 383).

Quatuor interni sensus erunt loquela, visus, auditus et cor. Quatuordecim *pran*, seu venti; septem *pran*, scilicet, duo oculi, duæ aures, duæ nares, os, et septem eorum vires (facultates). (*N.° et pag. cit.*)

Vide *suprà* (*N.° LXXIX, p.* 374,) quatuor hominis status *djagrat, sapen, sak'hepat, teria.*

Ibid. lin. 24-26 : Tres è latere matris .. tres è latere patris ...

Curiosa et satis solida ingredientium quæ pater et mater nati corpori subministrant, partitio.

Ibid. lin. ultim. p. 402, *lin.* 1, 12 : Et in thesauro qui plenus est ex *pran* et aliis .... è gaudio est.

Loci sat intricati textum juvat hîc apponere.

O dar khazaneh kei por az pran o gheireh ast tschardeh bad ast o dar in khazaneh schasch khazaneh kei peisch az hameh hast o khazaneh keh por az delhast o khazaneh sabek kei badel o aakel o didan del o iekin man dar an khazaneh ast in khazanhâ kei madzkour schodah fhamidan hakikat inha khazaneh ist kei por az eelm ast o dar djai kei inhamah khazanha kei peisch az in madzkour schod mibaschad inhara o mosabbab inhara tschenantscheh dar tokhm derakht bar o gheireh tamam derakht ba lavazem ân mibaschad in hamahra dar ou danesteh bah serour daiemi baschad kei in khazaneh por az serour ast.

Hujus loci sensus. In secundo thesauro τοῖς *prân* pleno comprehenduntur sex thesauri qui primum conficiunt : in tertio, corda, quoniam intellectus, et cor videns (*vel* vagans, *davidan*), et egoitas, è corde procedunt, sicut et *pran*, halitus, etc. Horum thesaurorum veritatem intelligere, quartus thesaurus. Quintus thesaurus, gaudium perpetuum est è scientiâ, quâ hæc omnia et eorum causam, in *âtma*, quasi in loco residere, simul et illum locum cognoscunt, productum.

N.° LXXXVI.

Ibid. lin. 15, 16, *penultim. p.* 403, *lin.* 2. Et in re .... *karta* .... et voce ....

Quæstionibus responsio continuatur.

Vox *karta*, *agens*, ad sensuum quinque (vel sex, sub *voce amœnâ* loquelâ et auditu comprehensis) operationes, eorum effectum, voluptatem vel pœnam, dolorem indè provenientem, quæ quidem *âtma* ipse producit, refertur.

Pag. 403, *lin.* 6, 7, 26 : Hæc addictio ens ejus non est; quin

imò, accidentalis est. (*Ve in taallak dzati ou nist balkeh aarzzi ast.*)

Animam per accidens corpori mixtam, subditam esse, expressè declaratur. Naturâ, essentiâ, *âtma*, ens purum, spirituale est; quem statum originalem, quandò homo τὸν *âtma* rectè cognovit, et illum à corpore etiam subtili separatum scivit, corporibus subtili et crasso liberatus, entibus apparentibus verè annihilatis, *djiw âtma* recuperat.

Pag. 403, *lin. penult. ultim* : Sciens, et tò scire, et scitum factum....

Rursùs omnium identificatio : qui scit, scire, quod scit ; id est, subjectum, actio, objectum : hæc tria unum habere, suprema et incessabilis existentia, felicitas.

Pag. 404, *lin.* 9; cum eà omnia, *lege* : cùm ea omnia.

Ibid. lin. 9, 10, *penult. ultim. p.* 405, *lin.* 7 : Universalis is reliquus manet .... locus, et tempus, et res .... sine fine dicunt.

Hæc responsio, et tres sequentes, emanationem clarè exponunt. A maximo ente creato ad minimum, *âtma*, Deus supremus, unicus, in cor, intrà omnia æqualiter ingressus, residet : iis destructis, idem existens remanet : proindè semper Ens universale, immensum, indivisibile, quamvis ad tempus ligatum, in partes divisum, quasi indumento iisdem opertum fuerit : *âtma* remanet universalis etiam quandò *djiw âtma* factus, τὸ ego, τὸ tu, voces tantùm apparentia significantes, producit, promit : quemadmodùm aurum, et lutum, è quibus vasa fingunt, in iis unum sunt, subsistentibus vel destructis vasis, idem, quin imò, præstantius, verius, aurum, lutum, quod semper fuerunt, remanent.

Locus, tempus, res ; hæc tria, naturaliter deficientia destruenda : *âtma* solus indesinenter subsistit.

Pag. 405, *lin.* 11, 12 : Et hæc quatuor indicia figura ejus est.

Forma rectitudinis, forma τȣ̃ scire, forma lætitiæ (boni et recti statûs), et sine fine (esse) : hæc quatuor indicia supremi Entis figura : quæ quidem omnia attributa divinam essentiam relativè ad ipsum Ens supremum, et ad Entia inferiora quæ produxit, comprehendunt.

Pag. 405, *lin.* 17 : Tu et id ....

Djiw âtma, tu et *id* remotis, omnibus in unum redactis, se solum sciens in naturâ, *pram âtma* efficitur.

Ibid. lin. 22, *p.* 406, *lin.* 8 : Et *maïa*, quòd amor æternus est .... ipsum hoc *maïa* est.

Textus ipse ut detur rei momentum exigit. Sic autem se habet:

O Maïa keh aaschek azelist az ân migouïand kei aaschek epteda nadarad ve antha nadarad tscheh vakti kei maarefat bahamrasid aaschek az mian barkhast az Maïa rast o dourough minomaïad o dourough rast tschenantscheh reisman kei douroughast mar minomaïad mar keh rast ast reisman minomaïad o Maïara nah rast mitevan goft nah dourough tscheh namoud bi boud aalemra boud minomaïad o vodjoud mottallakra na boud minomaïad o nistra hast o hastra nist minomaïad Dzat hak kei tzzaher ast naminomanad aalemra kei modjoud nist minomaïad hamin ast Maïa.

Tȣ̃ *maïa* definitio satis clara est, quatenùs in homine, in rebus externis, singularibus. Desiderium, amor, appetitus existentiæ, propensio ad apparendum, oculos obcæcat, quod non est, subsistens monstrat. Sed ratione ad Ens supremum, quid erit istud attributum, ista denominatio? Jam suprà (*annotat.* N.° XXIX, *p.* 168; N.° XXXIX, *p.* 203; N.° LXVII, *p.* 316) quarumdam eâ de re cogitationum periculum feci. Ultrà progrediar.

Magnus opifex res produxit, id est apparere fecit; quæ reverà nec fuerunt, nec sunt quidpiam extrà illum, ab illo differentes:

indè dici potest *maïa*, deceptor, ratione ad entia, quæ ista existere vident, arbitrantur.

Quoad Deum, naturalis propensio, suppositum desiderium ad sese effundendum, et omnia demùm ad se retrahendum, erit *amor* (*aaschek; suprà, p.* 316, *tam, volitio*) : uti *infrà* (*T. II,* N.° *CXVIII, init.*), *Narain*, Ens summum, primo unicum, producere sibi proponens, *voluit quòd cum seipso ludum faceret, cum se maschghoul fuit.* Quorum verborum sensus *suprà* (N.° *XVIII, p.* 77, *not.*) satis fusè explicatus. Idem de *Haranguerbehah*, agente secundi ordinis, entia singularia formante, dicitur (N.° *XXII, p.* 101). *Amor*, ludus ille, iste *maschghouli*, complacentia est in se, suî fruitio, contemplatio, humano modo expressa, undè productio oriri censetur, quasi ex actione, sed falsò. Quo tempore res ut sunt considerantur (*cognitio simul advenit*), *maïa*, amor, oculos effugit : illusio cessat, pluralitas evanescit; nihil nisi Ens unicum existit, cernitur : quemadmodùm ratione ad Deum, *maïa*, amor æternus, absque initio et fine, cùm ejusdem perennitatis esse debeat ac Ens perfectum de quo dicitur, apparentias, phantasias, fingit, mundum extrà illud existentem ostendit, dùm, reverà, Ens summè sciens, se nihil producere, è se promere optimè novit (*cognitio simul advenit*).

Attamen homo, specie deceptus, τὸν *maïa* ad illud Ens spectare imaginatur; errore crasso, cum à *maïa Brahm sit immunis* (N.° *XXIX*, *p.* 168) : *vos unum* estis, inquiunt *Fereschtehha*, qualitates τȣ *Roudr*, qui *Brahm* est, recensentes. *Causâ amoris æterni, quòd maïa* (*est*), *et* τῆς *aoudia* (*ignorantiæ*), *duo apparetis* (*infrà, T. II,* N.° *XCI, init.*) : et ista ignorantia, indè à principio, usque eò est duratura, fictis existentiis sibi semper succedentibus, dùm, universo in *âtma* annihilato, *pram âtma*, *âtma purus* (*âtma khass, ssarf*) appareat.

His omnibus attentè consideratis, collatis inter se variis τȣ̃ *Oupnek'hat* ad *maïa* spectantibus locis, tantâ curâ absconditum detegitur Indici systematis fundamentum. *Roudr*, qui omnibus rebus finem imponit, est agens principale in naturâ (*p.* 316). *Tam, volitio*, in quâ est *qualitas corruptionis*, primùm operatur. Universo ad nihilum redacto, *âtma purum* exsurgit, Ens *unicum* remanet. Eo fine existentiæ apparentes pro tempore prodierunt. *Productio, conservatio*, qualitates, actus sunt precarii. *Ens unicum* esse debet, semper fuit, est, et futurum est. *Roudr*, *absolutâ istarum existentiarum destructione*, summum illud opus conficit. Hinc *Maha diw, magni diw*, nomen illi datum; et solemnis, præcipuus, hujus *diw* apud Indos cultus, delubra innumera.

Quæstionem, si fieri potest, altiùs perpendamus, rei intima scrutemur.

Suprà, N.° LXVII, *p.* 316, τὸν *maïa* [1] vidimus *ab omnibus productionibus priorem*, (N.° LXXXVI, *p.* 405; *T. II*, N.° XCI, *p.* 17, *amorem æternum*), seu existentiæ appetitum, in quo simul existit desiderium, *tam*, qualitas destructionis, *annihilationis*: et istud attributum in ente est quod *non faciens fuit*, *non factum fuit*.

Quo, entia reliqua principium corruptionis, destructionis, ad quam naturâ, vel in ortu, tendunt, in se habere, simpliciter apparentia, nihilque *substantialiter*, cùm Ens supremum omne ipsum, et proindè unicum, sit, absolutè esse innuitur.

Propensio ad existentiam, licet errore, τῷ *maïa*, et volitio annihilationem continens, *Tam, Roudr*, quasi in eodem subjecto resident, posteriore priorem dominante (N.° LXXXVI, *p.* 405, *tempore quo cognitio simul advenit, amor è medio super-*

1. Tȣ̃ *maïa* proprietates satis fusè adhuc exponuntur. *Infrà*, *T. II*, N.° CX, *p.* 100; N.° CLXXX, *initio*.

surrexit [*evanuit*]) : et sic *Roudr*, qui et *Tam*, quamvis numero tertius, ordine primus (*Maha Diw*, Ens summum, universale, unicum), aliorum destructionem uti est quasi efficiens, præcipuum Entis illius supremi attributum perhibetur.

Creaturam quidem existere autumant; at, reipsà, solummodò apparet. Quin et in ortu, partium explicatione, rei augmento, quæ progressionem, perfectionem indicare videntur, ad destructionem, annihilationem, verum suum scopum, vergit : et, ut *conservatio* nihil aliud est, quàm repetita, continua *productio*, *radjouguen*, attributum *creationis* dictum, antè *satgoun*, quemadmodùm infrà (*T. II*, N.° CLXXX, *initio*), attributum *conservationis* nuncupatum (*p.* 316) memoratur ; ac sic ambo invicem permutantur.

At verò, cùm omnia, in principio, nascentia, ad moriendum nata, moriantur, deficiant, nihil verè, reapsè efficitur. Ens ergò unicum, in quo tria illa resident attributa, sicut *non factum*, ità *non faciens* rectè dicitur.

Hæc est attenti animi altâ meditatione digna, systematis Indici primaria clavis, et, si diligenter consideretur, satis clara expositio.

Ne quid autem in istis annotationibus, quod materiæ lucem affundere possit, prætermissum videatur, 1.° duos textus BALDEI : primum, ad *maïa* spectans; secundum de primis rerum principiis, mundi ortu et fine, quos quidem, ejus opere seriùs ad me perlato, suo loco (*suprà*, *p.* 316, 417) inserere mihi non licuit : 2.° varios Anglorum [1] HOLWELL et DOW locos ad rem facientes, hìc juvat exscribere.

---

1. Vide SINNER; *Bern. Bibliothecar. Essai sur les dogmes de la Métempsycose ..... enseign. par les Bramins* (1771). *De la relig. anc. des peupl. de l'Indoust. et des Bramins*, *p.* 44-135.

Dogmata, ritus, mores Indorum et aliorum populorum veterum inter se conferre Batavum viatorem eruditum et criticum, nec non argumentis, è ratione et relligione petitis, absurda aut absona interdùm refellere, quod nunc et in posterum plerumque omittam, monendum puto.

I.

« Noch ist, inquit BALDEUS [1], unter den Heyden eine Fasten « berühmt, so sie *Tirinadira* nennen, und hat ihren Namen « von dem 27sten Tag des Monden, da allein die Weiber fasten.

---

1. *Lib. cit. vers. German. Abgötterey der Ost-Indischen Heyden. And. th. cap. XVIII, p.* 604, 605.

BALDEUS, qui novem annis V. D. M. in insulâ Ceylon commoratus est, hunc de relligione Indicâ Tractatum partim è *Vedam* desumptum, in libri titulo asserit. Ejus opus, fortè extrà Hollandiam et Germaniam vix reperiendum, anno 1671, Batavo idiomate prodiit; anno sequenti 1672, Germanico. Optandum foret, ut tandem latinè redditum, inter multorum manus versaretur. Eo modo Indica relligio, ab Abr. ROGERIO, *Paliacatæ*, in orâ *Coromandelensi*, à τȣ̃ OUPNEK'HAT auctore, in *Bengalicâ*, *Baharensi*, et cæteris Indoustanici imperii provinciis, à BALDEO, in orâ *Malabaricâ*, et ità, uno consensu, in diversis Indiæ partibus, *externa* et *interna*, tradita, imò explicata, edocta, pluribus, in Europâ, et certiùs, posset innotescere.

Verùm quis novus *Khamsin* Europam ignorantiæ flatu percussit! dùm quisque proprii idiomatis perfectioni *unicè* studet, spissa inter populos pristinum abolitura commercium, maceries exsurgit. Hæc leguntur in Diario, *Journal des défenseurs de la patrie*, 4 *vent. an* 9, *p.* 1. ET. PRUSS. *Extr. d'une lettre de Minden, du* 17 *févr.* 1801.

„ On s'aperçoit en Pologne des améliorations que la Prusse a opérées dans „ différentes branches : elles éprouvent néanmoins beaucoup d'obstacles dans la „ partie judiciaire. Toutes les procédures doivent se faire par traducteurs; et ce „ n'est pas un petit embarras dans un pays où l'on plaide volontiers. Les uni- „ versités ont reçu ordre de veiller à ce que tous les étudians en jurisprudence „ fussent très-versés dans la langue latine. En conséquence ils subiront des exa- „ mens dans cette langue. "

« Mit dem Ursprung dieser Fasten verhælt sichs also : *Ixora* « (*Iswaren, Roudr*), auf eine Zeit, auf den Tag *Tirinadira*, « todtet den Gott der Liebe, den sie *Canteven* (*Kâmdiw*) *nen*- « *nen*. Hierüber wurden die Weiber so betrübt, dass sie sich « aus Verzweiflung miteinander erhæncken wollten ; dann sie « sahen, dass es nunmehr fur sie nichts wollte zu thun geben. « Sie assen vor Betrübnuss denselben gantzen Tag nichts, wie sie « dann diesen Tag nichts essen oder kosten was von Reis gemacht « ist, sondern bringen denselben mit Fasten zu. Er kommt jæhr- « lich im Monat December, schier eben um die Zeit, da wir « das Fest der Geburt Jesu Christi feyren ; so, dass der Abgott « der Liebe um selbige Zeit gestorben ware, da der Gott der « himmlischen Liebe ein Mensch gebohren worden. Es kann wohl « seyn, dass dieser *Cupido* der Heyden *Pan* ist, den man vor- « zeiten so beweinet ; man wollte dann *Pan* selbst fur *Ixora* « halten : dann von *Pan* lieset man bey den Heyden, wie der « H. *Bacon Verulamius* anmerket in *Sapientia veterum* [1], dass « er habe durfen den *Cupido* ausfordern, und mit ihm einen « Kampf annehmen, womit dann zu verziehen solle gegeben « werden, *quòd materia non caret inclinatione et appetitu* « *ad dissolutionem mundi et recidivationem in illud chaos*

Etiamne Prussiam, grassante per Germaniam Boio * *spiritualismo*, et, cum recenti Gallorum lue, *philosophismo*, fæda ista linguæ latinæ inscitia deturpaverit? Indè saltem erui potest, linguæ inter varias Europæ nationes communis, in rebus, cùm ad scientias, tùm ad jurisprudentiam, administrationem spectantibus, utililitas, quasi necessitas.

1. Eximium opusculum, reconditam et antiquam reserens mysteriorum doctrinam, anno 1684 publicatum. *Pan, sive natura, p.* 28.

* Vide *Vollstændige Geschichte der Verfolgung der* ILLUMINATEN *in* BAYERN (1786). — *Das verbesserte System der* ILLUMINATEN *mit allen seinen Graden und Einrichtungen; herausgegeben von Adam* WEISHAUPT, *herzoglich Sæchs. Goth. Hofrath* (1788).

« *antiquum, nisi prævalidâ rerum concordiâ (per cupidinem* « *significatâ) malitia ejus impetûs cohiberetur, et in ordinem* « *compelleretur* .... Die Ursach warum *Ixora* diesen *Cupido* « oder *Canteven* getodtet, soll entstanden seyn aus Eifersucht, « die *Ixora* wider *Cupido* trug von wegen seines Weibes *Para-* « *mesceri*, welcher Liebe hatte, und hierum soll ihn *Ixora* mit « seinem Feur-Auge, so er vor der Stirn hat, verbrannt haben. « Doch etliche Bramines geben für, dass *Ixora*, indem er ein « geraume Zeit mit heiligen Dingen geschæftig gewesen, seiner « *Paramesceri* vergessen hatte, die derhalben *Cupido* gebehten, « dass er doch durch seine Kunst ihren Mann wieder zur Liebe « aufmuntern und anreitzen wollte. Es kam so weit, dass *Para-* « *mesceri* für Betrübnuss starb über den Tod *Canteven*; sie ward « aber wieder gebohren an dem Fuss des Berges *Timana*, da- « her sie auch eine Tochter des Berges *Timana* genannt wird; « dann sie hielt sich lange in einer Hœhle dessen Berges, und « that Busse um *Ixora* willen. *Ixora* erschien ihr endlich und « versprach, dass er hinfort ihren Willen thun wollte. Sie bath, « dass er *Cupido* wieder von den Todten sollte aufwecken, und « zwar auf solche Weise, dass er denselben nicht mehr umbrin- « gen oder zu Nicht machen konnte : und daher sagen sie, dass « *Cupido* überall ist, durch die starke Einbildungskraft des « mænnlichen und weiblichen Geschlechts. Hieraus kann man « leichtlich abnehmen, wie in den Alten die Liebeslust erkaltet « und gleichsam erstorben ist : allein sie wird stets wieder erwe- « cket in den Nachkommen, so dass sie bleiben wird als lange « die Welt stehet. »

Sic dogma philosophicum, theologicum, et sanè obstrusum, more mythologico traditum, relligionis ritu consecratum; sic rem spiritualem et merè intellectualem, quæ per cultûs ministrorum

manus transiens, formam verè materialem, *personatam*, plebis indoli accommodatam induit, eum qui humanas cogitationes, licet involucris tectas, animo contemplari amat, hîc reperire non pigebit. *Maïa*, qui *tam*, seu annihilationis appetitum in se continet, tandem, ab eo superatus, apud Indos *Malabares* est *amor kâm diw* [1], ab *Iswaren* (*Roudr*) occisus, eò quòd ejus mulierem *Paramesceri* [2] (destructionis appetitum, attributum, *suprà, p.* 410) amore concupiverat; id est, res ad existentiam, *Paramesceri* subactâ, perducere tentaverat.

Et in memoriam hujus calamitatis, quatenùs ad veneream cupiditatem et generationem spectat, solemne jejunium à mulieribus religiosè summâ curâ observatur.

Idem *Baldæus* alio loco [3] de rerum principiis, præsenti et futuro statu, sic loquitur : « Die *Bramines* haben eine wunderliche « Einbildung von der Schœpfung der Welt .... Sie sagen, dass « die Welt immer kleiner und kleiner, und endlich wie ein « Trœpflein Wassers solle werden, und dass nichts solle blei-
Suprà, N.° LXXXIV, p. 395.
« ben, dann *Ixoretta*, das ist, die Gœttlichkeit. Darnach aber « so solle sie wiederum anwachsen und grœsser werden, und « werde alsdann *Ixoretta* einen Laut von sich geben wie eine « Grille, und sprechen *quen, quen*; und nachdem *Ixoretta* so « dünne geworden, wie ein Trœpflein Thaues, so solle sie « wiederum angrühnen und aufwachsen, und nicht allein wer- « den wie ein Senfkorn, sondern auch eine Perle und letzlich « ein *Ey* [4], in welchem dann fünf Elemente herfür kommen « sollen; und dis *Ey* solle sieben Schalen übereinander haben,

---

1. Samskreticè, *kamaha*, *mandanaha*, Deus amoris.
Menenium Agrippam, facundum virum, et, quòd indè oriundus erat, plebi carum. Is intromissus in castra, prisco illo dicendi et horrido modo, nihil aliud quàm hoc narrasse fertur : Tempore quo in homine non, ut nunc, omnia in unum consentiebant, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat, indignatas reliquas partes, suâ curâ, suo labore ac ministerio ventri omnia quæri : ventrem in medio quietum, nihil aliud quàm datis voluptatibus frui : conspirasse indè, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. Hac irâ dum ventrem fame domare vellent, ipsa unà membra, totumque corpus ad extremam tabem venisse. Indè apparuisse, ventris quoque haud segne ministerium esse; nec magis ali, quàm alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus vigemusque, divisum pariter in venas maturum confecto cibo sanguinem. Comparando hinc quàm intestina corporis seditio similis esset iræ plebis in patres, flexisse mentes hominum.[1]

Quod ventri attribuit orator Menenius, à stomacho, ventorum *pran* et *apan* ope, perficitur.

« Le système des forces, juxtà recentem auctorem, l'activité des « mouvemens, l'intensité de la chaleur, et le degré de consistance et « de température des parties, sont, dans les êtres animés, en raison « directe de la perfection des organes de la *respiration* « .....

« L'auteur donne encore à la *respiration* une influence marquée « sur la fonction de la *digestion.* «

DÉCADE *Philosophiq. etc. n.*° 20, *an* 9 (1801), 20 *germin. principes de physiologie, ou introduct. à la science expériment. philosophiq. et médic. de l'homme vivant; par Ch. L.* DUMAS, *de l'instit. Profess. à l'école de médecine de Montpellier : 2.*^e^ *extr. p.* 76.

Pag. 472, *not.* 2, *lin.* 1*; archiari*, lege : *archiatri.*

Pag. 479, *lin.* 13 *:* servis famulis; *lege :* servis, famulis.

Lin. 14, *pag.* 89, *lin.* 3*;* lege : *pag.* 89, *lin.* 1, *Fereschtehha*, repræsentationem (*esse*) *âtma*, cùm intellexisset.

1. TIT. LIV. *Patavin. Roman. histor. princip. libr. omn.* (1578), *T. I. lib.* 2, *p.* 54, *I. K.*

ANAXAGORÆ, Ionicæ scholæ principis, quinto antè æram Ch. sæculo, qui, juxtà *Aristotelem* [1], à mente aut intelligentiâ factam rerum universitatem dixit, opinio.

Rad. CUDWORTH, *Systema intellectuale* etc. *interpret.* MOSHEMIO (1733), *cap.* 3, *p.* 108, §. *XI.* — CLERICUS, *Bibliothèq. chois. T. I* (1712), *art.* 3, *p.* 83. *Lin.* 2, *Radjah* τῶν *Djenan*, corpus.

Ea est *Atomistarum* (*corporeistarum*, *materialistarum*) sententia, cujus originem, in *Strabone* [2], MOSCHO cuidam Sidonio, qui antè belli Trojani tempus vixit, POSIDONIUS referebat : quamque, posteà, LEUCIPPUS et DEMOCRITUS, quinto antè æram Ch. sæculo, adoptârunt.

Rad. CUDWORTH, *lib. cit. cap.* 1, *p.* 23 ; §. *XVII*, *XVIII*, *p.* 61 ; §. *XLII*, *XLIII.* — CLERICUS, *lib. cit. p.* 69-77 ; *lin.* 3. *ad pag.* 96 *etc.*

Pag. 480, *lin.* 4 ; *Ibid. lin.* 26 ; lege : *Pag.* 95, *lin.* 26.

Pag. 491 ; post *lin.* 15, adde :

Nota HIPPASI *Metapontini*, de *igne* omnium principio ; sicut et TALETIS *Milesii*, de *aquâ ;* ANAXIMENIS et DIOGENIS *Apolloniatis*, de *aere ;* PHERECYDIS *Syri*, de *terrâ ;* aliorum philosophorum de istis elementis simul sententia. [3]

Pag. 492, post *lin.* 19, lege : *Pag.* 130, *lin.* 17, tale ; *lege :* talis.

Pag. 499, *lin.* 21, *Pradjapat*) ; adde : et opus.

---

1. ὁμοίως δὲ καὶ Αναξαγόρας ψυχὴν εἶναι λέγει τὴν κινοῦσαν, καὶ εἴ τις ἄλλος εἴρηκεν, ὡς τὸ πᾶν ἐκίνησε νοῦς .... πολλαχοῦ μὲν γὰρ τὸ αἴτιον τοῦ καλῶς καὶ ὀρθῶς, τὸν νοῦν λέγει· ἑτέρωθι δὲ, τὸν νοῦν εἶναι τὸν αὐτὸν τῇ ψυχῇ· εν ἅπασι γὰρ ὑπάρχειν αὐτον τοῖς ζώοις, καὶ μεγάλοις, καὶ μικροῖς, καὶ τιμίοις καὶ ἀτιμοτέροις. ARISTOTELES *Oper.* (1654), *Tom. II*, *de animâ*, *lib.* 1, *cap.* 2, *p.* 5.

Αναξαγορας δὲ ὡς κινοῦν τὸ ἀγαθὸν ἀρχήν. ὁ γὰρ νοῦς κινεῖ. ID. *T.* 4, *Metaphysic. Lib. XIV*, *p.* 485.

2. Εἰ δὲ δεῖ Ποσειδωνίῳ πισ̆τεῦσαι, καὶ τὸ περὶ τῶν ἀτόμων δόγμα, παλαιόν ἐστιν, ἀνδρὸς Σιδονίου Μόσχου πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γεγονότος. STRABO, *Geograph. Lib. XVI*, *p.* 757.

3. SEXT. EMPIRICUS (1621), *Pyrrhon. hypoth. lib.* 3, *cap.* 3, *p.* 115. — CICERO *de Natur. Deor. ed. et interpret.* d'OLIVET ; *lib.* 1, *p.* 175, 176 ; 37, 38.

Pag. 499, *lin. ultim. infrà not. ad* 518*;* lege : *infrà*, *p.* 518.

Pag. 502, *lin.* 19, producit ..... adducit; *lege :* producat ..... adducat.

Pag. 510, *not.* 1, *lin.* 5, relligione; *lege :* relligioni.

Pag. 511, *lin.* 3, octavi; *adde :* sæculi.

Pag. 513, post *lin.* 9, adde : *lin.* 24 *Medah*, *Brahmen.*

Medâ, samskreticè, *vigilia*, *actio vigilandi*, *vigilantia. Medhayâ vasdhitihi*, *experrectum*, *expergefactum esse.*

Pag. 515, *not. lin.* 3, *Krounpahal;* lege : *Kroupanhal.*

Not. 1, *lin. ultim. géographiques littéraires sur les deux mondes*, 1 *vol. in-4.°;* lege : *sur les deux mondes; divisées en 3 parties : la* 1.[e], *l'*AMÉRIQUE *comparée*, *pour le sol*, *le climat*, *les peuples* (*leurs religions*, *mœurs*, *usages*) *et les productions*, *dans les mêmes* LATITUDES, *avec les trois autres parties du* MONDE, *tant ancien que moderne.*

La 2.[e], RECHERCHES *sur l'*ASIE : MIGRATIONS *des* MARDES, *ancien peuple de Perse*, *depuis* 500 *ans avant J. C. jusqu'au* 18.[e] *siècle de l'ère chrétienne.*

La 3.[e], *Suite des* RECHERCHES *sur l'*ASIE : *le premier fleuve de l'Inde*, *le* GANGE, *selon les* ANCIENS, *expliqué par le* GANGE, *selon les* MODERNES, *avec* 3 *cartes;* par ANQUETIL DUPERRON, *voyageur aux grandes* INDES, *ancien pensionnaire et Directeur de l'Académie R. des inscriptions et belles lettres. Vol. in-4.° de plus de* 700 *pages.*

APPENDIX, sur les langues des peuples qui habitent au nord la partie la plus *orientale* de l'*Asie;* les *Kamtschadals* (les *Tschouktschis*), les *Koriaques*, ceux des *îles Kouriles;* et sur les idiomes de la côte occidentale de l'*Amérique septentrionale*, et des îles du *midi*, entre les deux grands continens, descendant jusqu'à la *nouvelle Zélande.*

Hoc volumen è dissertationibus præcipuè constat, quæ in prædictâ illustri academiâ ab auctore lectæ sunt; indè secundus titulus :

Mémoires de littérature tirés des registres de l'académie royale des inscriptions et belles lettres; depuis l'année M. DCC. LXXX,

jusques et compris l'année M. DCC. LXXXVII; tome quarante-septième :

Qui quidem celebris illius litterariæ societatis commentariorum possessoribus novum volumen annuntiat.

Opus, cùm physicarum et moralium rerum studio promovendo et adjuvando aptam simul ac amplam præbens congeriem, tùm, longinquis itineribus, maximè dissitas regiones, cultas et non cultas, æstu aut gelu deformes, homines cujusvis generis, coloris, moris, relligionis, linguæ, visendi desiderio excitando, fovendo, idoneum.

Si quid, in præsenti Galliæ statu, mentes fractas levare, pressa, languentia, torpentia ingenia, suscitare, eversas fortunas erigere, priscis et novis malis mederi, imò nobile solum humoribus, plantis, animalibus corrodentibus liberare potest; inprimis ad remotissima loca, orbis quaquà versùs populos, terrâ marique longæ etiam arduæ peregrinationes.

Pag. 518, *lin.* 26, *migauïand;* lege : *migouïand.*

Pag. 530, *lin.* 5, adducit; *lege :* adductis.

Pag. 542, *lin.* 14, *thout;* lege : *bhout.*

Pag. 546, *lin.* 2, 3.e à *henstkar;* lege : 3.e *henstkar.*

Pag. 547, *lin. ultim.* zelus indefessus, *adde :*

Anno 1801, quædam pompa civilis ad efferenda mortuorum corpora, Parisiis, jussu publico instituta. *Publiciste,* 1.er *flor. an* 9 (21 *avril* 1801), *p.* 3; *Préfect. de la Seine. Arrêté du Préf. concern. les inhumations.*

Vide et *Réglemens à faire par le Gouvernement :* « Rapport fait par les citoyens HALLÉ, DESESSARZ, TOULONGEON, RÉVEILLÈRE-LÉPEAUX, LE BLOND et CAMUS, commissaires chargés par *l'Institut* national des siences et arts de l'examen des mémoires envoyés au concours proposé par le gouvernement, sur les questions relatives aux cérémonies *funéraires* et aux lieux des sépultures » (1801), *p.* 24 : Jejunæ et mancæ, relligione seclusâ, ordinationes.

Pag. 549, *lin.* 13, *abbreviatura ;* lege : abbreviatura.

Pag. 551, *lin.* 8, *Kronpahal;* lege : *Kroupanhal.*

Pag. 553, *lin.* 20, *suprà habent;* adde : N.° CVI, *p.* 70, 71. *Brahma* . . . . . . id est.

Pag. 554, *not.* 1, *lin. ultim.* refelluntur ; *adde :* hæc sunt Generalis MENOU verba : « La découverte du *zodiaque* de *Dondera* fera une « époque bien mémorable dans les annales du monde. Elle rend à « peu près nulles toutes les chronologies anciennes. Que seroit-ce « si, comme on le présume, on trouvoit dans la Nubie d'autres *zo-* « *diaques*, qui feroient connoître, ainsi que celui de *Dondera*, quel « étoit l'état du ciel il y a plusieurs milliers d'années ?

« Les temples de *Denderach* et d'*Esné*, dit M. RIPAULT, Bibliothé- « caire et membre de l'*institut d'Égypte* (dans son rapport au pre- « mier CONSUL, sur les principaux monumens de la haute Égypte, « extrait des notes étendues qu'il a écrites sur les lieux[1]), sont les « constructions les plus récentes ; et les *zodiaques*, qui en décorent « les plafonds, représentent l'état du ciel à 4800 *ans* de distance du « temps où nous les voyons. Quel peuple a jamais servi aussi puissam- « ment l'astronomie, et lui a rendu un plus solide hommage, en « conservant les résultats de ses observations ? «

Generalis MENOU sacrorum librorum chronologiam præcipuè impugnat ; textûs hebraici computationem, *Ægyptiaci Instituti* membrum.

Adhuc viget *materialistarum* secta, quæ, vergente 18.° sæculo, viatores per totum orbem, *novos apostolos*, ut saltem è diversis, vel longinquissimis regionibus, cum *relligione* pugnantia, vera vel commenta afferrent monumenta. Falsarios expectat merces philosophica.

Verùm orientalem, rerum Egyptiacarum, copiosum et accuratum audiamus scriptorem, quem anno hegiræ 840, vel 845 (Ch. 1436-1441), obiisse ferunt, [2] TAKIEDDIK AHMED EL MAKRIZI. In illius auctoris opere[3], urbis DENDERAH conditor, sextus à *Noë* abnepos perhibetur,

---

1. *Journal des frèr. Chaign.* 3 *thermid. an* 8 (22 *juill.* 1800), *p.* 3, 4, VARIÉTÉS.

2. D'HERBELOT ; *Biblioth. Orient.* (1697), *p.* 525, *art.* MACRIZ.

3. TAKIEDDIK AHMED EL MAKRIZI ; *muâedh ve etebar bedekhr alkhathat ve athar.* D'HERBEL. *loc. cit. Biblioth. reg. mss. Arab.* N.° 682, *fol.* 128, *v. Catalog.* (1739), *p.* 172.

120 vel 130 post diluvium annis, longè ampliùs, si primorum hominum diuturna vita admittatur. Sed jure in rebus chronologicis suspecta scriptorum Mohammedanorum fides; non item, ubi de monumentorum descriptione agitur. *Memoratio urbis Denderah* (*veteris Tentyræ*)[1] ..... *et fuit in eâ, inquit* MAKRIZI,[2] BERBI (*templum*) *præstantissimum : in eo centum et octoginta foramina, per quæ intrabat sol omni* (*quoque*) *die, à foramine* (*primo ad secundum*), *usquè dùm perveniret ad postremum : deindè iteratò reditus ad locum principii* (*à quo exorsus fuerat*).

[3] *Ex iis* BERBI DENDERA, *et hoc* BERBA *mirandum : in eo octoginta et centum foramina, per quæ intrabat sol omni die è foramine* (*primo*) *ex iis, tùm secundo, usque dùm perveniret ad postremum : deindè iteratò reditus ad locum principii* (*à quo inceperat*).

Secundum istum textum sic reddit linguæ Arabicæ peritissimus D. SILVESTRE DE SACY, R. inscriptionum et humaniorum litterarum Academiæ olim socius : [4] « Du nombre des *Berba* est celui de DENDERA, qui « est un édifice merveilleux : il a 180 fenêtres; chaque jour le soleil « y pénètre par une de ces fenêtres, et le lendemain par la fenêtre « suivante, jusqu'à ce qu'il soit parvenu à la dernière : alors il re- « tourne en sens contraire, jusqu'à celle par laquelle il avoit com- « mencé. «

Hîc agitur de solis ortu, quatuor anni tempestatibus, quibus per unum è 180 foraminibus vel fissuris radium sol immittebat. Nulla autem mentio *Zodiaci* muris incisi, qui certè *Almakrisium* non fugisset,

---

1. RICH. POCOCKE : *Descript. of the East and some other countries*, *vol.* 1, *observat. on Egypt.* (1743), *p.* 85-87.

2. *Dzeker medinat Denderah .... o kan fiha Berbi azzimat fiha maïeh o tsamanoun kowat tadkhal asschams kol ïoumeh men kowat hati tatï ilai akherha tsam takarrar radjaat elai haitsa badat.* MAKRIZI, *loc. cit.*

3. *O men dzak Berbi* DENDERAH *ve hou Berba adjibat fiha tsamanoun o maïeh kowat tadkhel asschams kol ioumeh men kowat menha tsam attsanieh hati tantehi ilaï akherha tsam takar radjaat ilaï mawzzee badat. Id. fol.* 17 *vers.*

4. SACY; *Observat. sur le nom des pyramides .... et sur quelq. autr. objets relatifs aux antiquit. Egyptien.* (*tirées du Magasin encyclopédiq.*) [1801], *p.* 35.

cujusque descriptio æquè ac orientis solis in *Berbâ* ingressus, hoc in loco videretur; cùm de *Berba* τȣ̃ IKMIM loquens, in muris ejus plurimas figuras ad diversas Ægyptiorum scientias, scilicet, *alchymiam*, *chymiam*, *talismana*, *medicinam*, *geometriam* spectantes, insculptas testetur [1].

Hæc ad retundendam audacis ac haud peritæ sectæ improvidam linguam in præsentiâ sufficiant.

Pag. 557, *lin.* 14*;* republicarum, *lege :* rerum publicarum.

Pag. 562, *not.* 1, *lin.* 5*;* ἑναυτȣ̃, lege : ἑαυτȣ̃.

Pag. 569, *not.* 7, *lin.* 4*;* ἀρῆχς, lege : ἀρχῆς.

Pag. 574, *lin.* 10*; Jamblichum*, lege : JAMBLICHUM.

Pag. 577, *lin.* 3*; Proclus*, lege : PROCLUS.

Pag. 579, *lin.* 9*; Alexander Aphrodisiensis*, lege : ALEXANDER APHRODISIENSIS.

Pag. 581, *lin.* 13, gravis et prudentis; *lege :* gravis ac prudentis; *lin.* 16, *Chrysippus*, lege : CHRYSIPPUS.

Pag. 597, *lin. ultim.* innumeratis; *lege :* innumerosis.

Pag. 598, *lin.* 16, ad annum.

Adde notam sequentem.

[2] « It may not be improper, in this place, to say something con-
« cerning the Hindoo method of computing time. Their least subdi-
« vision of time is, the *nemish* or twinkling of an eye. Three *nemish's*
« make one *kaan;* fifty *kaan*, one *ligger;* ten *liggers*, one *dind;* two
« *dinds*, one *gurry*, equal to forty five (24) of our minutes; four (7½)
« *gurries*, one *pâr;* eight *pârs*, one *dien* or day; fifteen *diens*,
« one *Packa;* two *packas*, one *mâsh;* four *mashes*, one *ribbi;* three
« *ribbis*, one *aioon*, or year, which only consists of 360 days : but
« when the odd days, hours and minutes, wanting of a solar year,
« amount to one revolution of the moon, an additional month is made
« to that year to adjust the callendar. A year of 360 days, they reckon

1. *Id. p.* 36.

2. Dow : *the History of Hindostan etc. a dissertat. p. XLVII, XLVIII, not.* 6.

« but one day to the *dewtas* or host of heaven; and they say that « twelve thousand of those planetary years make one revolution of « the four *jugs* or periods, into which they divide the ages of the « world. The *Sitto jug*, or *age of truth*, contained, according to « them, four thousand planetary years. Then the *Treta jug*, or *age of* « *three*, contained three thousand years. The *Duapur jug*, or *age of* « *two*, contained two thousand; and the *Kallé jug*, or *age of pollu-* « *tion*, consists of only one thousand. To these they add two other « periods between the dissolution and renovation of the world, which « they call *Sundeh*, and *Sundass*, each of a thousand planetary years; « so that from one *Maperly*, or great dissolution of all things, to ano- « ther, there are 3,720,000 of our years. « Vide et WALTHER, *Doctrin. tempor. Indic. ad calc.* BAYER, *regn. Bactrian*, *p.* 145-290.

Pag. 598, *lin.* 18; ponitur; *lege :* forsitan ponitur. Sex enim menses et signa ascensûs solis priùs nominari potuerunt, eodem, scilicet circà æquinoctium vernum, manente anni principio.

Pag. 601, *lin.* 14; *pag.* 603, *lin.* 12 : mens occupatur ..... nulla de bono, malo, mercede quæstio.

Adde notam sequentem.

Hùc referri potest quod in *De Imitatione Christi* (1727, *lib.* 1, *cap.* 3, *p.* 8), libro aureo, post S. scripturam veræ spiritualitatis, scientiæ divinæ thesauro, legitur. *Purus, simplex, et stabilis spiritus in multis operibus non dissipatur; quia omnia ad Dei honorem operatur; et in se otiosus ab omni propriá exquisitione esse nititur.*

Pag. 606, *lin.* 9, religionis, *lege :* relligionis.

Pag. 611, *lin.* 27; sol, lege : *sol.*

Pag. 615, *lin.* 2; *Rabbieel awel*, lege : *rabbii elawel.*

Pag. 616, *lin.* 18, annum etc.

Adde not. sequentem.

Dass sie, so wol als wir, ihre Jahre in 12 *Monat abtheilen, also dass sie* 360 *Tage im Jahre haben, daher sie allewege das vierdte Jahre* 13 *Monat lang machen, und geben dem dreyzehenden Monat allein* 16 *Tage; so halten alle diese Heyden, dass nach Verlauf vier hun-*

dert zwey und dreissig tausend Jahr die Welt wiederum von neuen beginnen werde .... BALDÆUS, *lib. cit. p.* 472.

Ibid. lin. ultim. tertio .... adde notam :

Sie haben auch alle Zeit um das dritte Jahr [*weil die* 12 *Mohnds-Monat nicht übereinkommen mit den Sonnen-Monaten*] *ein Schalt-Jahr von* 13 *Monat.* BALD. *lib. cit. p.* 601.

Pag. 617, *lin.* 27, *pag.* 546, *adde : es sind, sprach er* (*Braman* WISSUMNA, BEIAS), 360 *Tage im Jahr .... der König* SUSSUSTER (DJEDASCHTER) ....

Pag. 620, *lin.* 20, 21 *:* 15 (*lege :* 15.ª)*;* subditos .... malè multare, relligionis expertes efficere. (*An keh padeschahi ba ou molk o raaïet sopordah baschad o raaïetra kharab sazad o bi dianati konad.*)

Adde : notam sequentem :

Quandò, premente durâ et longâ anarchiâ, leges diù siluerunt, animos invadit lethalis torpor, qui cujuslibet regiminis, etiam tyrannici, ausis fovet, furentisque brevi omnes habenas remittit. Nullum tunc opum, famæ, ipsius personæ, pauperi, inermi, contrà grassantem ministri despotismum, tutamen. Tribunalium, quæ basis sacomate politico carentis imperii audaciam refrenare valeret, vis juridica reformidatur. Nec adhibiti testes; res nimiùm protraheretur : nec, si morbus incidere potuit, medici. Non privatæ aut publicæ sontis vitæ inquisitio. Reum volunt; reum inveniunt, pronunciant : et ubi prudentiæ cautionem adjungere sufficeret, pœna, infamia, præsertim si hostilis secta stimulos adhibeat, infligitur.

Miseri hujus populorum statûs, quo probitas languida tabescit, mores monitorum defectu depravantur, erudientium vox accusatorum timore hæret faucibus, exemplum præbent *diaria* (*Journal des défenseurs de la patrie* etc. 30 *prairial, an* 9, *p.* 4, *Paris*, 2 *prair.* (1.er *juin* 1801)*;* et, *eodem die*, *Journal du commerce*, *de politique et de littérature*, *p.* 1004. PRÉFECTURE *de police*), vix credendum, certè dolendum. *Diariorum* textum, licet ægrè admodùm (Administrationi publicæ, quæcunque sit, etiam deceptæ, *maxima semper debetur reverentia*), cum brevibus observationibus hîc dare liceat.

« *Marie-Nicolas* FOURNIER, inquit relator, ministre du culte catho-
« lique, se disant vicaire général d'Auch et d'Orléans, et ancien
« docteur de Sorbonne, »

Magna profectò, si quis adhuc ministris Christianis honos haberi potest, ad venerationem jura.

« inscrit sur la liste des émigrés, avoit obtenu une surveillance pour
« résider à Orléans. Ayant quitté cette commune sans autorisation, »

Novis legibus, extrà regnum deferri posset (quod tandem pœnæ infamis pudore factum est).

« il étoit venu à Paris, et y débitoit depuis quelques jours.»

Per duos et ampliùs menses, in pluribus ecclesiis, maximo auditorum concursu, absque ullâ administrationis prohibitione, aut cognitâ offensione.

« des sermons plutôt remplis d'outrages aux principes du gouverne-
« ment et à la tranquillité intérieure, que de préceptes évangéliques. »

Quarè initio non cohibitus?

« Cette conduite, qui prouvoit une espèce de folie, »

Errantem fortè ac imprudentem, sed quî mente captum probaret? quemque errantem ac imprudentem vesanumne dixeris? tùm includendis *vesanis* orbis totus vix sufficeret.

« fixa l'attention du Préfet de police, qui fit arrêter l'individu. »

Sic in toties vituperato prisco regimine procedere solitum.

« On a trouvé dans ses papiers un grand nombre de sermons, dont
« plusieurs offroient le sens politique le plus dangereux. »

Lippis, ægrotis oculis omnia dolorem afferunt.

« Un traité où l'on réduit en crime l'acquisition des biens nationaux,
« et un autre où, en colorant de raisons religieuses l'esprit de parti
« le plus frénétique, on déclare coupable tout ministre du culte qui
« feroit la promesse de fidélité à la constitution : *lui-même cependant*
« *avoit fait cette promesse.* »

Sic sentire cultûs catholici ministrum, presbyterum, et tamen, vel infirmitate, vel spe majoris boni, *promissionem* emittere, cùm homo sit, quid mirum!

« Cette versatilité de conduite, l'incohérence des idées de ce pré-
« dicateur, son exaltation, et la manie qu'il avoit d'amalgamer publi-
« quement des principes aussi étranges avec des paroles de religion,
« n'ont point permis de douter qu'il n'eût l'esprit aliéné au point de
« compromettre l'ordre public. »

Insanum, stolidum, furentem, pari ratione ministrum omnem dicerent, qui puro veritatis studio, contrà abusus ab Administratione toleratos, præscriptiones moribus aut relligioni repugnantes, vel publicè loqueretur, vel scriberet. Ubi nunc, ad nauseam decantata *hominis*, *impressionis* (*la presse*) *libertas ?* verùm, sub rege, carcere aut exilio minùs sapiens oratoris zelus multaretur : esto.

« En conséquence le Préfet de police, aux termes du paragraphe
« six de l'article 22 de l'arrêté des Consuls du 12 messidor, an 8, l'a
« fait conduire à l'hospice des fous à Bicêtre. »

Et quidem fama est fervido isti verbi Dei ministro, Deum laudanti, tonsore lacrymante, capillos, ut mos est, sectos, *amentis pileum* impositum capiti, eumque in stultorum ergastulum detrusum, paleâ pro lecto, saxo pro pulvinari, pane et aquâ pro victu, eâdem ibi semper veri *confessoris*, humili, tranquillâ et serenâ fronte visum fuisse.

Nulla in tribunali lata sententia : veterum *sigilli litterarum* (*lettres de cachet*) usus redivivus : et *Juliana*, *Philosophica*, *Theophilantropica*, in Christianos *quarti* et *decimi noni* sæculi sævitia ! animadversioni jungitur contumelia !

Novum *scientificæ* astutiæ genus ! territo, fugato, infamiæ magis quàm mortis metu, institutore, monitore, sacro oratore ; *subditi* certo modo ignorantiæ, malis affectibus traduntur, *relligionis expertes* (15.um in Indorum morali doctrinâ delictum) *efficiuntur*.

Pag. 623, *not. lin*. 7 ; temperatum, *adde* : singuli singulorum, certo ordine, gradu exploratores.

Pag. 624, *not*. post lineam ultimam, *adde :*

Desinente 17.° sæculo, scientiæ, luminis in *Jesuitarum* societate diminutionem declarat celeb. LEIBNITZIUS, epistol. ad magnum ARNALDUM

script. 14 *jul.* 1690[1]. « Il y a bien du désordre dans leur gouvernement, » inquit testis ille præstans, fidus et peritus, « et ce ne sont plus « ces *Jésuites* qui vivoient au commencement de ce siècle, habiles et « savans tout ensemble. Le nombre des vrais savans parmi eux est « très-petit. Je n'ai su en trouver un seul, dans le pays de l'Empereur « et du Duc de Bavière, qui ait une connoissance profonde de l'his- « toire, comme il y en avoit autrefois; témoins les PP. *Rader*, *Gret-* « *serus*, *Brunner* et autres; et tel qu'étoit encore depuis peu le P. « *Balbinus* en Bohème, et le P. *Gamans* du côté du Rhin. C'est une « chose célèbre, qu'un ordre si grand et si fameux est tellement « déchu. Le mérite n'est guère considéré parmi eux, et ils ne veulent « que des gens d'intrigues. »

Periit famosa illa et nimis humana *familia* justo Dei judicio; et fortè ad instaurandum in Galliâ Christianismi templum, uti *Pharisæorum* secta, post reditum è captivitate Babylonicâ, contrà idololatriam relligionem *judaicam* fulsit, sustentavit externam, internâ fermè abolitâ; forsitan adhuc necessaria est vivida ejus, constans et strenua solertia. Veri *interiores* Christiani, in spiritu et silentio Deo servientes, pauci sunt numero, absconditi, rarò actuosi, rerum humanarum nescii; politicæ artis, quæ imperiorum duces externo cultui addicere valet, prorsùs ignari; ad eligenda eidem cultui restituendo media idonea, minimè apti : et Deus per miracula, populorum, principum oculos percellentia, brachii sui potentiam ostendere non semper dignatur. Institutâ mediis *extraordinariis* primùm relligione Christianâ, ejus incrementum, successum, conservationem, mediis ordinariis, id est, humanis conatibus, plerumquè exteriùs tradit cuncta regens Providentia. Proindè impietatis, dicamne et *indifferentiæ* fanatismus, zeli, licet non semper secundùm scientiam, fanatismo feliciter impugnari, in præsenti rerum et animorum statu, fortassè solummodò potest. At novis, *materialibus* structoribus stabilitis, in *spirituales* orietur persecutio?

---

1. *Oeuvres* d'ARNAULD, *T.* 5 (1776), *p.* 201, 202.

nihil mirum. Notum illud Apostoli : [1] *et omnes qui piè volunt vivere in Christo, persecutionem patientur.* Vera ergò fidelis Christi asseclæ nota, persecutio est interna vel externa, proindè nec formidanda, fugienda, uti nec temerario zelo provocanda.

Prudens rerum, hominum æstimator, supremi omnium moderatoris viarum investigator et observator assiduus, operationis divinæ vestigia ubiquè agnoscit, licet proprio ipsius sensui, justo et recto in se considerato sæpiùs adhærenti, eventus aliquandò minùs arrideant, ejus fallant opinionem, expectationem.

Pag. 625, *not.* 1 *;* τὸ, lege : τȣ̃.

Pag. 627, *lin.* 12 *; natischeh*, lege : *natitscheh ; lin.* 14*; namikhonad*, lege : *namikonad.*

Pag. 633, *lin.* 2 *;* κὴ, lege : ϰὴ.

Pag. 649, *not. post lin.* 11, adde :

Istis turpitudinibus adjungi potest infandum dogma τῶν HERRNHUTER, seu *Fratrum Moravorum vel unitatis*, quorum sectam, annis 1722-1732, in pago *de Berthols in Ober-Lausnitz*, ubi manebat, instituit NICOLAS LUDWIG, *comes de* ZINZENDORF [2]; quique per *Germaniam* usque ad *Volgam*, *Norvegiam*, cœtus suos propagârunt; mansuetudine, artium culturâ, in commercio fide semper et ubique celebres; at non eâdem doctrinæ et morum, saltem secretorum, famâ.

Sic autem illud dogma anno 1747 referunt Academiæ TUBINGENSIS Theologi [3], addentes : *et ea sunt quæ à societate istâ* (HERRNHUTANO-

---

1. καὶ πάντες δὲ οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησȣ̃, διωχθήσονται. 2 *Timoth. III*, 12.

2. *Heirich* KIMIUS, *Hofraths bey seiner Majestät dem höchstseligen König in Preussen, aufrichtige Erzählung*, *von kurzen aus ihren Schriften gezogenen Nachrichten von ihrem Lehren, wie auch einigen Anmerkungen über ihre weltliche Absichten, und ehemaliges Betragen in der Grafschaft Büdingen. Aus dem Englisch. in das Teutsche übersetzt. Coburg, verlegts Georg Otto* (1753), *p.* 7, 9, 17, *et not.* 9.

3. *Proximæ theologorum in Academiâ* TUBINGA *celeberrimorum, contrà comitem de* ZINZENDORF LITTERÆ RESPONSORIÆ, *Würtembergicorum Duci serenissimo, ejusdem imperio auspicioque oblatæ, nunc autem, certis de causis, iisque legitimis, ex linguâ Teutonicâ translatæ in latinam* (8 *maii* 1747). *Lib. cit. Appendix*, *n.* 1, *p.* 25, 26.

RUM), *nequidem negantur, sed manifestè, neglectis hucusque datis admonitionibus, tanquàm sanctæ et innocuæ defenduntur.*

« Quòd Salvator, tanquàm pater genuinus, maritis concesserit potesta-« tem generandi liberos, ut eam ob causam Christi, vice mariti, et « Christi procuratores sint in re conjugali, donec ipsos ad se accer-« sat, ut homines ad id prædestinatos, ut in amplexu suo dormiant « [quâ dicendi formulâ utuntur sæpissimè], *quòd ad sanctificandum* « *actum conjugalem maritis membri Christi virilis circumcisi, et* « *uxoribus membri muliebris B. Virginis repræsentatio commendetur* « *atque injungatur;* quòd. eo ipso momento, quo alter in nomine « Domini Jesu largitur, altera in nomine Ecclesiæ accipit semen ipsi « destinatum, terrenum quidem, attamen subcruentum. [1]

« Ea NB. omnia sunt sancta, et consecrata, non impura, non « communia, minimè, inquit Paullus, et si aliud quid agunt, imago « creaturæ in Vice-Christi ejus viâ, et Creatoris vestigiis exprimitur « [*so steht das Bild der Creatur in ihres Vice-Christi Wandel des* « *Schöpfers Spur*].

« Quòd hoc connubium huic societati sit reservatum, extrà eam verò « conjugium adhuc nihil aliud, nisi adulterium fuisse;

„ Quòd plenariam et ad omnes casus formatam de ejusmodi actu con-« jugali instructionem conjugium ineuntibus à gravissimis quoque in « Ecclesiâ viris dari oporteat;

« Quòd sub titulo sacratarum harum de conjugio idearum, hac de « re, imprimis in appendice cantionum XII et additamentis, protervas « eas, crudas et scandalosas adhibeant complures expressiones, quas « minùs relligiosus quique alius ergà alios et publicè proferre vel cen-« ties dubitaret, etc. »

---

1. Huc consonat, quod alibi legitur : „ Graf ZINZENDORF bediente sich in „ einer Unterredung hirvon, die zie oly mit den Webentagern gehelten worden „ ist, folgender Ausdrucke, welch ich, Aergerniss so viel möglich zu vermeiden, „ liber lateinisch hersetzen will : *in ipso actu conjugali moriturus, possem dicere Sal-„ vatori : veni de isto actu, h. e. quem nomine tuo peregi. N.* 4. *Frasen, Th. III, s.* „ 493, *und* 789 ; *Erzählung etc. p.* 64. "

Ubique, ut videre est, falso relligionis, politicæ prætextu, fœdissimas praxes velare sciunt pravi affectus, quibus homo clam vel apertè mancipatus, de se, ut Deo vel rationi serviente, gloriari non erubescit.

Pag. 653, *lin.* 7; *Mahadiw*, lege : *Maha diw*.

Pag. 659, *lin.* 14, *Goutone*; lege : *Goutam*.

Pag. 661, *lin.* 24; *sel-faction*, lege : *self-action*.

Pag. 665, *lin.* 4; form, *lege* : from.

Pag. 670, *lin.* 25, post, *illuminationes*, adde :

Aerostata (folles aere rariore et leviore, *gaz* dicto, repleti, aere densiore et graviore, in quo stant suspensi, ad altissima evecti, et cum iis alligatâ, ubi etiam quatuor homines sedere possunt, naviculâ, pellente et duce vento, unâ horâ quinque aut sex leucarum spatium per inane, inter nubes peragrantes);

Pag. 671, *lin.* 4 : quæ nunc *Encyclopedica* .....

Adde : « Je ne pense pas, » inquit auctor libri, cui titulus : [1] *la Philosophie de* KANT, *ou principes fondamentaux de la philosophie transcendentale*, *par Charles* VILLERS, *de la Société royale des sciences de Gœttingue. Metz*, 1801 (*an IX*), 1.re *part. art.* 7, *p.* 154; « Je ne pense pas qu'il soit nécessaire d'exposer plus au long ce *sen-*

---

1. „ On est curieux d'apprendre ici quel accueil la France savante fera à l'ouvrage „ du citoyen *Villers*, intitulé : *Exposition des principes de la philosophie de Kant* : „ l'auteur, autrefois officier d'artillerie dans le régiment de Metz, est déjà „ connu par son ouvrage *de la Liberté*, par ses *Lettres Westphaliennes*, la *Relation* „ *abrégée du voyage de la Peyrouse*, et par plusieurs articles intéressans *du Spectateur* „ *du Nord*. Pendant un assez long séjour en Allemagne, il a étudié la philoso- „ phie de *Kant*; et, après l'avoir approfondie, il la fait maintenant connoître à „ ses compatriotes. Mon ouvrage, écrit-il à un de ses amis, va tomber comme „ une bombe au milieu de Paris : ce sera le signal d'une furieuse guerre, je le „ prévois; mais la force me manquera plutôt que le courage. Pour être en per- „ sonne sur le champ de bataille, il est parti pour Paris, avec son savant ami, „ le docteur *Meyer* de *Hambourg*. *Moniteur*, 11 *thermidor an IX*, *p.* 1283, *Ham-* „ *bourg*, 17 *juill.* 1801 (28 *messid. IX*). “

Strenuo et solerti D. VILLERS, ad debellandos præsertim è sentinâ Encyclopedicâ hostes emersuros necessariam vim opto, et felicem conatuum exitum.

« *sualisme* étroit, qui fait tout le fond de la nouvelle *métaphysique* « *françoise* ...... On sait qu'une des principales affaires de la secte « qui donna cette philosophie à la France, fut, en retour, de lui ôter « sa religion. Ceux que je désigne ici sous la dénomination générale « d'*Encyclopédistes* ne réussirent que trop bien à effacer le christia- « nisme de presque tous les cœurs ......

(*P.* 159.) « Dès qu'on eut placé les *sens* sur le trône de la *métaphy-* « *sique*, l'analogie conduisit bientôt à placer l'intérêt sur celui de la « *morale* .....

(*P.* 160.) « Le parti étoit pris, et la *morale d'Épicure*, une fois « adoptée, devoit être soutenue, alambiquée et appliquée à tous les « cas ..... (*P.* 154-157, 159, 160-166). »

Breves de materiâ quæ in hoc opere tractatur cogitationes hîc invenire erudito et sagaci lectori haud displicebit.

Πάρεργον. *De Kantismo.*

Difficultates contrà *empirismum*, seu simplicis experientiæ lumen, absolutam certitudinem, Baylii vestigiis insistens, urget subtilis hujus compositionis auctor, acri vir ingenio. Indè surgit arduæ critices exercitatio, de rebus hucusque assertis, dubitatio, quod animum ad veritatem investigandam aptiorem reddit.

Audeant tandem, qui philosophiam affectant, intima rerum scrutari, non quæstiones primis tantùm labiis attingere. Quod certum, certum, quod verisimile, verisimile, quod dubium, dubium, quod falsum, falsum, re penitùs inspectâ, non è præjudicatâ opinione, apertè pronuncient. Ubi *de fide non agitur*, cuncta liberâ mente pensanda, nihil aut saltem pauxillulùm magni nominis auctoritati tribuendo.

Qui Emanüelis Kant (22 *april* 1724, *Königsbergæ in Prussiâ nati* [*lib. cit. Préf. p.* X.], *et ibidem philosophiæ Professoris*, *et reg. Berolin. Academ. membri*) ratiocinandi modum, principia, conclusiones, quâ ratione à perito *Carolo* Villers sub nomine *transcendentalismi* (*p.* 115, 116) traduntur, attentè consideraverit, eum à *Brahmanum* doctrinâ, quæ hominem ad seipsum revocat, intrà se coercet, non multùm discedere, forsan reperiet.

É *Diariis* novi Philosophi famam per totam Germaniam spargi, ejus opiniones adversarios et fautores æquè doctos, æquè sapientes invenire, pluries didici : verùm nunc tantùm (*jul.* 1801) ejus systema intellectuale, rationale inspicere mihi datum est; si priùs, per occasionem *contactûs puncta* annotassem. Quædam hîc indicasse sufficiat; scilicet, sensuum, seu scientiæ experimentalis vanitatem, nihilum; *unitatem absolutam*, *quæ nullo modo divisibilis*, *entis simplicis* (Indorum *âtma*), *sine partibus; undè entis cogitantis*, *animæ humanæ* (*djiw âtma*) *conceptus*, *notitia* (*p.* 317)*;* homo omnium mensura ; cuncta in seipso, per seipsum, qualia mens (apud Indos, *djiw âtma*) illa creat, videre; reliquum extrà se, ut apparens tantùm, *phainomenon : phainomenis* et *noumenis* (*p.* 360, 865) differentia; quomodò hoc, id est *objectum reale in se*, *causalitatis sit immune ; causam non magis habeat*, *non magis sit effectus*, *quàm flavum*, *aut cœruleum*, *frigidum aut calidum*, *dulce aut amarum* (*p.* 364)*;* positivum et negativum de eodem objecto dicere ; nullius rei, in se, veram esse cognitionem ; argumentis Entis supremi existentiam non posse probari (*p.* 345, 398)*;* τὸ *ego* morale, per excellentiam ens reale (*p.* 393) *: scientiam* (Indorum *kian*) esse *fundamentalem sensum* τȣ̃ *ego* (*p.* 364, 367, 369, 385, 397, 398, 404, 405, 407, 408), solum veræ felicitatis fontem; *non scientiam* (Indorum *Akian*), mundum intellectualem et idealem, ratione fabricatum, ens rationale, purum phantasma, quod nullam tradit realem cognitionem (*p.* 362, 402-403), etc.

At verò τῶν *quarè*, *quomodò* seriem non exhaurire profundum et acutum philosophum, profectò dolendum est. Ubi sistit, quarè ultrà non progreditur? quod ab aliis petit, æquo jure ab eo licet quærere. Sic (*p.* 300, 301.) « Pour édifier, inquit, cette nature *phénoménale*,
« les matériaux ont été fournis par notre *sensibilité*, et la disposition
« par notre *entendement :* c'est là tout le contenu, tout l'objet de nos
« connoissances. Ce qui peut exister au-delà, l'état des *choses en soi*,
« nous est totalement inconnu. Nous pensons seulement qu'il y a
« *quelque chose ;* que nos *représentations phénoménales* reposent sur
« un fond *réel.* »

Si aliquid *esse in se*, *realiter*, cogitamus, illud *aliquid* cognoscimus; de incognito cogitari nequit : si cognitum, undè, quomodò; et quarè aliud, non pari ratione *in se*, *realiter* nosceretur?

« C'est un besoin pour nous que de l'imaginer. »

Quarè hoc *imaginari opus est*, cùm vita in τῶν phainomenῶn cognitione transigatur, transigi possit?

« Et encore cette conception n'est-elle au fond qu'une application « de notre *catégorie* de *causalité*, de la *nécessité* qui nous porte à sup- « poser une *cause*, partout où nous voyons un effet. »

Necessitas et *nullitas* sunt verba contradictoria : *causa* non est; quî *necessitas* illam supponendi existat?

« Ainsi (dit un des plus célèbres commentateurs de KANT, le ma- « thématicien SCHULZ), la législation suprême de la nature repose « en nous, c'est-à-dire, dans notre entendement; ce n'est pas de la « nature elle-même, et à l'aide de l'expérience, qu'il convient d'abs- « traire et de déduire les lois universelles qui règlent la nature; »

Si non è naturâ ipsâ, et experientiæ ope, quomodò tam firmæ, constantes, experientiâ duce, inveniuntur, deducuntur regulæ illæ universales?

« mais c'est au contraire dans les conditions primordiales de notre « *sensibilité* et de notre entendement, qu'il faut aller chercher et la « possibilité et la législation de la nature. »

Sensibilitas et *intellectus*, quod non sunt, *aliundè* acceperint; ex hoc ergò *aliundè*, quod non aliud quàm *natura ipsa* esse potest, istud petendum.

« Et quelque répugnance que le sens commun et vulgaire y puisse « opposer, rien n'est plus inébranlable que cette proposition: *l'enten- « dement ne tire pas ses lois de la nature; c'est lui qui prescrit et « donne ses lois à la nature.* »

Intellectus, cùm non sit natura ipsa, dat quod ex altero habet : et *alterum* istud natura sola esse potest; nisi, extrà intellectum nihil omninò esse, quod assertioni auctoris contrarium (*p.* 81), et tamen in *notâ* satis apertè declarat, supponatur.

« Observons cependant, inquit *Charl.* Villers (*p.* 302, *not.* 1), « qu'on entendroit ceci tout-à-fait à rebours, si l'on se figuroit une « nature réelle, hors de notre entendement, chez qui celui-ci trans- « porteroit ses propres lois. Il ne faut pas perdre un moment de vue, « que nous appelons *nature*, l'ensemble de nos représentations, de « nos manières de *voir* et de *juger* les choses. C'est donc à cet en- « semble de nos *vues* et de nos *jugemens*, que notre entendement « imprime ses propres lois. Ce n'est qu'autant qu'elle est un objet « *perçu* et *connu par l'homme*, que celui-ci est le législateur de la « nature. Il n'y a rien en effet hors de lui, qui lui obéisse et se conforme « à ses vues; rien, hormis ses propres vues, et la nature qu'il se fait. »

Homo, intellectus ergò, in rerum universitate *solus* : et, si *solus*, undè aliquid extrà se percipit? Ens quod est, est, nihil últrà; unum, unum, duo, duo : ut ex uno et uno, ex duobus et duobus, *duo*, *quatuor* concludantur, ratiocinatione, *aggregatione*, è vi subjectum transcendente ortâ, ab eo alienâ, opus est.

« Ainsi nous disons que son œil donne les couleurs aux objets, c'est- « à-dire, aux objets en tant qu'il les regarde; car les objets ne devien- « nent pas pour cela colorés en eux-mêmes. »

Alibi (*p.* 249.) « La science des choses absolues, du monde *réel* « *en soi*, c'est le savoir divin, à jamais interdit à l'homme. »

(*P.* 333.) „ Les objets intelligibles de la raison pure (c'est-à-dire, « ceux de la métaphysique) sont dans une impossibilité radicale de « se réaliser sensiblement, et tendent par leur nature absolue et in- « time à s'éloigner diamétralement des sens. Ils ne peuvent donc « atteindre à aucune *réalité* : 1.°, point à celle des *choses sensibles*, « à cette réalité humaine et *phénoménale* de la nature où atteignent « les mathématiques pures, lesquelles sont fondées sur les propriétés « de l'*espace*, et sur celles du temps; ni, 2.°, à celle des *choses en soi*, « que l'homme ne peut nullement connoître. Ces objets métaphysiques « restent donc de purs produits des lois subjectives de notre cogni- « tion, des êtres de raison, des fantômes dépourvus de toute réalité. »

Cui ergò fundamento innititur tota illa *ratiocinativa* structura? Si

res in se homo *nullo modo* cognoscere potest (*p.* 362, 363, 364), quemadmodùm nec cæcus colores, surdus sonos, undè et illud scit, *se ens non posse cognoscere?* auctor argutè destruit : omnia ad nihilum redigit, etiam rationem et *scientiam* ex eâ ortam (*p.* 359, 360, 395, 397, 405 *etc.*) *:* et *nihilo* isti unicè fultus, ad *rationem supremam*, *universalem*, *infinitam*, DEUM, repentè assurgit. Intellectûs, qui mirandum hoc efficit, natura, nudè traditur, non exponitur; nec ejusdem vis, undè illa oriatur, quâ ratione agat; quomodò ens, singulare, limitatum, aliqùid se majus intueri, concipere queat, imò cogitare aliquid extrà se esse, *phenomenales repræsentationes*, *fundo reali*, ipsi ignoto, basi ab ipso non positâ, cùm *illud* solum quod sensibilitas suppeditavit et intellectus disposuit, sit cognitionis objectum (*p.* 261, 291, 366), superstruere; quid sit *ens cognitivum* (*p.* 311)*;* quid verè *ratio pura*, *mentis activitas* (*p.* 316, 317, 329, 358), quæ (licet in se *non absoluta*) absolutum nostris conceptibus alliget; quâ ratione, *in experientiâ sensibili*, *sola certitudo*, *cujus homo capax sit*, *reperiatur* (*p.* 354, 355, 359)*;* quid conscientia intima (*p.* 348).

Equidem super hac materiâ mentem suam auctor aperit; at quo fundamento nixam? « Mais dans l'homme lui-même, inquit (*p.* 364-367), « se trouve une source de compensations et de lumière : lumière qui « ne ressemble pas à celle du raisonnement et de la science; lumière « d'intime conviction, celle de la vie et de l'être. »

Profectò, *Deus ex machinâ;* sicut, alibi (*p.* 360) *:* « j'appellerai « dès-lors ma conviction *croyance*, et non *savoir.* » Sed undè et cujus naturæ ista *persuasionis lux intima?*

« L'homme est : il est, d'un être absolu, indépendant de la manière « dont il voit, ou dont les autres voient et conçoivent son existence. « Il est une chose réelle, un *noumene.* »

Mera assertio. Si *ratione* istud cognoscitur, ex antè dictis, falsum, *illusio*; si instinctu, aut viâ *supernaturali*, fanatismus.

« C'est cette propre manière d'être de l'homme *en soi*, que l'homme « peut apercevoir immédiatement dans sa *conscience* intime. Il n'y a là

« nul besoin d'intermédiaire, nul sens, nul organe cognitif interposé
« entre lui et la chose. »

Ratio non est quid externum, medium, *organum* cognitionis, intellectum inter et rem positum. Illâ *immediatè* homo percipit, cognoscit.

« C'est dans ce point central de son être qu'il est tout à la fois
« le *sujet* et *l'objet*, le *connoissant* et le *connu* (Indicus conceptus);
« sa *conscience* se manifeste à sa *conscience;* elle est, et elle aper-
« çoit sa manière d'être, sans passer par toute la filière et les formes
« de la cognition des objets étrangers. »

Vel occasione objecti externi mens concipit, vel suâ ipsâ cogitatione; idem actus in se simplex cognitionem operans.

« La *conscience* intime, le MOI pur et fondamental, indépendant de
« toute spéculation; .... l'être vivant dans l'homme, l'être par excel-
« lence (*p.* 367), est donc le seul des *noumenes* qu'il soit donné à
« l'homme d'envisager à nu et sans modification. »

Intellectus, videlicet, ratiocinationem adhibens, erit homo qui conspicillo utitur; et *conscientia* intima, τὸ *ego* inspiciens, idem homo, qui nudo, simplici oculo intuetur : idea è corpore sumpta.

« Et quoi d'étrange? ce *noumene*, cette chose en soi, c'est l'homme
« lui-même, c'est le centre de la vie et du sentiment de l'homme.
« Quiconque remonte jusqu'à ce centre, y trouve cette merveille,
« cette existence intérieure, qui n'est pas la cognition, mais qui est
« la base de toute cognition et de toute autre existence que nous rap-
« portons au dehors. Ici l'ignorant est aussi habile que le savant; plus
« habile, peut-être, parce qu'il est resté plus près de sa nature
« primitive, et que son sentiment intime n'a point encore été offus-
« qué par les illusions raffinées de la spéculation théorétique. »

Qui nimis probat, nihil probat. Timeo ne *theoreticæ* speculationis odio nimiùm indulgens eruditus auctor, omnis cognitionis fontem occludat. Libri, bibliothecæ comburantur; academiæ destruantur : rudis in montibus, in sylvis rusticus, naturæ propior, instinctu puro, id est, cultorum locorum vicinitate non corrupto, ad entia *in se*, prout verè sunt, percipienda, *theoreticis* urbium *speculatoribus* aptior.

« Il est en conséquence pour l'homme deux manières de s'envisager
« lui-même.

« 1.° Ou il s'envisage *médiatement* et par l'entremise de sa cognition;
« il se considère lui-même à l'aide de sa propre sensibilité et de son
« entendement, et il devient alors pour lui-même un objet *perçu* et
« *conçu* ainsi que tous les autres, un *phénomène*, un membre quel-
« conque de la nature visible. Son sens *externe* donne *l'étendue* aux
« perceptions qu'il a de soi-même; son sens *interne* leur donne la
« *succession* sans étendue. »

Positionem unius post aliud supponit *successio*, quod qualemcumque *extensionem* efficit.

« Il acquiert ainsi un *corps* et une *ame*. »

Quàm longè indè ad *corporis*, *animæ*, qualia nosci debent, existentiam! hæc minùs philosophicè, expungenda.

« Son entendement fait de lui une *substance*, une *cause*, un *effet*,
« etc. »

Quò intellectus *substantiam* effingat, ut *substantiam*, naturæ hujusmodi entis ideam priùs habeat necesse est, id est, entis *realis*, non secùs ac *causæ*, seu entis, quo dato, alterum (*effectus*) ut productum, factum sequitur: etenim *nemo dat quod non habet;* atqui, ex supposito, in intellectu non est talis cognitio.

« L'homme *phénoménal* qui en résulte, chacun de ses actes, font
« partie du monde *phénoménal*, et comme tels apparoissent soumis
« aux mêmes lois, au même méchanisme de *causalité*, de *nécessité*,
« etc.... Tel est l'homme *senti*, *conçu*, *connu*, *demontré* par la
« cognition de l'homme. »

Homo *phenomenalis*, *fantasma*, homini *noumeni*, seu *reali*, superstruitur: non sunt *accidentia* sine subjecto: proindè hujus secundi hominis jam in intellectu cognitio supponenda, nec proindè alterius ad id medii necessitas; quod tamen auctor asserit.

II. « Ou bien, inquit, il s'envisage *immédiatement*, et par le sen-
« timent fondamental du *moi*, repliant sa conscience sur sa con-
« science. »

Sensus iste *fundamentalis*, ista in se *revoluta* conscientia, *instinctus* erit, qui minùs explicatæ, minùs laboriosæ, quasi *spontaneæ* cognitionis genus, statim, simplici, ut apparet, intuitu agens, sed eodem, licet expeditiori, ac *theoretica speculatio* : alioquin veram cognitionem non produceret, homo nihil videret.

At verò undè sumptum genus illud intuitûs interni, perceptionis, intellectus in duas partes, inter se non communicantes, divisus ?

« Et il s'aperçoit alors tel qu'il est en lui-même, comme *noumene*, « comme *objet-sujet*. Ce qui se manifeste en lui dans ce centre intime « de son être, est indépendant de *l'espace* et du *temps*, n'a rien de « commun ni avec aucun *lieu*, ni avec aucun *instant* particulier; n'est « plus *substance*, ni *accident*, ni *cause*, ni *effet ;* en un mot il s'y « découvre franc de toutes les formes cognitives, c'est-à-dire de toutes « les lois nécessaires de la nature. »

Inferiùs (*p.* 368) *:* « Mes *actions* sont determinées par mes *volontés*, « et mes *volontés* sont les actes immédiats de cette *conscience* où je « me retrouve moi-même indépendamment des choses .... Si ma « vie (*p.* 369) n'avoit d'autre but final que ce *savoir* et la contempla- « tion .... mon existence seroit un songe et une illusion continuelle : « je ne serois susceptible ni de louange ni de *blâme ;* je n'attirerois « ni mon attention, ni celle d'autrui : je serois inaccessible à l'estime « et au mépris, comme à tous autres *sentimens moraux*. Mais *j'agis* « et je *veux*. Cette faculté de vouloir m'élève au rang d'un être vivant « de toute la plénitude de la vie. Les actes de ma *volition* seront des « *réalités* effectives ; elle-même est donc la source de la plus haute « et de la plus vivante des réalités de mon être .....

(*P.* 368.) « Les actes de mon *activité pratique*, c'est moi qui les « produis, moi qui pourrois les changer, si je le voulois; leur réalité, « qui procède de moi, est donc encore plus effective pour moi, « elle est bien plus la mienne, que la *réalité* des choses .....

(*P.* 370.) « Qu'est-ce qui se manifeste d'abord dans ce *moi* intime « qui *veut* et qui *agit ?* qu'est-ce que je découvre dans ma *volition ?* « J'y découvre que le *moi* intime et sa faculté de vouloir ne sont

« en aucune manière soumis aux lois de la *faculté* de connoître; que « ma volonté indépendante et *spontanée* est un principe actif par lui-« même, et qui se détermine par lui-même : en un mot je sens im-« médiatement que je suis LIBRE dans le principe de mon vouloir.

« Je suis *libre*, j'en ai la *conscience;* je suis *libre*, parce que je « puis *vouloir*, et que *vouloir* c'est faire un acte de *spontanéité* . . . » (*P.* 373.) « Arrêtons cette vérité, qui est d'un ordre supérieur à la « verité du raisonnement : *l'homme est libre dans l'exercice de sa « volonté.*

« Dès-lors, il est responsable de ses volontés et de ses actions : dès-« lors il est soumis à l'alternative de l'estime ou du mépris, de la « louange ou du blâme, du châtiment ou de la récompense : il devient « susceptible de rougir devant lui-même et devant les autres; la *pu-« deur*, compagne et garant de toute vertu, est née dans son ame; « enfin la possibilité d'une MORALE se montre avec évidence . . . . » (*P.* 395, 396.) « Cette raison suprême, cette justice et cette bonté « absolue, ce juge rémunérateur de la vertu, est DIEU.

« Dieu m'est donné dans le secret de ma *propre vie;* il se mani-« feste en moi par l'impératif de la *conscience;* il se révèle par la « vertu. Sa volonté est la loi de l'ordre moral universel : la raison « souveraine ne veut que ce qui est souverainement raisonnable. Ce « n'est plus ici le Dieu de la *spéculation*, un Dieu qui est *cause*, « *substance*, *étendu*, *durable;* c'est le vrai Dieu, que ne pourra plus « m'enlever aucune démonstration spéculative. (*En note :* Comme il « est bien arrêté que la *spéculation* ne peut donner l'idée du vrai « Dieu, ni rien prononcer sur son existence, il s'ensuit : que qui-« conque agit contradictoirement à la voix divine de la conscience, « laquelle prescrit la justice et la vertu, est par le fait un *athée*, « soit qu'il admette ou non, dans la théorie, l'existence d'un être su-« prême : que quiconque s'y soumet religieusement, est par le fait, « et indépendamment de ses opinions *theorétiques*, un *confesseur « du vrai Dieu.* Les erreurs de l'esprit ne sont de nulle conséquence, « quand le cœur reconnoît la souveraine justice. La *spéculation* n'a

« ici aucune voix délibérative; c'est la pratique qui décide sans « appel) . . . . .

(*P*. 397, 398.) « Cette connoissance simple et immédiate de Dieu « par le cœur de l'homme, est bien autrement imperturbable, bien « plus vivante, bien plus claire, que celle à laquelle il prétend s'éle- « ver par son esprit. Aussi se trouve-t-elle pure et vive chez tous les « hommes. Elle est le fondement tacite de toute *religion positive;* elle « est l'essence de toute *religiosité*, laquelle est l'ame dès diverses *re-* « *ligions*, dont le *positif* est le corps.

« La certitude *logique*, valable dans le monde *phénoménal*, dispa- « roît donc et fait place sur tous ces points à la certitude morale. Le « *savoir* est remplacé par la *croyance*, mode de conviction plus iné- « branlable que le *savoir*.

Sic ex eâdem *conscientiâ*, sui entis, liberi arbitrii, actionum meriti, Dei ipsius cognitionem, auctor deducit : quâ veritate, aut saltem verisimilitudine videat perspicaciori oculo præditus. Verba audivi, rem attentè, diligenter versavi, strenuò quassavi : probationem adhuc quæro.

Cæterùm, si quem sensum percipio, *τὸ ego*, homo istè interior, *omnium formarum cognitivarum immunis*, est homo, ut vocant, *abstractus*, seu *modo abstracto* consideratus; qui quidem, si existit, in homine *phenomenali* inclusus, ab intellectu, cognitione, quemadmodùm ipse homo phènomenalis percipi debet.

Auctorem *quod non est* satis aptè, non æquè feliciter *quod est* astruere, hæc pauca monstrare possunt. Reliqua ad uberius trium *Criticarum* celeb. KANT; 1.ª *puræ rationis* (*Critic der reinen Vernunft von Immanuel* KANT, *Professor in Königsberg*, *der königl. Academie der Wissenschaften in Berlin Mitglied*, 1799); 2.ª *praticæ rationis* (*Critic der practischen Vernunft von Immanuel* KANT, 1797); 3.ª *judicii* (*Critic der Urtheilskraft von Immanuel* KANT, 1799), examen remittenda.

Vide super *cognitionis* naturâ et agente, librum cui titulus : *Projet d'élémens d'idéologie, à l'usage des écoles centrales de la République française, par le cit.* DESTUTT-TRACY, *membre du Sénat Conservateur*,

et membre associé de l'Institut national : de quo mentionem faciens diarium *le Moniteur*, « Essayons, inquit, de réunir comme en un faisceau « les principaux traits caractéristiques du système de notre auteur.

« Sentir (*dit le cit.* Tracy), est un phénomène de notre organisa- « tion (quelle qu'en soit la cause), et penser n'est rien que *sentir.* — « Notre faculté de penser toute entière consiste à recevoir des impres- « sions. — Elle n'est que l'effet de mouvemens organiques. — Cette « propriété de notre être renferme quatre facultés élémentaires qui « toutes font partie de la même faculté primitive, celle de sentir. — « Elles sont le résultat d'une organisation dont les ressorts sont im- « pénétrables pour nous, et que par conséquent nous ne devons point « chercher à approfondir. — Toutes les combinaisons qui résultent « de ces quatre élémens ne sont que des modifications d'une faculté « unique, celle de *sentir.* — Ainsi on appelle *sensibilité* la faculté « de sentir des sensations; *mémoire*, celle de sentir des souvenirs; « *jugement*, celle de sentir des rapports; et *volonté*, celle de sentir des « désirs. — Il est certain qu'il n'y a rien autre chose que ces modifications « dans la faculté de penser, et qu'elles la composent toute entière ....

« Ce qui doit donner aujourd'hui, ait redactor (*J. S.* la Chapelle), « un grand intérêt à l'ouvrage du cit. Destutt-Tracy, indépendam- « ment de son mérite propre, c'est la publication simultanée d'un « autre ouvrage très-remarquable, et qui est entièrement opposé au « sien : la Philosophie de Kant, *par* Charles Villiers. Il est cu- « rieux de voir, celui-ci défendre avec vigueur les droits et les avan- « tages de la philosophie *rationale* et le *sentiment fondamental* de la « *conscience*, contre la théorie de la *sensibilité pure*, qu'il appelle la « *métaphysique des sens ;* celui-là (qui range la *métaphysique*, pour « le vague de ses acquisitions et l'incertitude de ses procédés, au « nombre des *arts d'imagination* [1] plus propres à nous satisfaire qu'à « nous instruire), plaider pour la doctrine de l'expérience, et ramener « tout au *système des sensations* : l'un, établir l'indépendance de la « pensée, admettre une faculté cognitive et un sens moral; l'autre,

1. Novum sanè : *metaphysica imaginationis ars*, fœtùs dicta!

« faire dériver tous les phénomènes intellectuels d'une cause unique,
« la faculté de sentir. On s'étonne de la force, de l'étendue des con-
« ceptions spéculatives du disciple de KANT; on l'admire, on se sent
« entraîné par la sublimité de ses vues : on se croit plus près de la
« certitude avec l'émule de CONDILLAC .... »

MONIT. 1.er *fruct. an IX* (19 *août* 1801); PHILOSOPH. *p.* 1364, 1365.

Jam philosophici belli in diario, MONITEUR, exilit scintilla, quamvis auctor articuli (TOURLET) pacificum animum præ se ferat. Quædam præmittuntur difficultates, dubia modestè proponuntur. « Qui nous dira, inquit redactor, que sa (*de Kant*) puissance radicale ou sa faculté
« cognitive, est plus infaillible que l'exercice de cette puissance, ou
« sa mise en activité par l'organe des sens qui nous trompent tous les
« jours? qui nous apprendra encore si cet anchetype intellectuel ou
« rationnel, est inné ou adventice; s'il existe nécessairement en nous,
« ou bien si nous le supposons tel par l'illusion de l'habitude? » MONIT. 4 *fruct. an IX*, *p.* 1378; PHILOSOPH. DE KANT etc. *par Ch.* VILLERS etc.

Ex argumentorum conflictu purior et lucidior surgit veritas. Errorem, si quis est, liberè oppugnent, dummodò homini parcant; quod in disceptationibus rarum.

Interim ad scrutanda, rimanda, *eâ quâ valent mentis acie*, τῦ *Oupnek'hat* secreta, Germanos philosophos, asseclas vel adversarios profundi KANT; videlicet, celeb. GOETHE, SCHILLER, HUMBOLDT, JACOBI, MAIMON, FICHTE, BOUTERWECK, REINHOLD, BARDILI, KOEPPEN (*lib. cit. Pref. p. XXXV*, *XXXVI*), invitare liceat. Clariorem forsitan et fusiorem indè opinionum suarum expositionem haurient; quædam quasi velata, abscondita, vel non usquequaquè considerata, non ad ultima consectaria perducta, si tamen, quod difficile (*p.* 353), probrosas sectis affictas denominationes flaccifaciunt, apparentes contradictiones, arduas, duras consequentias non reformidant, eos pleniùs, lucidiùs explicaturos, res etiam quas in *Oupnek'hat* non viderim, inventuros affirmare audeo.

Eandem invitationem ut *Angli*, *Dani*, *Suevi*, *Russi*, *Itali*, *Galli*, etiam *Unitorum Americæ Statuum* et *Africæ* philosophi, æquis auribus accipiant, vehementer opto.

Sic tandem, in quatuor orbis partibus, idoneis trita manibus, humano generi, qualem eam aspicere, intueri, percipere, potis est, affulgebit tandiù celata veritas.

Nec negligendum, ad desiderandum illum scopum, medium ex se perducens; nempè, quòd Europæ docti, soluto in rebus quæ suam *patriam* unicè spectant, propriæ linguæ tributo, ad saniorem mentem reversi, materias philosophicas, *scientificas*, ad *genus humanum* pertinentes, *Latino sermone*, uti 16.°, 17.° sæculis mos erat, tractare dignentur ; *diaria* (*Jenicum* etc.) orbi erudito oblata, eodem idiomate componantur; *dictionaria*, cum voce *Latinâ* conficiantur. Dùm quisque pudendæ *egoitati*, nativi sermonis excolendi obtentu, indulgens, propriâ linguâ loquitur et scribit; nova, jam dixi, litterarum, scientiarum incremento noxiam moram ferens, exsurgit turris Babylonica, misera linguarum confusio.

Jam è Septentrione, propagandæ *Latini* sermonis peritiæ, ejusdem usûs stabiliendi, quædam spes affulget. Sic legitur in diario, JOURNAL *des défens. de la patrie*, 23 *fructid. an* 9; PETERSBOURG, 11 *août* (1801). « Le gymnase de *Kasan* a tenu, le 17 juin et les jours suivans, un « examen public, où les écoliers ont prononcé des discours en Russe, « en *Latin*, en Allemand, en François et en Tartare. »

Faxit Deus, meridionales populos, oblivioni datis, ut par est, novis in Galliâ litterariâ *agyrticis* ludis [1], saltem Borealium exemplo, tyrones, indè à collegio, *Latino sermoni* assuefacere non dedignentur!

At verò, quod in *Moniteur* (1.er *jour complément. an* 9, ÉDUCATION, *p.* 492) invenitur, in faustum omen liceat accipere. « Nous ne dédaignons pas, ait D. *Luce* DE LANCIAL, in DD. DUBOIS et LOISEAU « institutionis domo litteraturæ professor (*Præmior. distribut. an.* 9, 25 « *fructid.*), l'antique méthode de traduire du latin en françois, le *thème*, « en un mot, car j'ose encore l'appeler par son nom. La raison, et surtout l'expérience, nous a démontré que, par la seule version du *latin* « *en françois*, les élèves ne s'instruisoient que superficiellement; qu'ils

---

1. *Pasigraphie, par de* MAIMIEUX : *Polygraphie, ou l'art de correspondre à l'aide d'un dictionnaire, dans toutes les langues, même dans celles dont on ne possède pas seulement les lettres alphabétiques, par Zalkind* HOUWITZ, *anc. interpr. de la Bibl. nat.* (1801).

« devinoient plus de mots qu'ils n'en retenoient; que telle expression
« qui, mariée à une autre, avoit été entendue par eux, cessoit de
« l'être, dès qu'on la leur présentoit isolée; et que c'étoit souvent le
« plus subtil, et non le plus instruit, qui réussissoit dans ces sortes de
« compositions: au contraire, en traduisant *du françois en latin*,
« l'élève, forcé de se rendre compte et de la signification absolue et
« de la signification relative de chaque terme qu'il emploie, les connoît
« à fond, et partant les retient mieux. Avant de rencontrer l'expres-
« sion juste dont il a besoin, la construction élégante qu'il cherche,
« il en fait passer en revue une foule d'autres, parmi lesquelles il faut
« que son goût choisisse; mais celles même qu'il rejette sont autant de
« richesses acquises, qui restent en dépôt dans sa mémoire, et qui
« trouveront leur place ailleurs. »

In publicâ et privatâ institutione, ut ex orationibus, præmiorum distributionis occasione habitis, concludere est, longo et gravi ignorantiæ somno immersa ingenia, tandem evigilare conantur. Oculi semi-aperti pristinam lucem aspiciunt. Bonitatis veteris methodi invitum perhibetur testimonium. Vetusta et veneranda ædificia, UNIVERSITATES, antiqua *collegia*, demissâ, subobscurâ voce appellantur, nutu indicantur. Parentum muliebri sollicitudine semotâ, paulatim ad solida, etiam difficilia, principia devenitur.

Fortis et robustus Athleta, vulneribus confossus, magno et arduo certamine, cum morte luctans, tandem victor evadit, verùm pristinis viribus diù orbatus. Tempus medelam afferet. Incitationis præmiis, quorum abusus tandiù viguit, nihil opus est. Adhuc ægrotanti, labenti, surgenti, relabenti animos addet, et, quod fortè rationi soli impossibile, planè valentem reddet rediviva, ut sperandum, relligio.

Pag. 641, *lin.* 6; *âtma* purum; lege: *âtma* purus.

Pag. 681, *in margine*, N.° XL, lege: *T. I*, N.° XL.

Pag. 682, *in margine*, N.° II, lege: *T. I*, N.° II.

SUPPLEMENTUM.

ANIMADVERTENDA ECT.

Pag. 689, *lin. ultim.* redargues desidiam; *adde :*

« Il s'est tenu avant-hier une assemblée générale des propriétaires « de la Compagnie des Indes. Le président a donné lecture d'une « lettre de M. ADDINGTON, par laquelle il demandoit la prolongation « du prêt de 3 *millions sterl.* (plus 66 *million. turonens.*), que la « Compagnie a fait au Gouvernement en 1799, et offroit en équiva- « lent de nouveaux *billets de l'Echiquier*, payables après le 5 avril « 1802. La demande a été consentie, avec la clause que les billets « seroient payables avant le 5 juillet. » MONITEUR, 5 *therm. an* 9; *Londr.* 18 *juill.* 1801 (29 *messid.*), *p.* 259.

« Les effets de la compagnie des Indes, soit en Angleterre ou em- « barqués, consistant en rentes, billets de caisse, marchandises ven- « dues et non payées, marchandises en magasin, cargaison en mer et « autres objets commerciaux, ont monté, pour l'année 1800, à la « somme de 16,185,956 *liv. st.* (plus 360 *million. turonens.*) » MONIT. 1.[er] *fruct. an IX*, *Londr.* 14 *août* (1801), *p.* 1363.

« Les ventes des marchandises de la compagnie des Indes, qui, l'une « dans l'autre, produisirent, en 1793, 4,988,300 *liv. st.* (*plus* 100 *mil-* « *lion. turonens.*), ont rendu, l'année dernière (1800), 7,367,727 *liv.* « *st.* (plus 160 *million. turon.*) » MONIT. 2 *fruct. an IX*, 14 *août* (1801), *p.* 1367; *Extr. des gazet. Angl. du* 9 *au* 15 *août*.

Indè liquet quanta ære subsidia à *societate Indo-Britanicâ* accipiat Anglica regalis administratio, quanta proindè ex Asiatici ejus imperii jacturâ, magnæ Britanniæ ruina impenderet; et, pari ratione, quantam aliis nationibus, *præsertim Gallis*, utilitatem afferre possent Indiæ commercium à viris peritis et prudentibus fideliter gestum, directum, et legitimæ in opulentis istis regionibus, á solertibus simul et sapientibus præfectis gubernatæ, possessiones.

Pag. 690, *lin.* 2, (quod facile); *adde* notam sequentem.

Post subactas, *solâ tutioris viæ causâ*, *Alexandriæ*, *Cairi*, *Suez*

et *Cosseir* (ad oram O. maris rubri) urbes, statim à Gallis strenuè, ut solent, tentaretur, si necesse, terrâ, usquè ad fretum *Bab el mandel*, 500 leucarum iter, minus duobus mensibus, stante *moussom* S. O, è maio ad octobrem; ubi, ex *Insulâ Franciæ* missæ naves, eos 15 aut 20 *diebus* ad oram *Malabaricam*, *Surat*, *Bombaye*, ferre possent: vel ex *Alexandriâ* ad *Cairum*, et *Suez*, vel *Cosseir*, partim aquâ, partim *Camelorum dorso*, disjuncta veherentur navium membra, è quibus novus LABOURDONNAIS classem, in quâ naves etiam 1000, 1200 homines continentes, conficeret, et itinere circiter 30 dierum, eundem scopum felicitur attingeret. Indè autem, scilicet, *Surat*, aut *Bombaye* à tergo (viâ insulæ *Salcette*) lacessitâ et expugnatâ, vel mari, ad *Madras*, *Calcutta*, vel terrâ, per *Aurengabad*, *Heidrabad*, quinque τȣ *Dekan* sic dictas provincias, *Rajimendri*, *Shikakol* etc. nunc ditionis Anglicæ partes, *Bengalam* usque, præsertim faventibus priscis eorum amicis, τῷ SOUBAH τȣ *DEKAN*, τοῖς MARHATTES, et quibusdam cùm ambarum Indicæ Peninsulæ orarum *Malabaricæ*, *Coromandelensis*, et τȣ *Orixa*, *Bengal*, *Bahar*, RADJAH, tùm MOGOLICI imperii principibus, ducibus, pergeretur, ubi clavis et sedes Britannici imperii, urbs *Calcutta*, ad *Gangæ* ripam orientalem sita. Nullum Anglorum Præsidium è 3000 constat Anglis militibus; 20,000 vel 30,000 per diversa, 600 aut 800 leucarum spatio, castella disperguntur, nec facilè aut tutò, prudenter, propter indigenarum, præsertim principum metum, ex eis distrahi, et ad loca quibus periculum immineret mitti possent: eâ ratione à 10,000, vel 12,000 Gallis, præsertim si de improviso, successim oppugnatum, rueret, solâ Gallorum et imprimis novi *Dupleix* absentiâ fultum, Indo-Britannicum imperium.

Cæterùm à *Surat* vel *Bombaye ad Gangem* viam, cui sex aut octo menses impenderentur, cùm majorem, difficiliorem, minùs notam partem ipse in Indiâ peragraverim, certò indicare potui.

Alterum se pandit iter ad Indias terrâ totum, difficilius, sed forti Gallorum pectori, firmo animo accommodatum.

Ab *Alexandiâ*, *Cairo* aut *Aleppo*, trajectâ *Syriâ*, *Mesopotamiâ*, *Persiâ*, trium aut quatuor mensium spatio, ad Indum flumen, seu τȣ *Zemanschah*, *Aghvanorum* ducem, ditionem, et Indo-Britannici

imperii limites perveniret Gallicus, ex Ægypto vel Syricâ orâ, levibus armamentis, duce novo BUSSY solerte, prudenti, strenuo, etiam audaci, profectus exercitus. Cum hoc exercitu agmen duorum aut trium millium militum, ex *Insulâ Franciæ* ad os Indi missum, partim fluvio, partim terrâ, provincias *Send*, *Adjmer*, *Moultan* transgressum, post duos menses, circà *Lahor* vel *Attek* coalesceret : undè, tritâ viâ, præsertim si cum *Zemanschah* inita amicitia, pactum fœdus fuisset, trajecto Indoustano, *Bengalam* usque, caput ipsum imperii Britannici, CALCUTTAM expugnaturi, tribus mensibus Galli pergerent.

Die 26 Augusti 1801, 8 fructid. an IX, Parisiis conclamatum :

NOUVELLES OFFICIELLES. CONVENTION CONCLUE EN EGYPTE, EN PRÉSENCE DES ARMÉES FRANÇAISE, ANGLAISE ET TURQUE; *entre le Général* divisionnaire BELLIARD : *le Brigadier-général*, HOPE, *de la part du Commandant de l'armée Anglaise ;* OSMAN BEY, *de la part de son Altesse le* GRAND-VISIR ; ISAAC BEY, *de la part de son Altesse le* CAPITAN PASCHA ; *et les Citoyens* DONZELOT, *général de Brigade ;* MORAND, *général de Brigade, et* TARAYRE, *chef de Brigade, de la part du Général divisionnaire* BELLIARD. *Rembarquement d'une partie de l'armée française, et des artistes qui formoient l'Institut des sciences et des arts, de cette contrée, pour revenir en France*, 21 *articles.*

« ART. I.er Les troupes Françoises de toutes armes, et leurs auxiliai-
« res, sous le commandement du général BELLIARD, évacueront la
« ville du CAIRE, la citadelle, les forts de BOULAC, GIZA, et toute
« cette partie de l'Egypte qu'elles occupent maintenant.

ART. II. « Les troupes françaises et leurs auxiliaires, se rendront
« par terre à ROSETTE, en suivant la rive gauche du Nil, avec leurs
« armes et bagages, artillerie de campagne, et munitions, pour y
« être embarquées et transportées dans les ports françois, avec leurs
« armes, artillerie, bagages et effets, aux frais des puissances alliées....

ART. III. « A dater de la signature et de la ratification de la pré-
« sente convention, les hostilités cesseront de part et d'autre ....

ART. XX. „ La présente proclamation sera portée et communiquée,
« par un officier françois, au général MENOU, à ALEXANDRIE, lequel
« pourra l'accepter pour les François et leurs auxiliaires [de terre ou

« de mer], qui sont avec lui dans la place susdite; pourvu que son « acceptation soit notifiée au Général commandant les troupes ANGLAI- « ses devant ALEXANDRIE, dans les deux jours qui suivront la date « de celui où cette communication leur aura été faite. . . . .

« *Signé*, par quadruple, au lieu de la conférence, entre les deux « armées, le 27 juin 1801, ou du siége de Saftar, 1216, ou le 8 messid. an « IX de la République. *Signé*, J. HOPE, *Brigadier-général;* OSMAN BEY; « ISAAC BEY; DONZELOT, *génér. de Brigade;* TARAYRE, *chef de Brigade.* »

« Approuvé et ratifié la présente convention, au *Caire*, le 9 messidor, « an IX de la Républ. françoise. *Signé* BELLIARD, *général de division.* »

Idem in JOURNAL *des défens. de la patrie*, 9 *fructid. an IX.* ROYAUM. BRITANNIQ. *Extr. de la Gazet. extraordin. de la Cour.* 18 *août* (1801), *p.* 3, 4, ubi etiam legitur, amanuensis errore : *du siége de Safar*, (*obsidii* τȣ *Safar*), loco : *schaher* (26 *mensis*) *Safar* (2.[1] *mens. Hegiræ*, 1216). (*Alexandriâ*, post duos menses, duce MENOU redditâ. *Journ. des défens. de la patr.* 18 *vend. an* 10. *Londr.* 5 *octobr.* 1801).

Sic intrà tres annos (à 1798) 40,000 homines, 200 million. turonens. 20 naves bellicas (*de ligne*, nempè, 72 æneorum tormentorum et ampliùs : initio, 13; ultimò, 7), plurimas tertii et quarti gradûs (*frégates*), 400 onerarias, in gravem, parvi emolumenti, in se jure divino et humano damnatam expeditionem, præposterè impensum!

In hominum numero non comprehenduntur 10,000 nautæ, cuilibet grandiori navi bellicæ, generatim, 500, plus minùs tributis.

105 annorum (*à* 1664 *ad* 1769) spatio, 40,000 milites in suas colonias non insumpsit *Gallica Indiarum Orientalium societas.* Modò ex ærario publico auxilium accepit, modò suppetias ei tulit : at vasta creavit, fovit, intrà et extrà regnum cujuscunque generis commercia, opificia; publicarum et privatarum opum novos fontes reseravit; statis, continuis itineribus artis nauticæ quasi scholam perpetuam, activam et peritissimam præbens; et belli tempore, plurima 3.[1], 2.[1] ordinis (72 tormentor.) naves, nautas expeditos, strenuos duces, navarchos, imperio, administrationi commodans.

Anglis et Turcis Gallos se dedidisse, ah . . . . turpe . . . . infandum! Ad extrema redactis, et certè antequàm omnis exitus occluderetur, tria supererant salutis subsidia : unum, iter indicatum per Persiam, usque

ad Indias; alterum, idem iter mari rubro vel Persico (*è Bassorâ*[1]); tertium, è *Cairo* ad *Suez* via toties emensa. Indè, vel mari, navigiis in portu *Suez* constructis, etiam 20,000 *quint.* (seu 1000 *dol.*), et 700 aut 800 homines continentibus [2]; vel terrâ, 200 leucarum itinere, ad *Djeddam* pervenissent. Ex isto portu, onerariis aut mercatoriis navibus, quæ ibi frequentes [3], etiam bellicis, duorum mensium spatio, *Franciæ Insulæ* appulissent; vel ad eandem Insulam direxissent expeditam navem, quæ vectioni aut defensioni apta navigia arcesseret.

Eo modo nationalis honos salvus, et novum ac imminens Britanniæ Indico imperio creatum periculum.

Pag. 691, *lin.* 5, 3 *vol.* adde :

In lucem editum, anno præterito, grande et spissum ejusdem auctoris opus, scilicet : *The geographical systeme of Herodotus, examined and explained by a comparison with those of the other ancient authors and with modern geography : in the course of the work are introduced dissertations on the itinerary state of the Greeks ; the expedition of Darius Hystaspes to Scythia ; the position and remains of ancient Babylon ; the alluvions of the Nile, and canals of Suez ; the Oasis, and temple of Jupiter Ammo ; the ancient circumnavigation of Africa, and other subjects of history and geography. The whole explained by eleven maps, adapted to different subjects ; and accompanied with a complete Index. By* JAMES RENNELL, *of the R. S. of Lond. and Edinburgh ; and late major of ingineers and surveyor general in Bengale. London*, 1800, *in*-4.°

Auctorem, discussionibus geographicis, mappis conficiendis, aptissimum, rerum Indicarum optimè gnarum, non æquè linguarum peritiâ pollere dolendum est. D. RENNELL se *græcè nescire*[4], et versionem

1. THEVENOT ; *Suite du voyage au Levant*, 2.e *part.* 1674, *ch.* 10, *de Bassora*, *p.* 310, 311.
2. GRANGER ; *Relat. du voy. fait en Egypte en l'an.* 1730(1745), *ch.* 10 ; SUEZ ; *p.*191-193.
3. NIEBUHR ; *Voy. en Arab. etc. tr. de l'all. T. I*, 1776 ; *observ. faite à* DSJEDDA, *p.* 224.
4. „ It is proper that the reader should know that the author, being *ignorant of* „ *Greek* language, could only obtain the knowledge of the TEXTE of *Herodotus* „ through the medium of the translations. The magnitude of this defect, etc."... *Libr. cit. Pref. p. IX.*

Anglicam D. BELOE, ut plurimùm generaliter sequi, ingenuè fatetur[1]; proindèque isti partem cujuscunque auctoritatis, quam præsenti operi tribuerint, jure deberi. Re quidem ipsâ nulla in *Herodoti geographical systeme*, nec *Stephani* (*ann.* 1592), nec *Gronovii* (1715), nec *Wesselingii*, cum suis propriis et *Valkenarii* notis (1763), editionum, nulla aliorum doctorum, *Salmasii*, *Ortelii*, *Cellarii* etc., qui plurima historici Græci loca elucidârunt, fit mentio. Veteres quidam citantur, at nunquàm dantur textus ipsi; inter recentes, excepto *D'Anville*, qui et ipse sermonem græcum absolutè ignorabat, viri nec eruditione, criticâ, linguarum cognitione, et cùm Græcarum, tùm Orientalium antiquitatum peritiâ conspicui, fidenter in medium adducuntur. *Marshami* et *Dodvelli*, summorum et probatorum inter Anglos chronologorum, instar, producitur *Newtonus*[2], merito nomine primus Europæ astronomus, at in temporum supputatione longè inferior; in Arabicis[3], *Wilkins*, *magnus Apollo*. Tandem nudus apparet geographus, instrumentis, quorum bonitatem cognoscere nequit, de quibus judicare non valet, instructus: et si, quod absit! sustentacula minùs fida, minùs tuta inveniantur, moles iis structa fatiscit, ruit. Eò ducit linguarum præsertim antiquarum ignorantia (inter geographos et chronologos etiam antiquarios nimis communis), et quæ Europam totam, dum uni chymiæ student, invadere minatur.

Padæi (παδαῖοι), juxtà auctorem, sunt genus *Gangaridarum*, seu Gangis, samskreticè, primo *Padda* dicti, accolæ[4].

1.° Si *Wesselingium* consuluisset (in not. 45. *p.* 248), è Tibullo:

Impia nec sævis celebrans convivia mensis
Ultima vicinus Phœbo tenet arva Padæus;

(Lib. IV, 1 *Panegyric. vers.* 144, 145)

pă breve, non *pādd* longum, legendum didicisset.

---

1. „ On this occasion the author has followed, almost universally, the English „ translation by M. BELOE: to whom he aknowledges his obligations, and who is „ consequently entitled to a share of *whatsoever credit* the public may allow to the „ present work. *Id. p.* X."

2. *Libr. cit. sect. XI*, *p.* 241, *not. bell. Trojan.* 900 *an. antè ær. Christ. sect. XV*, *p.* 391.

3. *Id. sect. XX*, *p.* 565, *not.* *

4. *Id. sect. XII*, *p.* 310.

2.° Indos istos orientales ad *Paddam* usque, brachium magnum Gangis, quod, aquis fluvii *Brahma poutren* receptis, sub *Schatigan*, Indiæ extremo ad orientem limite, in mare se effundit [1], non protraxisset.

3.° A samskretico *pâdhi*, *lacte è pecoribus mulso*, nominis, *παδαῖοι*, gentis pecuariæ, uti ab Herodoto appellatur [2], originem, radicem extraxisset; quod præsertim populo lacte, non carne pecorum, viventi convenit. Verùm docti *Rennell* operis næva ostendere, arguere hîc mihi non propositum: in omni, homines intelligere, iis intelligi, inprimis necesse; interpretum subsidio semper uti, in scientiis ut in politicâ, nec fidum, nec tutum. At qui verborum scientissimus, non semper rerum verè sciens. Utrumque, ut potis est, et ipse auctor agnoscit [3], adhibere prudens, si non omnimodè necessarium, saltem fiduciam gignit et astruit.

Si, quod expeto, auctoris liber in sermonem Gallicum convertitur, utriusque linguæ peritum, ac in Græcâ simul et Asiaticâ litteraturâ versatum, exercitatum interpretem ei exopto. Intereà Herodoti geographiam scrutari amantes, sat multos, in prolixo celeberrimi *Rennell* commentario, felices conceptus invenient.

Pag. 693, *lin. ultim.* facilius erit. *Adde :*

Fructum, quem optabam, jam dare videtur abbatis BARRUEL opus memoratum. *Jacobismi* labem à se repellere student HAGÆ COMITIS *Liberi structores*, si fides diariis adhibenda. « La *Société maçonnique* de la « Haye, inquit *le Journal des défens. de la patrie* (3 *fructid. an IX*, « [21 *août* 1801], *Paris*, 2 *fructid. p.* 4), offre une médaille d'or de la « valeur de 50 ducats (600 #) à l'auteur de l'ouvrage qui prouvera le « mieux que les écrits de ROBISON et de BARRUEL, tendant à établir « que la *maçonnerie* est la principale cause des *schismes* tant *reli-* « *gieux* que *politiques* etc., sont destitués de *raison* autant que de « *vérité*. On pourra écrire en *François*, en *Anglois*, en *Allemand* et « en *Hollandois*. Le prix sera adjugé dans le cours de l'année 1802. »

---

1. *Recherch. hist. et géographiq. sur l'Ind.* 2.e *part.* (1787), *p.* 403, 413. — *Rennell; Mem. of a map* etc. *of Hindoostan* etc. (1788), *p.* 255, *not.* *

2. *νομάδες εἰσὶ . . . καλέονται δὲ παδαῖοι.* HERODOT. *Histor. lib.* 3, *p.* 247, 248.

3. *Lib. cit. Pref. p.* X.

Duo hîc observanda. 1.° *Liberorum* structorum societas, *secreto inviolabili* innixa, disquisitionem petit, quæ, non nisi *violato maconico* secreto, aptè fieri potest. Quandam videlicet externam doctrinam, quasdam exteriores praxes, pro vero, genuismo *maconismi* spiritu obtrudi lector criticus non sinet.

2.° 17.° et 18.° sæculo, linguarum, quibus dissertatio requisita scribi posset, prima fuisset *latina;* 19.° sæculo, omninò omittitur. Adeò ne, etiam propè Lugduni Batavorum celeberrimam Universitatem, doctos et eruditos professores, exolevit latinus sermo, ut eum intelligere fortasse vix queant recentes *Hagæ comitis* Liberi structores!

Pag. 700, *not.* 3, *lin.* 1; *Takieddik*, lege : *Takieddin.*

Pag. 708, *post. lin.* 9, *adde :*

Prodit è cinere nondùm frigido malè extinctus ignis, ordo JESUITARUM; aspirante ipso SARDINIÆ REGE, revolutionis Gallicæ olim admiratore improvido, nunc victimâ; PIO VII.°, *inermi*, suæ auctoritati haud confiso, fractum throni Pontificii fulcrum Vaticano robore resarciente.

« Il paroît, inquit diarium, *Journal des défens. de la patr.* (5 *fructid.* « *an IX;* GÈNES, 5 *août* [1801], *p.* 2), que c'est d'après la demande « de plusieurs personnes du clergé, de la magistrature et de la noblesse « de *Sardaigne*, que le *roi* s'est déterminé à rétablir l'ordre des *Jé-* « *suites* dans ce royaume. Le *Pape*, par une *bulle* particulière, que « ce monarque lui a demandée, a permis à ces religieux de se former « en *communautés sur le même pied que ci-devant :* c'est en consé- « quence de cette *bulle* qu'ils ont obtenu deux *collèges*, l'un à *Cagliari*, « et l'autre à *Sassari.* » (*Brevis abolitionis* CLEMENTIS *XIV*, pro nihilo habetur. *Fragmens de littér.* etc. (1801), *p.* 100.)

Sic paulatim per partes assurgit, quem prostratum obtritumque arbitrabantur, colossus pondere suo terram premens et sustinens.

T. I, *Monit. ad lector. p.* XIX, *not. lin.* 4; 1785, adde : (*trad. par Parraud*, 1787). *Lin.* 7, 8, dele : (*trad. en françois par Parraud*, 1787).

Pag. 686, *lin.* 16, adde : *Asiaticas Inquisitiones* (*Asiatick Researches; ed. Lond.* 6 *Tom. in-*8.° 1799-1801) *ACADEMIÆ CALCUTTÆ*, *in Bengala*, anno 1784, præside *Sir William* JONES *etc.* institutæ, et eruditi *Th.* MAURICE *History of Hindostan* (2 *Tom. in-*4.°, 1795-1798), attento

animo perlegi : nomen τȣ̃ *Oupnek'hat* in istis operibus vix apparet (*Asiat. Research. T.* 1, *p.* 346). Nihil ibi quod ad *philosophicam Indorum Theologiam* directè pertineat, quod ad litteraturam Indicam, specialiter linguam *samskreticam ;* nihil didacticum, penitiùs inquisitum, ut numerosam* et omnibus adjumentis instructam, in ipsâ *Indianismi* regione, academiam decebat : pura puta *specimina*, proposita.

ULTIMA huic tomo manus imposita erat, cùm ad me perlatum est, ipsius auctoris donum, opus, in præsenti Galliæ statu, maximâ attentione dignum, cui titulus : *Traité d'économie politique et de commerce des colonies, par P. F.* PAGE, *première partie. Paris IX* (*octob.* 1801).

Quod Indiam spectat longâ et accuratâ discussione elucidatur. Veram indè Europæorum in opulentâ istâ regione coloniarum, seu rectiùs *præsidiorum*, notionem hauriet lector externi commercii curiosus indagator. Anglorum immensam mirabitur, nec absque invidiâ, fortunam. Auctori, patriæ amantissimo, et commercialium rationum peritissimo, in omnibus, præter in eo quod de *Europæo-Indici* commercii naturâ pronunciat, adstipulor.

Commercium illud *in se*, inprimis propter *auri* et *argenti* exportationem, ruinam Europæ afferre asseverat D. Page (*lib. cit. p.* 150, 151).

Huic objectioni centies repetitæ, centies responsum. Metallum quod effertur, opificiis arte elaboratis emptum est : opificia ergo efferuntur, non ipsa metalla. Merces Europææ cum mercibus Indicis, plus aut minùs utilibus, permutantur. Interim homo agit, vivit, moritur : is fuit, est et erit semper hujus mundi cursus.

Verùm sub altero respectu res est consideranda.

Angli, hominibus carentes, magno egent ad opus incitamento, proindèque magno lucro. Indè *numerarii* apud eos copia, quâ rerum

* Ab uno disce omnes. *Sir William* JONES, Academiæ *Calcuttanæ* Præses, linguâ ZENDICA erudiri haud dignatus (*Asiat. Research. T. II, p.* 51), 19 annis post publicatum ZEND-AVESTA, errore jam in celeberr. D. HYDE reprehenso, textum merè PERSICUM, litteris ZENDICIS scriptum, ut ipso sermone ZENDICUM (*as a specimen*, inquit, *of old* PERSIAN LANGUAGE *and character*, I *subjoin a very curious passage from the* ZEND. *Ibid. T. I, p.* 43), orbi erudito, imprudenti manu offerendi aleam subit.

De his plura in *T. II*, τȣ̃ *Oupnek'hat* SUPPLEMENTO, ubi textus ipse PERSICUS etc. proferetur.

maximè necessariarum pretium augetur, et grave *pondus*, quo ad persolvenda interna et externa debita, pressa gemit administratio publica.

Non idem Galliæ status. Interiori et exteriori, haud valdè remoto, commercio, etiam non admodùm quæstuoso, sibi posset sufficere. At pridiè 23,000,000 homines, hodiè 30, etiam 33,000,000, cognitâ Gallicâ indole, exteris et longinquis, difficilibus, *speculationibus*, perigrinationibus agitari amant.

Non dicam post eversas horridâ tempestate omnium fortunas, mentes, quibusdam aerem permutare, aliis procul infamiam abscondere, huic dolorem, mœrorem fallere, omnibus longo motu opus esse, ut mala, crises, è quibus vix emerserunt, oblivioni dare possint; Galliam præterеà quasi exonerationis locis (*décharges*) indigere, in quæ abundantes malos humores, bonis mixtos, effundere queat, et sic paulatim nativum aerem à *revolutionis miasmatis* purgare.

Quidquid sit, lucrum aut damnum pariat, omne 30,000,000 Gallis, utile, necessarium est commercium, id est, agendi, regiones peragrandi occasio.

50,000 viri, commercio coloniarum dediti, 4,000,000 brachia in *matre patriâ* exercent; quæ quidem aliis longâ serie motum possunt communicare.

Non ergò solùm *India*, *China*, *Guyana*, denuò adeundæ : *Louisiana* et *Canada*, si recuperari possent, Gallicæ sollicitudini, strenuitati providam et à multis optatam damnorum resarciendorum rationem offerrent : procul dubio his tentaminibus commercium, artis opificia reviviscerent; nova indè surgerent inventa, novi ad 30,000,000 hominum commodum conceptus. Meri lucri hìc ratio non est habenda. Dummodò alantur, vitam agant, solum nativum, exterum fodiendo, colant, de patriâ quæ eos quasi speculatores misit, benè merentur.

Verùm absque SINGULARI, *proprio*, *agriculturæ*, *artis opificiorum et commercii Ministro*, ac, pro Indiâ, *mercatorum exclusivo privilegio donatorum Societate*, uti alibi probavi, desideratum scopum attingere, si non impossibile, saltem minùs facile; procul dubio tentare, minùs tutum.

His de *Coloniarum Gallicarum* utilitate cogitationibus philosophicum et politicum opus liceat absolvere.

A Lectore, si quid absonum, etiam durum protuli, veniam peto. Nihil mirum hominem in latitudine 48 graduum natum, sub cœlo aspero, spissis nubibus, ex horridâ tempestate ortis, obscurato, vitam trahentem, cujus jam, anno septuagesimo inchoato, mentem et corpus (licet fortè, omnium rerum defectu, *Gallicæ Revolutionis* ope, fortiora reddita) senectutis frigus occupat, sublimes Brahmanum, in mitiori climate, solo feliciori, degentium, conceptus attingere, vel, ut par erat, exprimere forsitan non valuisse.

Rebus in arduis aliquâ laude dignum est ausum etiam sine successu.

Rude solum scidi. Tantillum hunc laborem, si ampliorem posteris messem præparare potest, non dolebo : et eâ spe delusus, novis conatibus, ad Entis supremi et hominis cognitionem promovendam, totum me dedere, usque ad extremum vitæ spiritum non recusabo.

Plura sanè in textu τȣ̃ *Oupnek'hat* et in *Annotationibus* obscura et inconcinna offendet doctus criticus. Mentem suam, oro, liberè scripto, etiam publico, aperiat : ad quæsitis respondendum, difficultates solvendum, minùs intellecta, intelligibilia uberiore expositione enucleandum, in *Annotationibus* ad calcem tomi II. positis, de novo, veri sincerus amator, et acriori etiam redargutione minimè motus, vires quæ suppetent alacriter impendam.

Si quid humani sum passus, in eâ locorum distantiâ (centum leucis ab intelligente admodùm et accurato typographo semotus), Lector benevolus, ingenuis favens conatibus, *indulgentiam, veniam* quam deprecor libenter impartiat ; quæ ipse omiserim vel corrigere neglexerim, sponte suâ supplere aut emendare dignetur Lector eruditus.

Sed hæc hactenùs.

Paris, 30 decemb. 1800.

FINIS TOMI PRIMI.

Les Ouvrages suivans du même auteur se trouvent à Paris, chez la veuve TILLIARD *et fils, libraires, rue Pavée S. André, N.° 17; et chez* LEVRAULT, *frères, libraires, quai Malaquai.*

Zend-Avesta, ouvrage de Zoroastre, contenant les idées théologiques, physiques et morales de ce législateur; les cérémonies du culte religieux qu'il a établi, et plusieurs traits importans relatifs à l'ancienne histoire des Perses, trad. en françois sur l'original Zend, avec des remarques; 3 vol. in-4.° orné de planches gravées en taille-douce, broché (1771) . . . . 51 #.

Législation orientale, ouvrage dans lequel on indique quels sont, en Turquie, en Perse et dans l'Indostan, les principes fondamentaux du gouvernement; Amsterdam 1778, 1 vol. in-4.° br. . 10

Dignité du commerce et de l'état de commerçant; 1790, 1 vol. in 8.° br. de 312 pages (1789) 3

Recherches historiques et géographiques sur l'Inde, avec une lettre sur l'antiquité de l'Inde; Berlin, 1786, 2 vol. in-4.° gr. pap. fig. br.

— dites en papier ordinaire, 2 vol. in-4.° fig. br.

Géographie de l'Inde, par le père Tieffenthaler, avec divers mémoires et recherches sur ces pays, par *Anquetil-Duperron*, publiés par *Bernoulli*, Berlin 1789, 5 vol. in-4.° gr. pap. figures, cartes et plans (1786-1789).

L'Inde en rapport avec l'Europe (1798), imprim. de *Lesguilliez*, frères, 2 vol. in-8.°